Digitized by Google

Digitized by Google

FAVNA ETRVSCA

SISTENS

INSECTA

QVAE

IN PROVINCIIS FLORENTINA ET PISANA

PRAESERTIM COLLEGIT

PETRVS ROSSIVS

IN REGIO PISANO ATHENAEO PVBL. PROF. ET SOC. ITAL.

TOMVS PRIMVS.

CVM XI. TAB.

MANTISSAE PRIORE PARTE ADIECTA,

ITERVM EDITA

ET ANNOTATIS PERPETVIS AVCTA

A

D. IOH. CHRIST. LVD. HELLWIG

PVERORVM NOBILIVM IN AVLA BRVNSVICENSI PRAEFECTO MATHEMAT. ET HISTORIAE NATVRALIS PROFESSORE SOCIETATVM NATVRAE CVRIOSORVM, BEROLINENSIS, FRANCOFVRTENSIS, GOETTINGENSIS, HALENSIS ET IENENSIS SOCIO.

HELMSTADII

LITTERIS C. G. FLECKEISEN

MDCCLXXXXV.

NEW-YORK

PRAEFATIO.

Diu eſt ex quo rerum naturalium ſtudioſi inſecta beatae illius Italiae accuratius cognoſcere concupiuerunt. Viſis enim nonnullis ex hac animantium claſſe ſpeciebus ſub felici illo coelo natis, collectionem eorum omnium ſyſtematico ordine digeſtam, enixe vtique exoptabant. Primus fere fuit *Roſſi*, qui, ſaltem reſpectu eius Italiae partis, quae ipſi notior erat, huic deſiderio ſatisfaceret. Viri celeberrimi opus *), cuius priorem partem lectoribus tradimus, et cuius poſteriorem breui ſecuturam ſpondemus, luculento teſtimonio demonſtrat, non nimiam fuiſſe de diuitiis Italiae exſpectationem. Exhibentur in eo non ſolum plurimae nouae inſectorum ſpecies, ſed etiam illuſtrationes exoptatiſſimae et non niſi in Italia parabiles, quibus ſpecies hucusque non ſatis notae melius

*) Fauna Etruſca etc. Liburni, typis Thomae Maſi et Sociorum, Praeſidum facultate MDCCXC. 2 Tomi. 4to.

Digitized by Google

melius innoteſcunt. Conſilium auctor ſecutus eſt illud, omnia inſecta in vicinia *Florentiae* et *Piſae* reperta deſcribendi, ſynonymisque, ſi aderant, inſtruendi. Cum in tali opere, entomologis omnibus neceſſario, ſpectanda ſit inprimis communis vtilitas, cuius in editione Italica haud habita eſt ratio, libri pretio propter chartae ſplendorem et typorum amplitudinem nimis aucto, rem gratam equidem entomologis me facturum putaui, ſi illis hoc opus traderem multo minore ſumtu, ſed haud diminuta vtilitate. In hac autem opella non ſubſiſtendum ratus, cum librum et accuratiore examine indigere, et perniulta inſecta auctori haud viſa eſſe animaduerterem, quae oculis ſubiecta habuerit neceſſe eſt is, qui illuſtrare plura, quam turbare mauult, omnia equidem diligenti inueſtigatione retractaui. Numerus collectorum inſectorum, quae ipſe poſſideo, ſatis amplus, amica voluntas *Dn. Langii*, Auguſtae Vindelicorum rei entomologicae ſtudentis, beneuolentia denique illuſtris viri *de Paykull*, qui complura inſecta Itala, ab ipſo celeb. *Roſſi* accepta, mecum communicauit, copiam mihi fecerunt, inſpiciendi et cum aliis comparandi pleraque inſecta in hoc opere deſcripta. Quo factum eſt, vt ampla mihi ſuppeditaretur

ditaretur materia, qua non ſolum ad augendam operis Roſſiani vtilitatem, ſed et ad amplificandum vniuerſae ſcientiae entomologicae ambitum, me vſum eſſe, ſpero. Adnotata mea typis minutioribus diſtincta, a reliquis inſuper ſubſcriptis litteris *Hg.* differunt, in quibus id potiſſimum egi, vt et obſeruata entomologis haud inaccepta diuulgarem, et ſynonymiam grauiſſimi praecipue operis amici mei, celeberrimi *Fabricii*, quantum in me eſſet, emendarem. Neque minore ſtudio reſcindenda videbantur ſuperuacanea quaedam. Itaque omiſi deſcriptiones omnes, quas ſeruatis quoque iisdem verbis e *Fabricii* operibus transſcripſit auctor, appoſita a me vbiuis nota: *Fabr. deſcripſit* vel *deſcriptio Fabr.* Deinde, quibus locis laudatum erat aliquid *Fabricii* opus, iis citata a Fabricio iam exhibita repetere nolui. Citatis Fabricianis, a noſtro auctore omiſſis praepoſui notam ⊙; additis ab eo, ſignum ☽; et adiectis a me, notam ♀. Hoc modo et repetitionem inutilem euitaſſe, et ſatis perſpicue, quid auctori noſtro debeatur, indicaſſe mihi videor. Cum vero paginae editionis noſtrae non reſpondeant paginis Italicae, numeris paginarum prioris editionis ſuo loco appoſitis, citata facilius inuenienda reddidi,

reddidi, ſi forte ad paginas editionis Italicae facta occurrerent. Sic e. g. pag. 57. noſtrae editionis linea 13 inuenias vncis incluſum numerum 53; qui de paginis Italae editionis intelligendus eſt.

Anno MDCCXCII. *Roſſi* edidit *Mantiſſam* maiori operi accommodatam, et tractationis genere prorſus ſimilem; cuius illam partem, quae primum hocce volumen reſpicit, ei adiungere e re viſum eſt, eodem modo, quo ipſum opus, retractatam. Omiſi igitur et in ea characteres genericos inutiliter repetitos, deſcriptionesque, e Fabricio et Paykullii Monographiis verbotenus transſcriptas. Ad calcem huius voluminis collocata videbis, beneuole lector, additamenta ab auctore ſecundo volumini annexa, et mihi ſerius animaduerſa, cui ſecundum volumen non ſtatim cum primo in munus venerat. Hac opportunitate vſus ſum, quaedam inſuper addenda ſuis locis inſerendi.

Imagines aeri inciſae prorſus eaedem ſunt, quae in editione Itala, contracta quidem chartae, forma, ſed haud diminuto figurarum modulo. Quae in ornata eius editionis fronte, in qua et dedicatio operis continetur, depicta ſunt inſecta,

in

Digitized by Google

in Tabula noſtra A. exhibentur. Ornamenta vero iſta neglecta eſſe neque entomologi nec elegantiores talium iudices aegre ferent.

Satisfaciendum denique eſt animi grati officio et publice commemorandum auxilium, quod mihi lubentiſſime impertiit *I. C. W. Illiger*, optimae ſpei iuuenis, in Collegio Carolino apud Brunſuicenſes, liberalium artium ſtudioſus, et in perſcrutanda hiſtoria naturali curae meae alumnus. Cuius egregia in me voluntas eo erat exoptatior, quo moleſtior mihi erat oculorum per illud tempus, vbi editionem moliebar, infirmitas, propter quam, niſi ille mihi adſuiſſet, a nonnullis laboribus huic operi perficiendo neceſſariis, fuiſſet abſtinendum. Neque dubito fore, quin praeclare de hiſtoria naturali mereatur is iuuenis, in quo felici quodam conſortio, eximiae ingenii dotes, varia doctrina laborisque aſſiduitas mature coniunguntur cum feruido illius ſcientiae amore. Faciunt huic ſpei fidem ſpecimina ab ipſo in *Schneideri* actis entomologicis edita, in quibus nouas quasdam eleutheratorum ſpecies, e mea collectione, depromtas, diligenter deſcripſit.

Ipſe vero, cum nil humani a me alienum eſſe, vt qui maxime ſentiam, ingenue profiteor,

me gratiſſimo animo accepturum, quidquid viri docti monuerint, ad rectius conſtituenda ea, in quibus errauerim, vel ad amplificandam vniuerſam rem entomologicam mihi iucundiſſimam et gaudiorum mihi impertitorum largo prouentu locupletem. Iudicaui quidem ſaepius de laboribus virorum doctorum, ſimili ſtudio hanc ſcientiam amplectentium, quibus ſi libertatem iudicii excuſandam crederem, verendum eſſet, ne aut rem, prorſus ſuperuacaneam agerem, aut animos eorum offenderem. Facile enim ſentient, quae dixerim, e veritatis amore, non vero ex reprehendendi libidine profecta eſſe. Scripſi Brunſuigae, menſe Aprili 1795.

Hellwig.

LECTORI.

Digitized by Google

LECTORI.

Paucis te moror, Amice Lector; non is enim ſum, qui de vtilitate Scientiae Inſectorum, iam a tot praeclariſſimis viris ſuſe, ſapienterque illuſtrata, commenta repetere velim. Id vnum te ſcire cupio, Entomologiam, quae Rhedianis innixa experimentis, ſub hoc coelo ad nouam veluti lucem reuixit, dum ingenio ſtudioque multorum, temporibus hisce noſtris, apud exteras gentes in vegetiorem aetatem florere admiraremus, domi, neſcio quo fato pene neglectam iacere dolebamus, quum PETRVS LEOPOLDVS animum aeſtimationemque ſuam ſatis aperte oſtendens, ditando, ea qua ſolet magnificentia, Regium Suum Muſeum rara, et multiplici Inſectorum Collectione, aditumque omnibus illuc patefaciendo, amorem in nobis ea cognoſcendi excitare viſus eſt: quo factum, vt ego, non vltimus, incredibili eorum deſiderio inflammatus fuerim. Etſi autem maxima animi alacritate ſtudium hoc ſuſcepiſſem, omnesque horas meas ſubſeciuas in eo excolendo impendiſſem, cum tamen omnia Marte noſtro, absque vllo duce, aut alieno conſilio, nulla librorum ſupellectili, et in paupere re conficienda forent, vix dici poteſt, quanta opus fuerit patientia, induſtriaque, vt fructum aliquem laborum meorum retuliſſe mihi viderer. Hic certe exiguus, at qualemcumque offero nunc in animi mei erga Patriam gratum teſtimonium, non quod aliquod operae pretium me feciſſe arbitrer, ſed quod alios, poſt me, maximum facere poſſe confidam.

Praeterea

Praeterea dicendum, me in diſtributione elegiſſe Methodum Fabricianam vti accuratiorem et recentiorem, atque in deſcribendis Inſectis ſemper praepoſuiſſe eius diagnoſin. Cum autem multis de cauſſis impoſſibile mihi fuerit, habere ante oculos opera omnia huius generis, quae in lucem prodeunt in diem, (atque hic liceat mihi occaſionem arripere publice profitendi me gratum Nobiliſſimo Viro Sigismundo Comiti de Hochenwart, qui in ſuppeditandis rariſſimis, et pretioſiſſimis libris mihi adiutor fuit,) conſultum duxi notare aſteriſco omnes detectas ſpecies, quas Clariſſimus Fabricius non habet, nouae ſint, aut non; deſcriptae ab aliis, aut indeſcriptae. Experientia vero edoctus, quantum incertitudinis, atque laboris Entomologiae ſtudioſis afferre ſoleat breuitas, plerumque manca, in deſcribendis Inſectis, praeſertim nouis, non minus damnandam verboſitatem, quam pauciloquium effugere ſtudui. Reliquum quod praeſtiti, ex opere ipſo deprehendes. Vale.

Dab. Piſis Kal. Sept. 1789.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
GENERVM ET SPECIERVM.

Aſteriſcus notat ſpeciem aut nouam eſſe, aut a Clariſſimo Fabricio indeſcriptam.

I. LVCANVS.

1. Ceruus.
2. Capreolus?
3. Parallelepipedus.
4. Caraboides.

II. SCARABAEVS.

5. Naſicornis.
6. Diſpar.
7. Typhoeus.
8. Silenus.
9. Subterraneus.
10. Fimetarius.
11. Bimaculatus.
12. Erráticus.
13. Conſpurcatus.
14. Luridus.
15. Granarius.
16. *Irroratus.* *
17. Stercorarius.
18. Vernalis.
19. *Punctulatus.* *
20. Quadrimaculatus.
21. Porcatus.
22. Aſper.
23. Quisquilius.
24. Lunaris.
25. Biſon.
26. Hiſpanus.
27. Taurus.
28. Vacca.
29. Nuchicornis.
30. Caprae.
31. Furcatus.
32. Sacer.
33. Laticollis.
34. Schaefferi.
35. *Geoffroae.* *
    Sc. Pilularius. F.
36 Schreberi.
37. Flauipes.
38. Ouatus.

IV. TROX.

39. Luridus.

V. MELOLONTHA.

40. Fullo.
41. Vulgaris.
42. Solſtitialis.
43. Oblonga.
44. *Deuota.* *
45. Agricola.
46. Horticola.
47. Ruricola.
48. Argentea.
49. Puluerulenta.
50. Brunnea.
51. Friſchii.
52. Vitis.
53. *Nitidula.* *

VI. TRICHIVS.

54. Faſciatus.
55. Hemipterus.

VII. CETONIA.

56. Aurata.
57. *Specioſiſſima.* *
58. Morio.
59. Eremita.
60. Hirta.
61. Stictica.

VIII. HISTER.

62. Vnicolor.
63. *Laeuus.* *
64. Quadrimaculatus.
65. Aeneus.
66. Brunneus.
67. Detritus.
68. Depreſſus.
69. Abbreuiatus.
70. *Sulcatus.* *
71. *Minimus.* *
72. Bimaculatus.

X. DERMESTES.

73. Lardarius.
74. Murinus.
75. Pellio.
76. Teſſellatus.
77. Cadauerinus.
78. Violaceus.
79. Rufipes.
80. Sanguinicollis.
81. 20-guttatus.
82. *Dentatus.* *
83. Tomentoſus.
84. Fumatus.
85. Scaber.

XI. MELYRIS.

86. *Bimaculatus.* *

XII. BOSTRICHVS.

87. Capucinus.
88. Typographus.
89. Micrographus.
90. Piniperda.
91. Scolytus.
92. Bidentatus.
93. *Bruchoides.* *

XIII. BYRRHVS.

94. Pilula.
95. Niger.

XIV. ANTHRENVS.

96. Pimpinellae.
97. Scrophulariae.
98. Muſeorum.
99. Verbaſci.

XV. ANOBIVM.

100. Pertinax.
101. *Thoracicum.* *
102. Molle.
103. Minutum.
104. *Serraticorne.* *

Digitized by Google

XVI. PTINVS.

105. Fur.
106. Germanus.
107. Scotias.

XVII. BRVCHVS.

108. Pisi.
109. Granarius.
110. Seminarius.
111. Cisti.
112. Bipunctatus.

XVIII. ELOPHORVS.

113. Aquaticus.

XIX. SPHAERIDIVM.

114. Scarabaeoïdes.
115. Melanocephalum.
116. Haemorrhoidale.
117. Atomarium.
118. *Immaculatum.* *

XX. TRITOMA.

119. *Incerta.* *

XXI. IPS.

120. Quadripustulata.
121. Crenata.
122. *Taxicornis.* *
123. *Linearis.* *
124. *Pusilla.* *

XXII. HISPA.

125. Flabellicornis.
126. Pectinicornis.
127. *Flauescens.* *
128. Testacea.
129. Atra.
130. *Pomaticornis.* *

XXIII. NICROPHORVS.

131. Vespillo.

XXIV. SILPHA.

132. Littoralis.
133. Atrata.
134. Rugosa.
135. Sinuata.
136. Russica.

XXV. OPATRVM.

137. Sabulosum.
138. Griseum.
139. Agricola.

XXVI. NITIDVLA.

140. Bipustulata.
141. Obscura.
142. *Flauo-maculata.* *
143. *Punctata.* *
144. Varia.
145. Hirta.
146. Aestiua.
147. *Veris.* *
148. Pedicularia.

XXVII. COCCINELLA.

149. Impunctata.
150. Bipunctata.
151. Tripunctata.
152. Quinquepunctata.
153. 7-punctata.

Digitized by Google

154. 9-punctata.
155. *Nigro-fasciata.* *
156. 11-punctata.
157. 13-punctata.
158. 14-punctata.
159. 19-punctata.
160. Conglomorata.
161. Conglobata.
162. 22-punctata.
163. 24-punctata.
164. 25-punctata.
165. 13-maculata.
166. *Pallida.* *
167. Detrita.
168. 10-guttata.
169. Bipustalata.
170. *Similis.* *
171. 4-pustulata.
172. 6-pustulata.
173. 12-pustulata.
174. Variabilis.
175. 10-pustulata.
176. Pantherina.
177. 20-guttata.
178. *Minutissima.* *
179. *4-maculata.* *

XXVIII. CASSIDA.

180. Viridis.
181. Murraea.
182. Nobilis.
183. Nebulosa.
184. Ferruginea.
185. Limbata.

XXX. CHRYSOMELA.

186. Tenebricosa.
187. Haemoptera.
188. Bankii.
189. Rustica.
190. Tanaceti.
191. Populi.
192. Staphylaea.
193. Polita.
194. Sanguinolenta.
195. Graminis.
196. Aenea.
197. Speciosa.
198. Boleti.
199. Alni.
200. Vitellinae.
201. Betulae.
202. Coccinea.
203. Obscura.
204. Marginata.
205. 20-punctata.
206. Cerealis.
207. Americana.
208. *Dytiscoides.* *
209. Polygoni.
210. Collaris.
211. Cerasi.
212. *Metallica.* *
213. Hyoscyami.
214. Oleracea.
215. Erythrocephala.
216. Helxines.
217. Rufipes.
218. Fuscipes.
219. Nitidula.
220. Exoleta.

Digitized by Google

221. Atra.
222. Teſtacea.
223. Hemiſphaerica.
224. Tabida.
225. *Lineata.* *
226. *Lurida.* *
227. *Truncata.* *

XXXI. CRYPTOCEPHALVS.

228. Longipes.
229. Quadripunctatus.
230. Bipunctatus.
231. Bimaculatus.
232. Scopolinus.
233. Cordiger.
234. Tridentatus.
235. Moraei.
236. Auritus.
237. Sericeus.
238. Nitens.
239. Marginatus.
240. Flauilabris.
241. Cyaneus.
242. Sexpunctatus.
243. Flauipes.
244. Labiatus.
245. *Octomaculatus.* *
246. *Trimaculatus.* *
247. Bipuſtulatus.
248. *Sexpuſtulatus.* *
249. Hiſtrio.
250. 10-punctatus.
251. Coryli.
252. Vitis.
253. Quadripuſtulatus.
254. *Piloſus.* *
255. Puſillus.

XXXII. CISTERA.

256. Gigas.
257. Ceramboides.
258. Ceruina.
259. Teſtacea.
260. Murina.
261. Pallida.
262. Sulphurea.
263. Lepturoïdes.

XXXIII. CRIOCERIS.

264. Calmarienſis.
265. Merdigera.
266. 12-punctata.
267. Sanguinea.
268. Tenella.
269. Cyanella.
270. Melanopa.
271. Flauipes.
272. Phellandrii.
273. Campeſtris.

XXXV. LAGRIA.

274. Hirta.
275. Caerulea.
276. Bifaſciata.
277. Nigra.
278. Antherina.
279. Floralis.

XL. GVRCVLIO.

280. Colon.
281. Bilineatus.

282. Bimaculatus.
283. *Puluerulentus.* *
284. *Cardui.* *
285. Aſcanii.
286. Bacchus.
287. Betulae.
288. Campanulae.
289. Alliariae.
290. Cyaneus.
291. Flauipes.
292. Nigriroſtris.
293. Rufiroſtris.
294. Pericarpius.
295. Paraplecticus.
296. Abbreuiatus.
297. *Pſeud'acori.* *
298. *Paſtinacae.* *
299. Pini.
300. Curuiroſtris.
301. Frumentarius.
302. Granarius.
303. *Scirpi.* *
304. Acridulus.
305. Filiformis.
306. *Quinquemaculatus.* *
307. Ceraſi.
308. *Faber.* *
309. *Vilis.* *
310. Scrophulariae.
311. Abietis.
312. *Fatuus.* *
313. *Statua.* *
314. Nucum.
315. Tortrix.
316. Druparum.
317. *Fumoſus.* *
318. *Cinctus.* *
319. Violaceus.
320. Salicis.
321. Alni.
322. Viminalis.
323. Barbarus.
324. Nebuloſus.
325. Sulciroſtris.
326. *Ophthalmicus.* *
327. *Affinis.* *
328. Viridis.
329. Verecundus.
330. Griſeus.
331. Lineatus.
332. *C. nigrum.* *
333. Hiſpidulus.
334. Scabriculus.
335. Punctatus.
336. Punctatulus.
337. *Senex.* *
338. Aſperſus.
339. Latiroſtris.
340. Nigrita.
341. Pyri.
342. Oblongus.
343. Ouatus.
344. Argentatus.
345. Nubilus.
346. *Fullo.* *

XLI. RHINOMACER.

347. *Brentoides.* *

XLII. ATTELABVS.

348. Coryli.
349. Curculionoides.

Digitized by Google

350. Pubeſcens.

XLIII. CLERVS.

351. Formicarius.
352. Vnifaſciatus.
353. Apiarius.

XLIV. NOTOXVS.

354. Monoceros.
355. *Schaedia.* *

XLVII. CERAMBYX.

356. Moſchatus.
357. Cerdo.
358. Heros.
359. Nebuloſus.
360. Varius.
361. Hiſpidus.
362. *Quercus.* *

XLVIII. LAMIA.

363. Textor.
364. Sutor.
365. Kaehleri.
366. Funeſta.
367. Nebuloſa.
368. Pedeſtris.
369. Molitor.
370. *Vnifaſciata.* *

XLIX. STENOCORVS.

371. Lamed.

L. CALOPVS.

372. Serraticornis.

LI. RHAGIVM.

373. *Etruſcum.* *

LII. SAPERDA.

374. Cylindrica.
375. Cardui.
376. Punctata.
377. Populnea.
378. *Caeruleſcens.* *
379. Suturalis.
380. *Filum.* *

LIII. CALLIDIVM.

381. Baiulus.
382. *Holoſericeum.* *
383. *Omega.* *
384. Fennicum.
385. Violaceum.
386. Sanguineum.
387. Teſtaceum.
388. Arcuatum.
389. Florale.
390. Arietis.
391. Verbaſci.
392. Trifaſciatum.
393. Luridum.
394. Alni.
395. Plebeium.

LIV. DONACIA.

396. Craſſipes.
397. Simplex.

LV. LEPTVRA.

398. Melanura.
399. Liuida.

Digitized by Google

400. Villica.
401. Quadrifaſciata.
402. *Villoſa.* *
403. Sexguttata.
404. Scutellata.
405. Atra.
406. Nigra.
407. Attenuata.
408. Ruficornis.
409. Abbreuiata.

LVI. LAMPYRIS.

410. Italica.
411. Splendidula.

LVII. PYROCHROA.

412. Sanguinea.

LXI. CVCVIVS.

413. Flauipes.

LXII. CANTHARIS.

414. Fuſca.
415. Liuida.
416. Obſcura.
417. Pallipes.
418. Nigripes.
419. Ruficollis.
420. Melanura.
421. Biguttata.
422. Minima.

LXIII. MALACHIVS.

423. Aeneus.
424. Bipuſtulatus.
425. Sanguinolentus.
42. Pedicularius.

LXIV. NECIDALIS.

427. Viridiſſima.
428. Caeruleſcens.
429. Ruficollis.
430. Atra.
431. Rufa.
432. Podagraria.
433. Caerulea.
434. Humeralis.

LXV. ELATER.

435. Aterrimus.
436. Obſcurus.
437. Sputator.
438. Filiformis.
439. Niger.
440. *Carbonarius.* *
441. Murinus.
442. Teſſellatus.
443. Sanguineus.
444. Balteatus.
445. Ruficollis.
446. Ferrugineus.
447. *Prolifericornis.* *
448. *Rufipes.* *
449. Minutus.
450. Marginatus.
451. Pulchellus.
452. *Maculatus.* *
453. *Bimaculatus.* *
454. *Crucifer.* *
455. Bipuſtulatus.

LXVI. BVPRESTIS.

456. Mariana.
457. Cuprea.
458. Ruſtica.
459. Tenebrionis.
460. *Faſtidioſa.* *
461. Aruminata.
462. *Aurulenta.* *
463. 9-maculata.
464. *Quadrifaſciata.* *
465. Chryſoſtigma.
466. Manca.
467. Rubi.
468. Viridis
469. Cyanea.
470. Nitidula.
471. Salicis.
472. Minuta.
473. Biguttata.
474. Taeniata.

LXVII. CICINDELA.

475. Campeſtris.
476. Hybrida.

LXVIII. ELAPHRVS.

477. Riparius.
478. Aquaticus.
479. Semipunctatus.
480. Flauipes.

LXIX. HYDROPHILVS.

481. Piceus.
482. Caraboïdes.
483. Scarabaeoïdes.
484. Luridus.
485. Minutus.
486. *Coccinelloides.* *

LXX. DYTISCVS.

487. Punctulatus.
488. Marginalis.
489. *Diſpar.* *
490. Cinereus.
491. Sulcatus.
492. Bipuſtulatus.
493. Feneſtratus.
494. Striatus.
495. *Leander.* *
496. Ouatus.
497. Planus.
498. Erythrocephalus.
499. Lituratus.
500. *Ferrugineus.* *
501. Paluſtris.
502. Puſillus.
503. Granularis.

LXXI. GYRINVS.

504. Natator.

LXXII. CARABVS.

505. Coriaceus.
506. Hortenſis.
507. Clathratus.
508. Granulatus.
509. Sycophanta.
510. Caliginoſus.
511. Leucophthalmus.
512. Arenarius.
513. Ruficornis.
514. *Obſoletus.* *

515. Vulgaris.
516. Caeruleſcens.
517. Lepidus.
518. Cupreus.
519. Latus.
520. Interruptus.
521. Ferrugineus.
522. Germanus.
523 Cinctus.
524. Marginatus.
525. Limbatus.
526. *Puluerulentus.* *
527. Madidus.
528. Oblongo-punctatus.
529. *Dimidiatus.* *
530. *Punctulatus.* *
531. Pilicornis.
532. *Silphoides.* *
533. *Carbonarius.* *
534. Complanatus.
535. Crepitans.
536. Crux-maior.
537. *Olens.* *
538. Lunatus.
539. Spinibarbis.
540. Cyanocephalus.
541. Melanocephalus.
542. Turcicus.
543. Viridanus.
544. *Chryſocephalus.* *
545. Praſinus.
546. Teſtaceus.
547. Crux-minor.
548. Andreae.
549. *Cyathiger.* *
550. Azureus.
551. *Dentatus.* *
552, *Mendax.* *
553. *Faſciolatus.* *
554. Meridianus.
555. *Truncatellus.* *
556. Atricapillus.
557. *Pedeſtris.* *
558. Quadriguttatus.
559. *Leuipes.* *
560. Quadrimaculatus.
561. Bipunctatus.
562. *Exſanguis.* *
563. *Minutus.* *
564. *Sigma.* *
565. *Puſillus.* *
566. *Non plus ultra.* *

LXXIII. SCARITES.

567. Gigas.
568. *Thoracicus.* *
569. Arenarius.
570. *Clypeatus.* *
571. *Calydonius.* *
572. *Rufus.* *

LXXV. PIMELIA.

573. Muricata.
574. Carinata.
575. Reflexa.

LXXVIII BLAPS.

576. Mortiſaga.

LXXIX. TENEBRIO.

577. Molitor.

578. *Affinis.* *
579. *Mauritanicus.* *
580. Culinaris.
581. *Fuſcus.* *
582. *Chryſomelinus.* *
583. *Dubius.* *

LXXX. HELOPS.

584. Lanipes.
585. Dentipes.
586. *Triſtis.* *
587. *Chalybaeus.* *
588. Quiſquilius.
589. *Ouatus.* *

LXXXII. MELOE.

590. Proſcarabaeus.
591. *Tuccia.* *

LXXXIII. LYTTA.

592. Veſicatoria.
593. Erythrocephala.
594. Afra.

LXXXIV. MYLABRIS.

595. Cichorei.
596. Algirica.

LXXXV. CEROCOMA.

597. Schaefferi.

LXXXVI. MORDELLA.

598. Aculeata.
599. Faſciata.
600. *Sexpunctata.* *
601. *12-punctata.* *
602. Flabellata.
603. Paradoxa.
604. Flaua.
605. Bimaculata.

LXXXVII. STAPHYLINVS.

606. Politus.
607. Maxilloſus.
608. Marinus.
609. Erythropterus.
610. *Ferrugineus.* *
611. *Vlmi.* *
612. *Cupreus.* *
613. *Aeneus.* *
614. Morſitans.
615. *Saxatilis.* *
616. Chryſomelinus.
617. *Subterraneus.* *
618. Ruſipes.
619. Fuſcipes.
620. Bipuſtulatus.
621. Obtuſus.
622. Piceus.
623. *Buphthalmus.* *

LXXXVIII. OXYPORVS.

624. Rufus.
625. *Bicolor.* *

LXXXIX. PAEDERVS.

626. Riparius.
627. *Impreſſus.*

XC. FORTICVLA.

628. Auricularia.

629. Minor.

XCI. BLATTA

630. Americana.
631. Orientalis.
632. Lapponica.
633. Marginata.

XCII. MANTIS.

634. Religioſa.
635. Pauperata.
636. *Roſſia.* *
637. Pagana.

XCIII. ACRYDIVM.

638. Bipunctatum.
639. Subulatum.

XCIV. TRVXALIS.

640. Naſutus.
641. Turritus.

XCV. ACHETA.

642. Gryllotalpa.
643. Domeſtica.
544. Campeſtris.
645. Italica.

XCVI. LOCVSTA.

646. Viridiſſima.
647. Verruciuora.
648. Varia.
649. *Perforata.* *
650. *Falcata.* *
651. *Tuberculata.* *

XCVII. GRYLLVS.

652. Lineola.
653. Flauus.
654. Thalaſſinus.
655. Italicus.
656. Caeruleſcens.
657. Caerulans.
658. Viridulus.
659. Rufus.

IN-

Digitized by Google

INDEX ALTER
INSECTORVM IN MANTISSA ADIECTA CONTENTORVM.

Quoad hocce volumen ſpectat.

Aſteriſco notata ab Auctore prorſus nova exhibita ſunt; litteris minoribus diſtincta: in Opere ipſo nondum occurrunt.

I. LVCANVS.

1. *L? Vireſcens.*

III. SCARABAEVS.

2. Punctulatus.
3. *Foſſor.*
4. *Sordidus.*
5. *Rubidus.*
6. Irroratus.
7. Furcifer. *
8. *Rufipes.*
9. *Plagiatus.*
10. Fuſcus. *
11. Lunaris.

IV. TROX.

12 Niger.

V. MELOLONTHA.

13. *Rnficornis.*
14. *Abdominalis.*
15. Argentea.
16. *Squamoſa.*
17. Dubia. *

VIII. HISTER.

18. *Maior.*
19. *Cyaneus.*
20. Maculatus. *
21. Minor. *
22. Decemſtriatus. *
23. Duodecimſtriatus? *
24. Sulcatus.
25. Paruulus. *
26. Puſillus. *
27. Atomos. *

X. DERMESTES.

28. Vulpinus?
29. *Trifaſciatus.*
30. D? Dentatus.
31. *Fornicatus.*
32. Fuliginoſus. *
33. *Bicolor.*

34. Dubius. *

XII. BOSTRICHVS.

35. *Chalcographus.*
36. *Pygmaeus.*
37. *Crenatus.*
38. *Liguiperda.*
39. *Varius.*
40. Ater. *

XV. ANOBIVM.

41. Punctatum. *

XVI. PTINVS.

42. Longipes. *
43. Variegatus. *
44. *Latro.*

XIX. SPHAERIDIVM.

45. *Fimetarium.*
46. *Vulicarium.*
47. Luteum.

XX. TRITOMA.

48. Bipuſtulata.
49. *Sericea.*

XXI. IPS.

50. Fallax. *
51. Teſtacea. *
52. Atra. *

XXIV. SILPHA.

53. *Laeuigata.*

XXVI. NITIDVLA.

54. Maculata. *
55. *Strigata.*
56. *Diſcoidea.*
57. Chryſomeloïdes. *
58. *Haemorhoidalis?*

XXVII. COCCINELLA.

59. Tripunctata.
60. Nigrofaſciata.
61. *23-punctata.*
62. *12-punctata.*
63. *14-maculata.*
64. *14-guttata.*
65. *14-puſtulata.*

XXVIII. CASSIDA.

66. *Margaritacea.*

XXX. CHRYSOMELA.

67. *Goettingenſis.*
68. *Faſtuoſa.*
69. Violacea. *
70. Nigricornis. *
71. *Glorioſa.*
72. Gemellata. *
73. *Vulgatiſſima.*
74. *Armoraciae.*
75. Pyritoſa. *
76. *Ruficollis.*
77. *Nemorum.*
78. Pulex. *
79. *Violaceo-punctata.*
80. Dorſalis. *

Digitized by Google

XXXI. CRYPTOCEPHALVS.

81. Moraei.
82. Tricolor.

XXXII. CISTELA CEBRIO.

83. Longicornis.
84. Breuicornis.

XXXIII. CRIOCERIS.

85. *Capreae.*

XXXV. LAGRIA.

86. *Aenea.*
87. Viridis. *

XI. CVRCVLIO.

88. *Bardanae.*
89. Sanguineus. *
90. *Cupriroſtris.*
91. *Ceruleſcens.*
92. Timidus. *
93. Perpenſus. *
94. *Rumicis.*
95. Infidus. *
96. *Cinctus.*
97. Binotatus. *
98. Tigratus. *
99. Bipuſtulatus. *
100. Caneſcens. *
101. Caudatus. *
102. Coſtatus.
103. Viator. *
104. *Scabriculus.*
105. Breuiroſtris. *
106. Limoſus. *
107. Viſus. *
108. Armadillo. *
109. *Sulcatus.*

XLI. RHINOMACER.

110. Brentoides.

XLII. ATTELABVS.

111 Bicolor. *

XLIII. CLERVS.

112. Vniuittatus. *

XLIV. NOTOXVS.

113. Trifaſciatus. *
114. Pedeſtris.
115. Cinctellus. *
116. Hiſpidus. *
117. Myrmicocephalus. *
118. Hiſpidulus. *
119. Non plus vltra. *
120. Tenuicollis. *
121. 4-guttatus. *
122. Bifaſciatus. *

XLVII. CERAMBYX.

123. *Faſciculatus.*

XLVIII. LAMIA.

124. *Vnifaſciata.*

LII. SAPERDA.

125. *Erythrocephala.*
126. *Linearis.*

127.

Digitized by Google

127. *Lineola.*

LIII. CALLIDIVM.

128. Salicis.
129. *Clauipes.*
130. *Variabile.*
131. *Gibboſum?*
132. *Puſillum.*

LV. LEPTVRA.

133 *Elongata.*

LVII. PYROCHROA.

134. *Coccinea.*

LXI. CVCVIVS.

135. *Teſtaceus.*

LXII. CANTHARIS.

136. *Pallida.*
137. *Plumbea.*

LXIV. NECYDALIS.

138. Hybrida. *
139. *Flaueſcens.*

LXV. ELATER.

140. Litigioſus. *
141. *Lineatus.*
142. Cylindricus. *
143. *Thoracicus.*
144. Binotatus. *

LXVI. BVPRESTIS.

145. Nouemmaculata.
146. Cyanicornis. *
147. Deaurata. *
148. Rutilans.
149. *Elata.*
150. *Laeta.*
151. Caerulea. *
152. *Pygmaea.*
153. *Minuta.*
154. Nitida. *

LXVIII. ELAPHRVS.

155 *Caraboides.*
156. Nebuloſus. *
157. Pyritoſus. *

LXIX. HYDROPHILVS.

158. Caraboïdes.
159. *Orbiculatus.*
160. Pallidus. *

LXX. DYTISCVS.

161. Diſſimilis.
162. *Bipuſtulatus.*
163. *Transuerſalis.*
164. Puſtulatus. *
165. *Hybneri.*
166. Taeniatus. *
167. *Bipunctatus?*
167.² *Vliginoſus.*
168. *Minutus.*

LXXII. CARABVS.

169. *Purpuraſcens.*
170. *Hortenſis.*
171. *Conuexus.*
172. Paykullii. *
173. *Granulatus.*
174. Leucophthalmus.
175. Auropunctatus.
176. *Terricola.*
177. Punctulatus.
178. *Ariatus.*
179. Cinctus.
180. Fuſicornis.
181. *Veſtitus.*
182. Spoliatus. *
183. *Nigricornis.*
184. Rufus. *
185. *Humeralis.*
186. Smaragdulus. *
187. *Sexpunctatus.*
188. *Tenebrioides.*
189. Dentatus.
190. Diſtinctus.
191. Germanus.
192. Exhalans. *
193. Pſammodes. *
194. Aterrimus.
195. *Proteus.*
196. *Aſſimilis.*
197. *Obſcurus.*
198. Infidus.
199. *Agilis.*
200. Ouatus.
201. Votiuus. *
202. Velocipes. *
203. *Rufipes.*
204. *Dorſalis.*
205. Erratus. *

LXXIII. SCARITES.

206. Dama.

LXXV. TENEBRIO.

207. Cornifrons. *
208. Mauritanicus.

LXXXIV. MYLABRIS.

209. Teſtacea.
210. Fulua. *

LXXXVI. MORDELLA.

211. *Abdominalis.*
212. *Frontalis.*
213. Nigra. *

LXXXVII. STAPHYLINVS.

214. *Hirtus.*
215. *Cyaneus.*
216. Bicinctus. *
217. *Pubeſcens.*
218. *Tomentoſus.*
219. Canaliculatus.

220.

220. Clauicornis.
221 Pallidus. *
222. *Orbiculatus.*
223. *St? Sanguineus.*

XCII. MANTIS.

225. Roſſia.
226. Spallanzania. *

LXXXIX. PAEDERVS.

224. Elongatus.

XCVI. LOCVSTA.

227. Tuberculata.

Digitized by Google

ENTOMOLOGIA ETRVSCA.

CLASSIS PRIMA.
ELEVTHERATA.

Os palpis quatuor, aut sex. Maxilla inferior nuda libera.

I. LVCANVS.

(*p. 1.*)

Penicilli duo sub labio palpigeri. *Antennae* pectinato-fissiles.

1. *L. Cervus* mandibulis exsertis, vnidentatis, apice bifurcatis, labio deflexo, ruga transuersali eleuata. F. Sp. I. 1. 2.

☉ Bergstr. Olear. Voet. Schluga.
☽ Müller. Z. D. 443. Schrank. E. I. 32.
♀ F. Ent. syst. I. 2. 236. 2. Herbst. K. 3. 287. t. 33. f. 1. 2.

Habitat siluas et praecipue Ilices sat frequens. Variat magnitudine minori. Long. 23. lat. 8. Platyc. fusc. Geofr. Inf. 1. 60. 2. nil nisi femina, mandibulis haud exsertis. Copula iunctam cum praecedenti vidi.

(v. 2.)

2. *L. Capreolus?* mandibulis exſertis, apice tantum bifurcatis, labio ruga transuerſa oleuata interrupta. F. Sp. I. 1. 4.

☽ Merian. Europ. 168.

L. Ceruo ſimillimus, ſed ab eo capitis thoracisque forma praeſertim diſtinctus; cum non deſit omnino dens lateralis mandibularum, nec femora, vti notat Degeer, aurantiaca ſint, de identitate cum *L. Capreolo* aſſerere minime placuit; mihi noua ſpecies. Hab. cum praecedenti rarior. Long. 16. lat. 6.

L. Capreolum a me ſecundum deſcriptionem Degerii pro vero habitum Dn. *Herbſt. Tom. III. Natur-Syſt. der Käf.* p. 302. t. 34. f. 2. 3. ſecundum ſpecimina Muſei mei, ex America boreali mihi allata ipſa, deſcripſit iconibusque illuſtrauit accuratiſſimis. Vide etiam iconem optimam *Panzer. Beyträge I. t. 1. pag. 1.* Lucanum D. Roſſi vero, a multis Entomologis pro varietate L. Cerui declaratum, p. 299. t. 33. f. 4. 5. Herbſt. l. c. ſub nomine *L. Hirci* inuenies. Hg.

3. *L. parallelepipedus* mandibulis dente laterali eleuato, corpore depreſſo. F. Sp. I. 2. 6.

⊙ Pontopp., Voet., Bergſtr., Deg.

☽ Müller. Z. D. 446. Laich. 5. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 239. 11. Herbſt. K. t. 34. f. 5. Panz. F. I. G. II. 14.

Variat magnitudine. Puncta ſeu potius tubercula Geoffroyana in capitis vertice optime feminam a maſculo diſtinguunt, character conſtans. Habit. in ſiluis Piſanis frequens. Lecti ſaepe plures congregati ſub corticibus arborum, et in truncis cariosis menſ. Febr. et Mart. Long. 9. lat. 4.

4. *L.*

(p. 3.)

4. *L. Caraboïdes* caeruleſcens, mandibulis lunatis, thorace marginato. F. Sp. I. 3. 9.

⊙ Scop., Voet., Schaeff. Ic. t. 75. f. 7.

♀ F. Ent. ſyſt. I 2. 239. 14. Herbſt. K. t. 34. f. 6. 7.

Variat colore ſuperne viridi, inferne fuſco. Habit. easdem arbores non frequens. Long. 5. lat. 2.

Varietas notata eſt *L. rufipes*. Herbſt. K t. 3. p. 311. t. 34. f. 8. mea quoque obſeruatione nil niſi mera varietas L. Caraboïdis. Hg.

II. SCARABAEVS.

Palpi quatuor filiformes. *Labium* emarginatum apicibus elongatis palpigeris. *Antennae* lamellatae.

a. *Scutellati thorace cornuto.*

5. *S. naſicornis* ſcutellatus, thorace prominentia triplici, capitis cornu recuruo; elytris laeuibus. F. Sp. I. 11. 33.

⊙ Voet., Friſch., Drury, Olear.

☽ Scop. E. C. 14. Schrank. E. I. 2.

♀ F. Ent. ſyſt. I. 1. 14. 38.

Hab. in ligno putrido, vaporariis, fimeto frequens. Long. 16. lat. 9.

(p. 4.)

6. *S. diſpar* ſcutellatus, thoracis cornu ſubulato protenſo, capitis ſubulato ſubrecuruo, ſcutello cordato. F. Sp. I. 5. 7.

⊙ Pall.

♀ F. Ent. ſyſt. I. 1. 5. 7.

Hab. in ſtercore bouino non rarus. Long. 10. lat. 4½.

7. *S. Typhoeus* ſcutellatus, thorace tricorni; intermedio minori, lateralibus porrectis longitudine capitis mutici. F. Sp. I. 10. 30.

⊙ Ray., Mouf., Bergſtr., Petiv., Voet.
♀ F. E. S. I. 1. 12. 34. Herbſt. Käf. t. 6. f. 1. 2. Panz. F. I. G. II. 23. m. et f.

Hab. ſub ſtercore humano, profundos cuniculos fodiens; ſupra terram plerumque occurrit menſe Maio. Long. 6-8. lat. 4-4½.

Citatum Fabricii malum ex Iconibus Schaefferi in opus ſuum transtulit Roſſi. Figura enim prima t. 5. non feminam huius, ſed S. ſtercorarium, teſte quoque Harrero, absque vllo dubio deſignat. Huic citato, f. 9. t. 23. ſubſtituendam eſſe putat Schneiderus. N. Mag. d. Entom. 3. B. 2. St. p. 100. ſed ex iconibus, quales Schaefferus exhibet, de inſectis non multum a ſe abhorrentibus nil certi determinari poteſt. Hg.

(p. 5.)

b. *Scutellati, thorace inermi, capite cornuto.*

8. *S. Silenus* ſcutellatus, thorace inermi, antice excauato; capitis cornu recuruo, elytris laeuiſſimis. F. Sp. I. 13. 44.

⊙ Voet.
☽ Scop. Del. Fl. et Fn. Inſ. p. 1. t. 21. f. C.
♀ F. Ent. ſyſt. I. 1. 18. 51. Herbſt. K. t. 10. f. 2.

Alter ſexus thoracem habet pulvinatum non excauatum, caput muticum conuexum. Hab. ruri. Iul. menſ. in arenoſis ſaepe mortuus reperitur, fortaſſe ſolis aeſtu peremtus, cui minus, quam alii ſuae gentis reſiſtere videtur. Long. 9. lat. 4.

Voet. t. 18. f. 119. bene praetermiſit Fabricius in Ent. ſyſt. cum huius Scarabaei nomen Voetianum indicet, eum adlatum eſſe ex India, et cum e deſcriptione addita nimis breui non liqueat, illum eſſe eundem cum Italico. Hg.

9. *S. ſubterraneus* ſcutellatus, thorace inermi capite tuberculis tribus, elytris ſtriis crenatis. F. Sp. I. 15. 58. Schrank.

Digitized by Google

☽ Schrank. E. I. 7.
♀ F. E. S. I. 1. 23. 70.
In meis ſpeciminibus tubercula capitis tria. Hab. in ſtercore paſſim, primo vere frequens. Long. 2½. lat. 1¼.

Cum Schrank. l. c. Scarabaeo ſuo ſubterraneo vnicum tantum frontis tuberculum tribuat, atque elytra eius ad lentem tantum punctato-ſtriata commemoret, auctor illum allegare non debuiſſet. Nobis inter tot huius Scarabaei ſpecimina nullus vnico tantum tuberculo oblatus eſt. Veroſimile mihi porro, *Sc. ſulcatum* F. E. S. 24. 74. cuius deſcriptio exactiſſime deſignat ſubterraneum, meram eiusdem eſſe varietatem. Hg.

10. *S. fimetarius* ſcutellatus, thorace inermi, ater, capite tuberculato, elytris rubris. F. Sp. I. 16. 64.

⊙ Voet., Friſch., Scop., Ray.
☽ Roeſ. Inſ. 2. Sc. A. f. 3.
♀ F. Ent. S. I. 1. 27. 84. Herbſt. K. t. 12. f. 4.
Sexus alter nulla habet tubercula. Abundat in bouinis faecibus. Long. 3½. lat. 2.

Scar. foetens. F. Mant. 1. 8. 63. E. S. 1. 24. 75. Herbſt. K. 2. 173. et Sc. vaccinarius. Herbſt. K. 2. 138. t. 12. f. 5. ſecundum obſeruationem meam nil, niſi varietates Sc. fimetarii. Hg.

(p. 6.)

11. *S. bimaculatus* ſcutellatus, thorace inermi, capite ſubtrituberculato, elytris ſtriatis, macula baſeos rubra. F. Mant. 1. 8. 67.

♀ F. E. S. I. 1. 26. 82. Herbſt. K. t. 12. f. 14. Panz. Naturf. 24. 3. t. 1. f. 2.
Hab. in cadaueribus et ſtercore bouino. Long. 2¼. lat. 1¼.

Sc. terreſtrem, haud dubio S. bimaculati varietatem, miramur ab auctore non eſſe repertum, atque hac re ducimur ad conficiendum, S. ſubterraneum auctoris forſan eſſe S. terreſtrem, qui non raro ab auctoribus confundi ſolent. Hg.

12. *S. erraticus* ſcutellatus, thorace laeui, capite tuberculo vnico, elytris fuſcis. F. Sp. 1. 17. 66.

♀ F. E. S. I. 1. 27. 86.

Hab. in ſtercore, viis. Long. 3¼. lat. 2.

Citatum ex Sch. Iconib. t. 26. f. 9. non huic, ſed potius S. merdario adiungendum eſt, quamuis figura et hunc haud optime repraeſentet. Hg.

13. *S. conſpurcatus* thorace marginibus lateralibus albidis, capite tuberculato, elytris griſeis fuſco-maculatis. F. Sp. 1. 17. 67.

♂ Ray., Pontopp.

♀ F. Ent. S. I. 1. 28. 87. Herbſt. K. t. 12. f. 8.

Hab. cum congeneribus in ſtercoratis. Long. 2¼. lat. 1¼.

Cum Linnaeana deſcriptio Sc. conſpurcati ad plures Scarabaeos referri poſſit, et genuinus Sc. conſpurcatus a caeteris diſtingui exacte nequeat, ſuadendum eſt, vt ſecundum ea, quae Herbſtius l. c. ſcripſit, eius Scarabaeum pro Linnaeano habeamus. Cui ſententiae acceſſit etiam Fabricius inſerta in Entom. ſyſt. obſeruatione illa Herbſtii. Quod ſi probauerimus, citata a Voetio et Schaeffero, in Spec. et Ent. ſyſt. exhibita, omittenda ſunt, ad *Scarabaeum luridum* pertinentia. Hg.

(*p. 7.*)

14. *S. luridus* ater, capite tuberculato, elytris griſeis, nigro-ſtriatis. F. Sp. 1. 17. 69.

♀ F. Ent. ſyſt. I. 1. 29. 91. Voet. Scar. t. 21. f. 144. Schaeff.

Digitized by Google

Schaeff. I. t. 26. f. 8. Sc. interpunctatus. Fuesl. A. H. 4. 8. t. 19. a. f. 11. Herbſt. K. t. 18. f. 3.

Hab. bouinas faeces. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Merae varietates *Sc. luridi*, ex obſeruatione mea nullo dubio ſubiectae, ſunt: Sc. variegatus. Fuesl. A. 4. 9. t. 19. a. f. 12. Herbſt. K. t. 18. f. 4. Sc. arator. Fuesl. A. 4. 9. Herbſt. K. t. 19. f. 3. Sc. rufipes. Herbſt. K. 2. 282. Sc. nigripes. F. E. S. I. 1. 35. 111. Hg.

15. *S. granarius* niger, clypeo tuberculo ſolitario, elytris poſtice teſtaceis. F. Sp. 1. 17. 60.

♂ Schaeff. Ic. t. 144. f. 5.

♀ F. Ent. ſyſt. I. 1. 29. 92.

Totus ater, laeuis. Elytra ſtriis excauatis, poſtice verſus marginem ruſeſcentia. Pedes et femora obſcure ruſa. Hab. in ligno putrido ſub macerie. Long. 1. lat. $\frac{1}{4}$.

Fabricius, quem auctor noſter ſecutus eſt, Sc. granarium perperam confundit cum Sc. haemorrhoidali, in Spec. Inſ. In Ent. ſyſt. errorem correxit, Vir celeberrimus duas inde ſeparatas ſpecies efficiens. Hg.

* 16. *S. irroratus* ſcutellatus, thorace foſſula impreſſa, capite ſubcornuto, elytris ſulcatis, nigris, rufo-maculatis.

Sc. Moeris. Pall. Ic. p. 3. f. 2.

♀ Mant. Roſſi. p. 7. n. 6.

Clypeus marginatus, ruga eleuata laterali, et in medio corniculo breui armatus. Antennae nigrae. Thorax rugoſus margine crenulato. Scutellum paruum. Elytra maculis plurimis obſoletis rufis, vix diſtinguendis, adſperſa. Tibiae anticae quadridentatae. Hab. Pilis, non frequens. Long. 8. lat. 4.

Sc. Moeris nullo iure a Fabricio in Ent. ſyſt. apud Sc. teſtudinarium allegatur. Hg.

c. *Scutellati mutici, capite thoraceque inermi.*

(*p. 8.*)

17. *S. ſtercorarius* ſcutellatus, muticus ater, clypeo rhombeo, vertice prominulo, elytris ſulcatis. F. Sp. 1. 18. 74.

☉ Ray., Liſter., Friſch., Voet.

☽ Goetze. E. B. 1. 26. 42. Scop. E. C. 26. Schrank. E. I. 23.

♀ Herbſt. K. 2. p. XVI. praef. p. 254. text. t. A. Fab. E. S. I. 1. 30. 97. Schaeff. Ic. t. 5. f. 1. t. 13. f. 1.

Saepe ita infeſtatur ab Acaro Coleoptratorum, vt procedere nequeat. Colore et magnitudine admodum variat. Var. maior, colore ſubtus ſemper laete violaceo, tibiis anticis ſaepius ſexdentatis, elytris ſtriatis, femoribus poſticis latere interiore ſaepe bidentatis, praeſertim in feminis. Var. β. minor, colore plerumque ſubtus aeneo, elytris laeuibus, aut vix ſtriatis reſpectu maioris. Duo etiam minora ſpecimina poſſideo, vnum nitidiſſimum elytris laeuibus, aut vix ſtriatis colore vbique violaceo; alterum videtur eſſe varietas a Geoffroyo notata. Hab. in ſtercore bouino. Long. 10. lat. 5.

De noua et quaſi intermedia ſpecie inter Sc. ſtercorarium et Sc. vernalem vide Scriba Journ. f. d. Liebh. d. Ent. 3. St. 1791. p. 250. vbi *Sc. ſtercoratus* vocatur. Ipſe ſaepius in ſiluarum fungis *Sc. ſtercorarium* reprehendi, ſolito minorem, et mihi differre viſum. Hg.

(*p. 9.*)

18. *S. vernalis* ſcutellatus muticus elytris glabris laeuiſſimis, clypeo rhombeo, vertice prominulo. F. Sp. 1. 19. 75.

☉ Voet.

Schaeff.

Digitized by Google

♂ Schaeff. Ic. t. 222. f. 3. Schrank. E. I. 24.
♀ F. E. S. I. 1. 31. 98. Herbſt. K. t. 18. f. 1.
Thorax fere aequat magnitudine abdomen. Variat magnitudine et colore caeruleſcente et obſcuro. Moſchum olet. Mas duplo minor femina. Hab. paſſim in ſtercore, agris. Long. 7. lat. 4½.

Scarabaeos ſcutellatos pro thoracis et abdominis proportione diuidere licet in eos, quorum thorax longitudine aequat abdomen, et eos, quorum thorax abdomine breuior. Prioribus adnumerandus eſt Sc. vernalis. Recte igitur auctor non adduxit effigiem Voetianam, quae, quod ad hanc proportionem pertinet, prorſus inaccurata eſt. Neque Schaefferianam citaſſemus, in qua elytra ſulcata ſunt. Hg.

* 19. *S. punctulatus*, ſcutellatus; mandibulis laciniatis, clypeo triangulari, thorace punctato, elytris ſublineatis, punctiſpue maiusculis inordinate excauatis.

♀ *Sc. Monodon.* F. E. S. I. 1. 20. 57? *Sc. Idiota.* Herbſt. K. t. 17. f. 4.? Mant. Roſſi. p. 5. 2.
Totus ater, ſubtus hirſutus, clypeo pene angulato, ruga transuerſa in medio diuiſa. Tibiae anticae ſexdentatae. Mandibulae exterius trilaciniatae. Labium inferius integrum linguiforme. Thorax conuexus rotundatus. Elytra late lineata lineis laeuibus, et vix eleuatis. Tab. 1. f. 1. Hab. ſiluas frequens. Long. 9. lat. 5.

20. *S. 4. maculatus*, ſcutellatus, muticus oblongus, niger, elytris maculis duabus rubris. F. Sp. 1. 21. 86.

♀ Herbſt. K. t. 18. f. 10. S. 4. puſtulatus. F. E. S. I. 1. 36. 116.
Hab. in fimo. Long. 1⅓. lat. ⅔.

(*p. 10.*)

21. *S. porcatus* ſcutellatus, muticus, fuſcus, elytris porcatis. F. Sp. 1. 21. 92.

♀ F. E. S. I. 1. 38. 126.

Tibiae anticae tridentatae. Thorax conuexus lateribus vix marginatus. Hab. in plantis putridis. Inuenti plures in carie Ilicis d. 22. Decembr. Long. 1¼. lat. 1.

22. *S. aſper.* ſcutellatus, muticus, capite thoraceque transuerſim ſulcatis, elytris ſtriatis. F. Sp. 22. 94.

♀ F. E. S. I. 1. 39. 128. Herbſt. K. t. 18. f. 14.

Hab. in plantis putridis. Long. 1¼. lat. ½.

23. *S. quisquilius* ſcutellatus muticus ater, elytris liuidis. F. Sp. 21. 91.

Caput, thorax punctulatus. Scutellum paruum. Corpus nigrum. Elytra caſtanea, ſubpunctata, obſolete ſtriata. β. Variat elytris teſtaceis futura nigra, nempe *S. merdarius.* F. Sp. 21. 90. Hab. in ſtercore. Long. 1¼. lat. ⅓.

Primum commemoratur Sc. quisquilius a Linnaeo in Fn. Su., qui ei faciem Scarabei tribuit, eiusque habitationem in quisquiliis eſſe dicit. Linnaeus dubitaſſe videtur, an pro vero Scarabaeo habendus ſit. Inde receptus eſt in eiusd. Syſtema Naturae, adiecto Synonymo *Sc. minimi.* Scop. qui eius habitationem in foliis plantarum, quod inſolitum eſt Scarabaeis, eſſe confirmat. Receptus poſtea a Fabricio in Syſtema Entomologicum, affinis eſſe dicitur S. merdario, ibidem commemorato, niſi quod huic futura elytrorum nigra ſit. Quaeſiuerunt Entomologi Scarabaeos, huic deſcriptioni reſpondentes. Sc. merdarium cito ſe reperiſſe viſi ſunt, cum omnes eum intelligerent, cuius effigiem exhibet

Herbſtius

Herbſtius in N. S. d. Käf. t. 18. f. 5. Citatus Sc. minimus Scopolii induxit Entomologos, vt crederent, marem Sc. vnipunctati, puncto elytrorum communi carentem, verum eſſe *Sc. quisquilium.* Videatur T. 19. a. f. 8. Fuesl. Arch. et Herbſtii N. Syſt. d. Käf. t. 18. f. 15. Ante editam hanc effigiem Herbſtianam Fabricius in Mantiſſa ſua Sc. merdarium pro mera varietate Sc. quisquilii declaratum, prorſus omiſerat. In Entom. Syſt. ambas effigies modo laudatas citat, haud dubio marem Sphaeridii vnipunctati ſui (antea Scarabaei vnipunctati) repraeſentantes. Inde colligo, Fabricium aut non vidiſſe illum Scarabaeum, quem eſſe putant Fabricii merdarium, aut exhibuiſſe eum in Ent. Syſtem. ſub nomine mihi incognito. Alterutrum ſi ſtatuimus, ex ante dictis ſequi puto, vel verum Sc. quisquilium nondum cognitum eſſe, vel eſſe eundem cum mare Sph. vnipunctati. Quidquid horum placeat, nomen Sc. quisquilii omnino delendum eſſe videtur in Fabricii Syſtemate et Sc. quisquilius Herbſtii pro Sph. vnipunctato Fabr. habendus, vt tandem controuerſiae, quae ſcientiam Entomologicam minime iuuat, finis imponatur.

Hg.

d. *Exſcutellati, thorace cornuto.*

(*p. 11.*)

24. *S. lunaris* exſcutellatus, thorace tricorni, cornu intermedio obtuſo bifido, capitis cornu erecto, clypeo emarginato. F. Sp. 1. 24. 108.

⊙ Linn. Fn. Suec. Ray., Friſch., Petiv., Bergſtr., Voet.

☽ Schrank. E. I. 1. Degeer 4. t. 10. f. 1.

♀ F. E. S. I. 1. 46. 150. Sc. emarginatus ib. 151. Herbſt. K. 2. 39. t. 8. f. 7. 8. 9. Mant. Roſſi. p. 8. 11.

Caput

Caput planum, antice rotundatum, crenulatum, bifidum, vertice cornuto. Elytra ſtriata, vel potius ſulcata. Niger totus, verticicornis, thorace ad vtrumque latus hemiſphaerico, ſcalpello veluti exciſo, ita vt dens vnus, vel cornu vtrinque in margine thoracis ſit, dum ſulco medio in duas partes aequales diuiſus eſt. Antice truncatus apparet, et in medio partis abſciſſae caput verſus, tubercula duo parua acuta vtrinque adſunt. Scutellum nullum. Elytra ſulcata ſulcis in ſingulis octo. Mas.

Femina differt thorace magis rotundo, antice minus retuſo, et abſque dentibus lateralibus, aut vix eminentibus. Capitis vero cornu erectum, lunulatum, bifidum, triplo minus quam in maſculo; cuius cornu acutum et integrum eſt. Reliqua in vtroque ſexu ſimilia, ſed magnitudo admodum variat. Apud nos adeo copioſus, vt habuerim innumeros, et vna vice ſaepius plus quam viginti inuenti ſunt in eodem loco. Inter tot ſpecimina a me examinata duas tantum feminas vidi capitis cornu non lunulato, ſed integro et minori. Specimen a Schrankio obſeruatum huic varietati ſimile fuiſſe videtur, quod dubium ab eo indicatum reſoluit. Variant figura ſaepe etiam cornua, vel dentes laterales thoracis. Habit. faeces bouinas. Long. 8½. lat. 5.

e. *Exſcutellati, thorace inermi capite cornuto.*
(p. 12.)

25. *S. Biſon* exſcutellatus, thorace antice mucronato, capite cornubus duobus lunaribus. F. Sp. 1. 26. 115.

♀ F. E. S. I. 1. 50. 164.

Hab. in ſtercore bouino frequens. Long. 7½. lat. 4.

26. *S. Hiſpanus* exſcutellatus, thorace inermi retuſo, clypeo cornuto, emarginato, elytris ſtriatis. F. Sp. 1. 12. 26.

⊙ Linn. Muſ. Lud. Vlr.; Roeſ.

☽ Voet. Sc. t. 24. f. 13.

♀ F. E. S. I. 1. 57. 188.

Statura *S. lunaris*, at paullo maior. Clypeus emarginatus. Thorax antice retuſus. Elytra ſtriata, integra, ut *S. paniſco* ſeu *Vulgo Linn.* breuia. Hab. Florentiae. Long. 9. lat. 6.

27. *S. Taurus* exſcutellatus, thorace inermi, occipite, cornubus duobus reclinatis, arcuatis. F. Sp. 28. 125.

⊙ Ray., Schreb., Schaeff.

☽ Schaeff. Ic. t. 63. f. 4.

♀ F. E. S. I. 1. 54. 178. eiusd. *S. Capra* ibid. p. 55. n. 180. *S. recticornis* Leske Iter, p. 45. t. A. f. 8. 9. Panz. Fn. Inſ. Germ. XII. 3.

Hab. in ſtercore equino paſcuorum, primo vere frequens. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Permulta huius Scarabei a me collecta, eaque gradatim inter ſe variantia, ſpecimina docuerunt me, Sc. Capram F. et recticornem Leskii meras eſſe varietates Sc. Tauri, quae feminae huius Scarabaei (cuius clypeus capitis inermis et transuerſim ſulcatus) ſenſim appropinquant, adeo, vt vterque ſexus vix dignoſci poſſit. Hg.

(p. 13.)

28. *S. Vacca* exſcutellatus, thorace inermi retuſo, occipite ſpina erecta gemina. F. Sp. 1. 28. 126.

⊙ Schroet.

♀ F. E. S. I. 1. 55. 179. Panz. F. I. G. XII. 4.

Hab. bouinas faeces non rarus. Long. 4. lat. $2\frac{1}{2}$.

Citatum

Citatum *Schroeter. Miſc. 1. t. 3. f. 5.* a Fabricio etiam in Entomol. ſyſtemat. repetitum, ad *S. Bonaſum* F. ſpectat. Citatum *Schaeff. Ic. t. 73. f. 4. 5.* a Fabricio in Ent. ſyſt. adductum monente Harrero S. Vaccam minime, repraeſentat, ſed nouam ſpeciem, quam cum *Preislero* Cent. 1. Inſ. Bohem. S. fracticornem vocat. Caeterum miramur, auctorem non commemoraſſe marem huius Scarabaei, cuius occiput, vt maſculi S. nuchicornis, ſpina erecta armatum eſt. Hg.

29. *S. nuchicornis* exſcutellatus, thorace rotundato inermi, occipite ſpina erecta armato. F. Sp. 1. 30. 132.

☉ Voet., Ray., It. Gott. Linn.

☽ Schaeff. Ic. t. 73. f. 2. 3. Schrank. E. I. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 58. 192. Preisl. Inſ. Bohem. Cent. 1. t. 2. f. 10. A. B. Panz. Fn. Inſ. Germ. IV. 1.

Inter mea ſpecimina alia habent ſpinam, aliis deeſt, aut minimum, rugis duabus eleuatis transuerſis, femina. Hab. frequens in ſtercore bouino. Long. $2\frac{1}{2}$-$3\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{3}$-2.

S. planicornis Herbſt. K. t. 14. f. 13. mera varietas minor S. nuchicornis eſſe videtur. Hg.

30. *S. Capra* exſcutellatus, thorace inermi, occipite ſpina erecta gemina, corpore nigro obſcuro. F. Mant. 1. 15. 144.

♀ F. E. S. I. 1. 55. 180. Scriba Ephem. Entom. 1. 52. An femina S. Tauri?

Hab. in ſtercore bouino. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Mera varietas S. Tauri. Vide adnotata ad *S. Taurum.* Hg.

31.

Digitized by Google

(p. 14.)

31. *S. furcatus* exſcutellatus, thorace inermi rotundato, capite cornubus tribus erectis approximatis, intermedio breuiori. F. Sp. 1. 30. 134.

☽ S. Viculus Laich. Inſ. t. 1. f. 20.

♀ F. E. S. I. 1. 60. 198. Panz. F. I. G. XII. 5.

Cornua capitis apice obtuſa. Thorax ſubpubeſcens. Elytra fuſca obſolete punctato-ſtriata. Femina inermis linea transuerſa eleuata. Habit. in ſtercore bouino rarius. Long. 2. lat. $1\frac{1}{4}$.

f. *Exſcutellati mutici.*

32. *S. ſacer* exſcutellatus, clypeo ſexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis poſticis ciliatis, elytris laeuibus. F. Sp. 1. 31. 39.

⊙ Linn. Muſ. Lud. Vlr. Amoen. Acad., Osb. It. Loefling. It., Voet.

☽ Schaeff. Ic. t. 201. f. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 62. 205.

Hab. Florentiae et Piſis frequens, praeſertim in ſilua dicta St. Petri. Long. 14. lat. 5.

33. *S. laticollis* exſcutellatus, muticus, niger, clypeo ſexdentato, elytris ſulcatis. F. Sp. 1. 31. 140.

⊙ Ray.

☽ Petagna Inſ. Cal. n. 4. deſcriptione optima.

♀ F. E. S. I. 1. 62. 206.

Inter mea ſpecimina duas habeo varietates, *S. ſacro* dimidio minores. Altera variat thorace punctis maiusculis excauato; altera elytris late ſulcatis, clypeo absque cornu rudimento, quod in *S. ſacro* obſeruatur, at in caeteris omnibus nimis illi ſimiles et affines videntur. Hab. cum praecedenti rarior. Long. 7. lat. 5.

34.

(p. 15.)

34. *S. Schaefferi* exſcutellatus, muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus poſticis elongatis, dentatis. F. Sp. 1. 32. 148.

♀ F. E. S. I. 1. 66. 220.

Capitis clypeus emarginatus, antice bidentatus. Femora poſtica lata compreſſa, Habit. rarius cum aliis. Long. 4. lat. 2½.

* 35. *S. Geoffroyae* exſcutellatus niger, capite clypeato, elytris margine exteriore ſinuatis. Geoffr. Inſ. 1. 91. 8.

Sulz. Hiſt. 18. t. 1. f. 7. Goetze E. B. 1. 74. 15. Schaeff. Ic. t. 3. f. 7.

Sc. pilularius. F. Mant. 17. 170?

♀ F. E. S. I. 1. 67. 222. Voet. Col. t. 26. f. 28. Herbſt. K. 2. 311. t. 20. f. 5. Preisl. Inſ. Boh. Cent. 1. 40. 38.

Totus niger, etiam inferne, elytris lacuibus poſt baſin ad latera contractis, ſinuatis. Femora et tibiae poſticae elongatae. Noſtra ſpecimina conueniunt omnino cum deſcriptione Geoffroyi et figura Schaefferi. Hab. bouinas faeces frequens. Long. 5½. lat. 3.

Citata Herbſtii e ſcriptis Degeerii, Drury et Voet. t. 27. f. 37. apud Sc. pilularium, qui *Sc. Geoffroyae* auctoris eſt, in N. S. d. K. adducta, et ad *Sc. volucntem* F. E. S. 221. pertinentia, delenda ſunt.

Hg.

(p. 16.)

36. *S. Schreberi* exſcutellatus, muticus, ater, glaber, elytris maculis duabus rubris. F. Sp. 1. 33. 151.

♀ F. E. S. I. 1. 68. 225.

Macula

Macula ad baſin elytri oblonga, altera ad apicem fere rotunda. Hab. bouinas faeces non rarus. Long. 3. lat. $1\frac{1}{4}$.

Maior, thorace quadrituberculato, Fabricio a Daldorſio miſſus, certiſſime nil niſi mera varietas *Sc. Schreberi.* Hg.

37. *S. flauipes* exſcutellatus muticus nigricans, thoracis marginibus, elytris pedibusque flaueſcentibus. F. Sp. App. 495.

☽ Geoffr. Inſ. I. 90. 6.? Sc. thoracocircularis. Laich. 24, 17. Schaeff. Ic. t. 74. f. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 70. 233.

Magnitudo *Sc. fimetarii.* Lividus; thorax circularis, ſubaeneus, foueola laterali, aut potius puncto nigro. Clypeus antice ſubmarginatus. Elytra ſubrugoſa. Tibiae anticae quadridentatae. Habit. in ſtercore bouino rarior. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Voet. t. 28. f. 48. ad exoticum pertinet, et hunc Scarabaeum male repraeſentat; citari ergo, vt a nonnullis Entomologis factum eſt, eo minus debuiſſet. Hg.

(p. 17.)

38. *S. ouatus* exſcutellatus, muticus, niger, thorace rotundato, ſubaeneo, elytris abbreuiatis. F. Sp. 1. 34. 158.

♀ F. E. S. I. 1. 70. 237. Preisl. Inſ. Boh. C. 1. 46. 49.

Hab. in ſtercore bouino infrequens. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

IV. TROX.

Palpi quatuor capitati. *Maxilla* bifida. *Antennae* clauato-lamellatae.

39. *T. luridus*? niger, thorace marginato, inaequali, elytris ſtriato-ſpinoſis. F. App. Sp. 496. 3-4.?

♀ F. E. S. I. 1. 87. 6. Mant. Roſſi 9. 12.
Omnia, vt in deſcriptione Fabricii, ſed in ſingulo elytro ſtriae tantum quinque eleuato-ſpinoſae. Hab. Florentiae. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. vix 2.

V. MELOLONTHA.

Maxilla breuis, cornea; apice multidentata.
Antennae lamellatae.

40. *M. Fullo* teſtacea, albo-maculata, ſcutello macula duplici, antennis heptaphyllis. F. Sp. 35. 1.
⊙ Ray., Friſch., Ephemerid. N. C., Aubent., Sulz. Hoefn., Voet.
☽ Degeer. Inſ. 4. t. 10. f. 13.
♀ F. E. S. I. 2. 154. 1. Herbſt. K. t. 22. f. 1. 2.
In femina antennarum lamellae exiguae, rotundae, tibiaeque anticae magis dentatae. Plerumque magnitudine maſculo aequalis, hoc eſt longa lin. 13, at vnam habeo valde maiorem, quae longa eſt a capite ad anum 17 lin. Latitudo 7 lin.

Semel inuenta volitans ſub veſperum in horto menſ. Iul. In locis montoſis ſiluaticis Etruriae non rara, vti in valle vulgo dicta *Vmbroſa*, et alibi. Florentiae et Piſis rara; Florentiae tamen hoſpitatur in horto *Pagninio*, ubi ſingulis annis reperitur in planta quadam exotica Pinu ſilueſtri Iun. et Iul.

(*p. 18.*)

41. *M. vulgaris* teſtacea, thorace villoſo, inciſuris abdominis albis. F. Sp. 35. 3.
⊙ Ray., Liſt., Petiv., Voet.
☽ Schrank. E. I. 11.
♀ F. E. S. I. 2. 155. 3. Herbſt. K. t. 22. f. 6. 7.
Antennae articulatae verſus baſin clauam exſe-

runt

runt oblongo-planam, ſexlamellatam, longiſſimam, ad angulum acutum cum articulis baſis. Long. 12. lat. 6. Hab. apud nos rarus.

(p. 19.)

42. *M. ſolſtitialis* teſtacea, thorace villoſo, elytris luteo-pallidis, lineis tribus pallidioribus. F. Sp. 37. 7.

⊙ Ray., Mouf., Petiv., Voet.

♀ F. E. S. I. 2. 157. 11. Herbſt. K. t. 22. 9.

M. vulgari ſimilis, ſed dimidio minor, et villoſior cauda non elongata, lineae albidae in mortuo vix apparentes. Long. 7. lat. 3½. Hab. Florentiae in arboretis ad ſolſtitium aeſtiuum. Piſis rara.

43. *M. oblonga*, glabra nigra, elytris obſolete ſtriatis. F. Sp. 37. 9.

⊙ Scop.

♀ F. E. S. I. 2. 159. 18.

Iunior colore violaceo, liuidoque variat. Long. 5. lat. 2½. Hab. in ſilueſtribus frequens.

Auctor citatum Fabricii e Scopolio bene omiſit, qui Scarabaeus veriſimillime *Sc. rufipes* F. Ent. ſyſt. eſt. Hg.

* 44. *M. deuota* villoſa, atrouiolacea, elytris laeuiter ſulcatis, apice pallidis.

Villoſa pilis albidis. Antennae ruſae. Macula flaua vtrimque ad baſin abdominis ab elytris occultata. Long. 5. lat. 3½.

Forte *M. abdominalis* F. Sp. App. 496?

Hab. in locis apricis. Semel inuenta.

Ne ſit *M. abdominalis*, auctori ipſi perſuaſum eſt. Vid. Roſſi. Mant. 10. 14. M. abdominalis. Hg.

(p. 20.)

45. *M. Agricola* thorace villoso, elytris liuidis limbo fasciaque nigris, clypeo apice reflexo. F. Mant. 23. 57.

☉ Poda, Schaeff., Voet.

☽ Schaeff. Ic. t. 23. f. 8. t. 63. f. 1. Schrank. E. I. 17. Goetze E. B. 1. 35. 58.

♀ F. E. S. I. 1. 173. 74. Herbst. K. t. 24. f. 10. Fabricii diagnosis optima. Variat magnitudine et macula elytrorum nunc quadrata, nunc cyathiformi. Margo elytrorum non semper niger. Femora postica crassa. Clypeus capitis apice semper reflexus. *M. fruticola* F. Mant. 23. 56. mihi videtur mera varietas. Long. 3½, 5. lat. 2, 3¼. Hab. frequens in Cerealibus.

Citatum Fabricianum e Schaeffero, erroneum, bene emendauit auctor. Hg.

46. *M. horticola* capite thoraceque caeruleo-pilosis, elytris testaceis, pedibus nigris. F. Sp. 42. 41.

☉ List., Schaeff.

☽ Schaeff. Ic. t. 53. f. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 171. 68. Herbst. K. t. 25. f. 1. Antennae rufae claua nigra. Tibiae anticae bidentatae. Long. 4. lat. 2½. Hab. in hortis frequens.

47. *M. ruricola* atra sericea, elytris rufis, margine nigro. F. Sp. 43. 45.

♀ F. E. S. I. 2. 173. 75. Herbst. K. t. 25. f. 2. Tota nigra exceptis elytris croceis, nigro vndique marginatis, striatis. Long. 3. lat. 1½. Hab. ruri in graminosis haud frequens.

48.

(p. 21.)

48. *M. argentea* clypeo marginato nigra, ſubtus argenteo nitens, elytris teſtaceis. F. Sp. 44. 48.

☉ Voet.

♀ Roſſi. Mant. p. 10. n. 15. Herbſt. K. t. 25. f. 6. Fabriciana et Scopolina deſcriptio exacte congruit cum noſtris, magnitudo, habitatio omnia conueniunt. Pedes poſtici vero parum elongati ſunt, et teſtacei coloris.

M. farinoſa, quàe dicitur *Lugdunenſis*, *l'Ecailleux violet*, hac maior atque nitidior eſt, et colore ſupra caeruleo, nitidiſſimo, nec apud nos occurrit. Hab. in plantis et floribus frequens. Long. 3. lat. 1¼.

Maxima ſane confuſio inter hanc et ſimiles latet Melolonthas, quam extricatum iri, vix ſperari poteſt. Attamen auctor Fabricii *M. ſquamoſam* E. S. I. 2. 174. 78. habuiſſe videtur, cuius coniecturae Scopolii deſcriptio, affabre facta, et a Roſſio iamiam laudata, certiorem me facit. Mantiſſa denique auctoris magis id mihi perſuaſit. Fabricii enim *argentea* vera, eſt illa, quam Herbſt. ſub nomine *Philanthus* K. 3. p. 119. n. 72. t. 25. f. 4. deſcripſit, ac depingi curauit. Ceterum in Fabr. E. S. l. c. deleatur citatum: *M. minuta*, Panzer. quia malum. Perperam deinde Fabricius in eodem loco Scopolii *Sc. argenteum* apud *M. argenteam* ſuam allegat, qui ſine dubio ad *M. ſquamoſam* referendus eſt.

Pedum color in M. argentea, vel potius *ſquamoſa* variat, nunc niger, nunc teſtaceus, nec notam praebet firmam. Hg.

49. *M. puluerulenta* corpore polline vireſcenti argenteo, elytris, pedibusque teſtaceis. F. Sp. 45. 56.

⊙ Sulzer.

♀ F. E. S. I. 2. 178. n. 93. excluſo ſynonymo *Sulzeri*, quod ad M. argenteam F. pertinet.
Herbſt. K. t. 25. f. 7.

Statura omnino *M. argenteae*, et apud nos eiusdem ferme magnitudinis. Deſcribit Fabricius. Pedes in meis nigri: poſtici elongati; thorax piloſus.

M. farinoſa, *argentea*, et *puluerulenta* adeo confuſae a deſcriptoribus, vt absque omnium notitia, et comparatione difficillimum ſit, vnam pro altera non aſſumere. Hab. in locis apricis ſiluaticis rarior. Long. 3. lat. 1½.

(*p. 22.*)

50. *M. brunnea* glabra, teſtacea, elytris ſtriatis, thorace utrinque puncto notato. F. Sp. 39. 26.

⊙ Voet.

♀ F. E. S. I. 2. 165. 42. excluſo ſynonymo *Sulzeri*, quod ad M. variabilem F. E. S. I. 2. 180. 101. pertinet.
Herbſt. K. t. 24. f. 3.

Antennarum lamellae longiuſculae. Deſcr. *Geoffroyana* optima. Hab. in plantis, et arbuſtis non frequens. Long. 4. lat. 1¼.

51. *M. Friſchii* nigro aenea, elytris teſtaceis. F. Sp. 41. 33.

⊙ Voet.

☽ Degeer. I. 4. t. 10. f. 16. Schaeff. Ic. t. 23. f. 3. 7.

♀ F. E. S. I. 2. 167. 53. et *M. Iulii* ibidem n. 51.
Herbſt. K. t. 25. f. 8. et 9. *M. dubia*.

Caput et thorax viridi-aenea. Elytra viridi-flaua. Tibiae anticae bidentatae. Hab. in Vite. Long. 6½. lat. 4.

M. dubia Herbſtii et *M. Friſchii* nil, niſi varietates, inde etiam Fabricii *M. Iulii* ac *Friſchii*. Fig.

52.

Digitized by Google

52. *M. Vitis* viridis, thoracis lateribus flauis. F. Sp. 41. 34.

⊙ Voet.

☽ Goetze E. B. 1. 104. 170. Schaeff. Ic. t. 259. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 167. 54.

Elytra abdomine breuiora, colore ſuperius viridi obſcuro nitente, inferius nigro, corpore ouato. Hab. in aruis frequens. Long. 5. lat. 3½.

M. Vitis quandam, a *M. Friſchii* ſpecie diſtinctam, equidem nondum vidi. Illam tamen exſiſtere, in verba tam multorum Entomologorum credo. Varietatem autem *M. Friſchii*, margine thoracis pallido, ipſe noui. Qui margo cum ſola differentiae nota ſit, hanc emendari debere, omnis mecum ſentiet. Hg.

(*p. 23.*)

* 53. *M. nitidula* fuſco-griſea, pubeſcens, capite nigro, elytrorum margine clliato.

Tota nigra, tomento flauo cinereo holoſericeo pubeſcens. Clypeus apice reflexus. Pedes fuſci. Hab. in floribus rara. Long. 2. lat. 1.

VI. TRICHIVS.

Palpi quatuor filiformes; *maxilla* bifida; *antennae* lamellatae.

54. *T. faſciatus* niger, tomentoſo-flauus, elytris faſciis tribus nigris, abbreuiatis. F. Sp. 48. 1.

⊙ Drury, Act. Nidr., Voet.

☽ Scop. E. C. 5. Schrank. E. I. 16.

♀ F. E. S. I. 2. 119. 4. Herbſt. K. t. 27. f. 10. Melolontha faſciata.

Voet., Panz. tom. I. Icon. titul. f. 2.

A me numquam inuentus. Florentiae tamen habitare dicitur in Rubo. Long. 4½. lat. 3.

Variat tomento flauo et albo. Mihi differentiam sexus indicare videtur. Hg.

55. *T. hemipterus* thorace tomentoso, rugis duabus longitudinalibus, elytris abbreuiatis. F. Sp. 48. 4.

⊙ Bergstr.

☽ Sc. squamulatus. Müller. Z. D. P. 472. Schaeff. Ic. t. 46. f. 10. 11. mas.

♀ F. E. S. I 2. 121. 9. Herbst. K. t. 27. f. 13. 14. Knoch. Beytr. II. t. 7. f. 11. 12. pictura summa diligentia elaborata.

Tibiae anticae quadridentatae. Elytra colore variant, modo nigerrimo, modo fusco, modo cinereo. Ani regio saepe cana. Femina aculeo ani rigido instructa. Habit. frequens in variis plantis, et floribus Corni, Chaerophylli siluestris, et in ligno putrido tempore hiberno. Long. 3. lat. 1¾.

(p. 24.)

VII. CETONIA.

Maxilla apice setosa. *Labium* coriaceum, emarginatum. *Antennae* lamellatae.

56. *C. aurata*, aurata, segmento abdominis primo lateribus vnidentatis, elytris albo-maculatis. F. Sp. 50. 4.

⊙ Frisch., Ray., Schaeff. Ic. t. 50. f. 8. 9. Voet. Drury.

♀ F. E. S. I. 2. 127. 8. Herbst. K. t. 29. f. 2.

Magnitudine et colore admodum variat. Habit. passim in floribus; larua saepe in formicarum aceruis.

Digitized by Google

uis. Interdum gregatim conueniunt in arboribus e cortice humorem ſtillantibus, vbi etiam formicae inueniuntur. Long. 8. lat. 4½.

(p. 25.)

* 57. *C. ſpecioſiſſima* ſcutellata, aurato-viridis, laeuis, tibiis interno latere rufo ciliatis, poſticis edentatis, biſpinoſis.

Scop. Del. Fl. et Fn. Inſ. p. 1. t. XXI. f. A.

♀ C. faſtuoſa. F. E. S. I. 2. 127. 9. Herbſt. K. t. 29. f. 1.

Thorax puluinatus, laeuis, absque foueolis. Elytra punctulata prope baſin lateris externi obſoleto ſinu excauata, protuberantia media verſus apicem ſinguli elytri. Pedes elytris concolores rufis villis ciliati, tridentati. Diuerſa a *C. aurata*, colore vtrinque aurato-viridi ſplendentiſſimo, ſegmento primo abdominis absque lateribus vnidentatis, ſine foueis in thorace, nec abdomine poſtice punctato. Schaeff. Icon. t. 66. f. 4. quodammodo conuenit. Hab. in Salice, rara. Long. 14. lat. 8.

58. *C. Mario* nigra, obſcura, corpore ſubtus nitidiore. F. Sp. 51. 5.

♂ Sc. fuliginoſus. Scop. Del. Fl. et Fn. Inſ. p. 1.

♀ F. E. S. I. 2. 129. 15. Herbſt. K. t. 29. f. 11.

Hanc accepit ab *Allionio* Fabricius. Caput clypeo tetragono, punctulato. Os interne villoſum. Thorax puluinatus. Scutellum conicum. Elytra vix ſulcata, prominentia prope ſingulum apicem, et anterius appendiculata; character communis aliis *Celoniis* L. Variat quandoque elytris punctis minutiſſimis albis aſperſis; varietas a Fabricio determinata nomine *C. funeſtae* App. Spec. 51. 2. β.

Varietatem aliam etiam poſſideo, quae duplo maior eſt, et ſuperne nitidior, hoc eſt non atro fuligine obducta, vt aliae apparent. δ. *C. quadripunctata F.* quam quidem habeo, mera forte huius varietas eſt. Hab. paſſim. Long. 8. lat. 4¼.

(*p. 26.*)

59. *C. Eremita* aeneo-atra, thorace inaequali, ſcutello ſulco longitudinali. F. Sp. 53. 15.

⊙ Bergſtr.

♀ Trichius Eremita. F. E. S. I. 2. 118. 1. Melol. Eremita. Herbſt. K. t. 27. f. 9.

Piſis ſemel inuentum cadauer in ſinu excauato arboris antiquae; Florentiae non rara. Long. 14. lat. 8.

60. *C. hirta* nigricans, hirta, elytris pallido-maculatis, thorace carinato. F. Sp. 59. 50.

☽ Schaeff. Ic. t. 198. f. 8.

♀ F. E. S. I. 2. 148. 81. Herbſt. K. t. 30. f. 6. Panz.. Voet. Icon. titul. I. f. 8.

β. *Sc. ſqualidus.* Linn. S. N. 565. 68.

Hab. flores vbique. Long. 4¼. lat. 3.

Sc. ſqualidus. L. ab auctore pro C. hirtae varietate habitus, ſpecie differt teſte de Villers. Hg.

61. *C. ſtictica* clypeo emarginato nigra, albo-maculata, abdomine ſubtus punctis quatuor albis. F. Sp. 59. 51.

⊙ Ray.

♀ F. E. S. I. 2. 149. 83. Panz. F. I. G. I. 4.

β. Sc. funeſtus. Scop. E. C. 7. et Schrank. E. I. 20. foretne alter ſexus Sc. ſtictici? Certe ſimillimi ſunt, et ſaepe copula iunctos vidi. Huic deſunt ſub abdomine puncta quatuor alba. Hoſpitantur tamen eodem tempore in floribus, et apud nos

nos ita promiſcui, et frequentes, vt deſtruant flores omnes in hortis, praeſertim roſas menſ. Maii et Iunii. Long. 4. lat. 3.

Hic *Sc. funeſtus* leuis tantum varietas, punctis quatuor abdominis detritis. Hg.

(*p. 27.*)

VIII. HISTER.

Maxilla vnidentata. *Labium* corneum, cylindricum, integrum. *Antennae* clauatae.

62. *H. vnicolor* ater, elytris oblique ſtriatis. F. ſyſt. Ent. 52. 2. Sp. 60. 2.

⊙ Ray., Sulzer., Act. Nidroſ.

♀ F. E. S. I. 1. 72. n. 2. Schaeff. Ic. t. 208. f. 5. Herbſt. K. t. 35. f. 1. A. Panz. F. I. G. IV. 2.

Hoc genus differentias, atque notas ſpecificas in nonnullis adeo obſcuras, et indiſtinctas exhibet, vt difficillimum ſit, ſpecies determinare absque erroris periculo.

In hac ſpecie ludicra res obſeruata eſt. Cum duos haberem magnitudine diuerſos, contigit videre ſaepius minorem conſtanter veſtigiis maioris inhaerentem, vt tandem dentibus arriperet pedem illius poſticum ad tibiae baſin, vbi exilior eſt: quo facto ducem paſſibus non aequis, nec facile diuellendus, quocumque traheret, anxie ſequebatur. Hab. in ſtercore, arena frequens. Long. 4. lat. 2¼.

Citatum Schaeff. Ic. t. 42. f. 10. a D. Roſſio quoque adductum, et ad *Hiſterum pygmaeum F.* teſte Harrero pertinens, delendum eſt. *H. vnicolor* Scop. ab auctore, vti a Fabricio in Spec. citatus, ſed in Ent. ſyſt. recte omiſſus, ob elytra apice punctata huc non pertinet. Hg.

* 63.

(p. 28.)

* 63. *H. laeuus* ouatus, ater, glaber, elytris margine ſtriatis, thorace antice vtrinque foueola impreſſo, mandibula ſiniſtra longiori.

Haec ſpecies, quae apud nos frequens occurrit, tota atra eſt, et ſimillima *H. 4. maculato.* Plerumque longa 7 lin. et lata 4 lin. *Geoffroy*, *Scopoli*, aliique ſiſtunt maximam longitudinem *H. vnicoloris* ad 4 lin. *Schrankius* ad 3 lin. non computato capite. Neque dubitari poſſe videtur hanc eſſe ſpeciem *Maiorem Fab.*, etſi in aliis collectionibus determinatam hoc nomine viderim, nam thoracis margines numquam pilis ferrugineis ciliatos in hac obſeruare mihi datum eſt. Formam habet ouatam, rotundatam, ſubdepreſſam. Caput prominens labio ſuperiori elongato, maxillis validis, exſertis, longis, ſiniſtra multo longiori, ſurſum arcuata. Thorax planus, glaber, nitens, poſtice truncatus, et antice vtrinque foueola impreſſus. Scutellum nullum. Elytra abdomine multo breuiora, ſplendida, ad marginem lineis quinque exarata. Alae atrae. Mandibula ſiniſtra valde longior dextra in ſpeciminibus maioribus (character conſtans,) vbi foueola lateralis thoracis, thoraxque numquam marginibus ciliatis optime diſtinguunt ab aliis. Tab. II. f. 1. 2. Hab. in ſtercore bouino frequens.

In figura noſtra vitio chalcographico mandibula dextra longior ſiniſtra eſt. quod autem in tabulis auctoris ipſius recte exhibitum eſt. Hg.

64. *H. 4. maculatus* ater, elytris bimaculatis. F. Sp. 61. 8.

⊙ Gad. Sat.

Schrank.

♂ Schrank. E. I. 66. Scop. An. nat. 86. 30. Schaeff. Ic. t. 3. f. 9.

♀ F. E. S. I. 1. 76. 18. Herbſt. K. t. 35. f. 2.

Hab. in ſtercore bouino frequens. Long. 4. lat. 2⅔.

In E. S. F. l. c. Synonymum *Voet.* transferatur in *H. ſinuatum,* vbi etiam Fabricius iterata exhibuit vice. Citatum auctoris Schaeff. Ic. t. 3. f. 9. ad *H. ſimetarium* Herbſt. vel *H. bimaculatum* Fabr. E. S. I. 1. 76. 17. pertinet, qui *bimaculatus* minime autem Linnaeanus eſt. Hg.

(p. 29.)

65. *H. aeneus*, aeneus, elytris baſi ſtriatis, apice punctatis. F. Sp. 62. 9.

♀ F. E. S. I. 1. 76. 19. Herbſt. K. t. 35. f. 5.

Elytra breuiora, baſi ſtriata, apice punctata, colore aeneo. Abdomen in maſculo magis oblongum, quam in femina. Variat colore nigro minus nitido. Hab. cum praecedenti in ſtercore, rarior. Long. 3. lat. 2.

66. *H. brunneus* ferrugineus, elytris ſubſtriatis. F. Sp. 61. 4.

♀ F. E. L. I. 1. 74. 8.

Simillimus *H. vnicolori,* at color totus brunneus. Elytra ſubſtriata ſtriis decem rectis, aut ſaltem minus obliquis, et a baſi ad apicem ductis. Hab. cum praecedenti. Long. 2. lat. 2⅕.

Varietas *H. vnicoloris* exſiſtit quaedam, colore brunneo, quae autem diuerſa ab *H. brunneo*, quem Herbſtius K. t. 35. f. 10. depingi curauit. Auctoris autem H. brunneus mera varietas H. vnicoloris mihi videtur. Hg.

67. *H. detritus* ater, nitens, elytris piceis, apice obſcuris. F. Sp. 62. 10.

Totus

Totus ater. Caput intra thoracem non retractum, labio ſuperiore non attenuato. Maxillae parum prominent. Thorax et elytra in medio tantum ſplendida, lateribus, et apice obſcura, punctata, et quaſi detrita. Variat magnitudine minori. Striae omnino deſunt. Hab. bouinas faeces. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 2.

Hiſter, a Fabricio deſcriptus, Nouae Hollandiae indigenus eſt, et quamquam ambae regiones eandem inſectorum ſpeciem habere poſſint, attamen equidem pro mea parte cenſeam, nullum ex ſolis deſcriptionibus, ſed ex bene comparatis ſpeciminibus ipſis, ita iudicare debere, praecipue quidem, cum deſcriptio haud omnibus conueniat notis, vt h. l. vbi ſtriae, a Fabricio commemoratae, plane deſunt. Qua de cauſſa ab auctore Hiſtero Italico nomen melius nouum inditum, et Fabricii citatum, vt incertum, ſigno interrogationis exhibitum fuiſſet. Hg.

68. *H. depreſſus*, depreſſus, ater, nitidiſſimus, elytris ſubſtriatis. F. Mant. 32. 8.

♀ F. E. S. I. 1. 74. 10. Herbſt. K. t. 35. f. 9. Corpus oblongiuſculum, depreſſum, nitidum. Caput intra thoracem reconditum, maxillis tantum exſertis. Thorax ſubquadratus. Elytra ad marginem ſubſtriata, intus laeuiſſima. Habit. ſub corticibus Betulae Alni frequens. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{3}{4}$.

(*p.* 50.)

69. *H. abbreuiatus* ater, elytris crenato-ſtriatis, ſtriis interioribus abbreuiatis. F. Sp. 61. 6.

Statura omnino *H. pygmaei*; ater, nitidus. Elytra ſtriis quatuor ad latera integris, et in medio parum abbreuiatis, minusque conſpicuis. Corpus glo-

Digitized by Google

globoſum. Hab. ſub arborum cortice, et in ligno putrido, non rarus. Long. 1. lat. $\frac{3}{4}$.

Hic quoque idem, quod ſupra n. 67, adnotandum eſt, cum Fabricii *Abbreuiatus* ex America boreali oriundus ſit. Praecipue in Hiſterorum genere cauendum eſt, cuius ſpecies tam difficulter verbis diſtingui a ſe inuicem poſſunt. Hg.

* 70. *H. ſulcatus* ater, thorace, elytrisque punctato-ſulcatis, apice retuſis. *D. D'Antic. S. Linn. H. ſulcatus.*

An *H. ſtriatus*, thorace, elytrisque ſtriis eleuatis. Forſter. N. I. C. 11.?

♀ F. E. S. I. 1. 74. 12. H. ſtriatus. Herbſt. K. t. 36. f. 1. a. b. H.

Totus ater, corpore ſubgloboſo. Antennae longiuſculae baſi craſſa, claua ſolida. Caput rugoſum intra thoracem retractile. Thorax breuis, latus, punctatus, ſulcatusque lineis eleuatis in medio quatuor, ad vtraque latera duabus. Elytra integra, margine ſubreflexo, apice anguſtata, retuſa, et lineis eleuatis, interiectis ſpatiis punctatis, exarata. In elytro ſingulo lineae quinque integrae omnes, minimeque abbreuiatae. Alae hyalinae corpore duplo longiores Tab. II. f. 3. Hab. in ſtercore equino paſcuorum primo vere. Long. 1, vix, lat. 1. vix.

Nihil prohibere videtur, quo minus *H. ſulcatum F.* eundem cum *H. ſulcato* h. l. deſcripto, habeam. Omnia enim conueniunt, ſed thoracis deſcriptio nimis obſcura eſt, quamquam mihi auctor eadem dicturus videatur. Lineas enim eleuatas quinque video: vnam in medio, binas ad vtrumque latus integerrimas. Interſtitia inter lineas eleuatas elytrorum ſulcata ſunt ſulcis haud profundis. Ibi, vbi

vbi ſulci lineis eleuatis appropinquant, linea punctorum eleuatorum recta deſcendit, vt in ſingulo interſtitio duae tales lineae ſint. Differt itaque noſter ab *H. ſulcato* auctoris thoracis lineis eleuatis quinque, media abbreuiata, nec quatuor, ſpatiis elytrorum, lineis eleuatis interiectis, ſulcatis, nec punctatis. *H. ſulcatus* Moll. neues Ent. Magaz. v. Fuesly. II. p. 172. n. 105. huic conuenire videtur. Hg.

* 71. *H. minutus* ater, elytris laeuiſſimis nitidis antennis claua ferruginea.

Magnitudo vix ſeminis Milii, qua nota praeſertim diſtinctus ab *H. pygmaeo* videtur. Caput omnino reconditum, antennis tantum conſpicuis claua ferruginea. Elytra laeuiſſima, parum abbreuiata, et quaſi truncata. Corpus rotundum, globoſum. Hab. intra corticem et lignum, in arborum carie. Long. ¼.

(p. 31.)

72. *H. bimaculatus* ater, elytris poſtice rubris. F. Sp. 61. 7.

⊙ Vdm., Degeer., Schaeff., Voet.

♀ Herbſt. K. t. 36. f 8.

Hab. in ſtercore bouino rarior. Long. 2. lat. 1½.

Fabricii *H. bimaculatum*, ob citata e Schaeffero et Voetio, allegare nequeo. Hg.

X. DERMESTES.

Palpi inaequales filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, obtuſum, integrum. *Antennae* claua perfoliata.

73. *D. lardarius* niger, elytris antice cinereis. F. Sp. 63. 1.

Ray.

⊙ Ray., Schaeff. Elem., Friſch.
☽ Scop. E. C. 34. Schrank. E. I. 40. Goed. t. 2. t. 41.
♀ F. E. S. I. 1. 227. 1. Herbſt. K. t. 40. f. 1. Preisl. Böhm. Inſ. I. 13. X.

Hab. in animalibus aſſeruatis; lardo, carnibus. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Preislerum allegaui, quia in l. c. monſtratur via, quomodo illa arte, qua D. lardarius ſceleta fabricat, bene vti poſſimus. Hg.

(p. 32.)

74. *D. murinus* oblongus, tomentoſus, nigro alboque nebuloſus, abdomine niueo. F. Sp. 64. 10.
⊙ Voet.
☽ Scop. E. C. 35. Schrank. E. I. 41.
♀ Herbſt. K. t. 40. f. 2.

Caput pilis fuluis pubeſcens. Abdomen ſubtus albicans. Larua oblonga brunnea, ore atro. Hab. ſub cortice, et in cadaueribus. Long. 2, 3. lat. 1, $1\frac{1}{2}$.

Diagnoſis, a Fabricio data, potius *D. Cattae* Panz. Naturſ. 24., quem etiam Herbſtius K. t. 40. f. 4. ſub eodem nomine depictum exhibet, conuenit. E citatis a Fabricio factis, ſuſpicaret, Illum *D. murinum* et *D. Cattam* varietates tantum credere, cui tamen aſſentire non poſſum. *D. murinum* enim creberrime in cadaueribus reprehendi, numquam autem in ſocietate cum *D. Catta*, cuius aliquando duo ſpecimina in carduo, et poſtea nonnulla in arboribus emortuis, cepi. Diagnoſi Fabriciana *D. teſſellati* E. S. I. 1. 230. 15. cum Linnaeana *D. murini* comparata, ambo eadem videntur ſpecies eſſe. Adnotata Fabricii in Syſt. Ent. apud *D. teſſellatum* id mihi perſuaderent, niſi abdomen fuſcum illi tribuiſſet, quod nec in *D. Catta*, nec in *D. murino* videre poſſum. Hg.

75. *D. Pellio* niger, elytris puncto albo. F. Sp. 63. 5.

⊙ Ray.

♀ F. E. S. I. 1. 228. 5. Herbſt. K. t. 40. f. 8.

Elytra, nunc fuſco-caſtanea, nunc fuſca, nunc denique nigra. Puncta alba aliquando deſunt. Larua oblonga, cauda ſetoſa mihi vixit integrum annum lanam comedens, deinde ſe declarauit menſ. Iun. Hab. paſſim in lardo, pellibus, veſtimentis, quae inſtrata Papyri folia praeſeruant. Friſch. 5. p. 33. Long. 2. lat. 1¼.

Experientia quoque mea me docuit, antennarum ſtructuram interdum variare. *Megatomam Schaefferi, atram* et *breuicornem* Herbſt. K. t. 39. f. 1. 2. 3. varietates D. Pellionis, et forte alterum ſexum coniicio, quod experientiae plures nos edocebunt. — In plantis vmbellatis ſaepius Dermeſtem reperi *D. Pellioni* ſimillimum, vt diſtinguere non poſſem. Qui ſi diuerſa eſſet ſpecies, quod ob victum diuerſum veroſimile eſt, iterum documento eſſet, quam valde aliquem in iudicio de identitate inſectorum ſibi cauete debere. Hg.

76. *D. teſſellatus* oblongus, tomentoſus fuſco-cinereoque nebuloſus, abdomine fuſco. F. Sp. 65. 11.

⊙ Geoffroy.

Hab. cadauera, et exeſas arbores. Long. 2.

(*p. 33.*)

77. *D. cadauerinus* niger, ore ferrugineo. F. Sp. 63. 3.

☽ Schaeff. Ic. t. 118. f. 1.

♀ Conferat. *D. vulpinus?* Mant. Roſſi. 16. 28.

Antennae fuſcae claua ferruginea. Thorax niger lateribus griſeo-villoſis. Abdomen ſubtus album. Ely-

Elytra tota nigra. Pedes nigri. Valde affinis *D. carniuoro*. Hab. cadauera. Long. $4\frac{1}{4}$. lat. $2\frac{1}{4}$.

Fabricius *D. cadauerinum* ſuum Inſulam Helenam habitare dicit, qua de cauſſa valde dubito, eundem cum auctoris *cadauerino* eſſe, licet Harrerus in Deſcr. Ic. Schaeff. 4to. p. 51. figuram Schaefferi, ab auctore citatam, ad *D. cadauerinum F.* pertinere, exhibeat. Hg.

78. *D. violaceus* nigro-caeruleſcens, thorace villoſo pedibus nigris. F. Sp. 65. 13.

⊙ Ray., Scop.

☽ Schaeff. Ic. t. 166. f. 4. Scop. E. C. 51. Schrank. E. I. 45.

♀ F. E. S. I. 1. 230. 16. Panz. F. I. G. V. 6.
Corynetes violaceus. Herbſt. K. t. 41. f. 8.
Attelabus Geoffroyanus. Laich. Tyrol. Inſ. 1. 247.

Caput deflexum. Antennae baſi atro-violaceae, villoſulae. Thorax cum elytris villoſus. Corpus totum atro-caeruleum. Hab. flores non rarus. Long. $1\frac{1}{2}$, 2. lat. $\frac{2}{3}$, 1.

Mirum eſt, quod auctor Schaeff. Ic. t. 166. f. 4. apud *D. violaceum* alleget, cum *D. rufipedem* quoque exhibeat, cui haec citata figura potius conuenit. Sed h. l. vt alibi, Harrerum ſecutus eſſe videtur, quem, cum aliis Entomologis, hunc et ſequentem confudiſſe puto. In noſtris autem regionibus *D. violaceus* in oſſibus vulgaris, interdum etiam in floribus occurrit, numquam autem pedibus rufis variantem vidi; quam ob rem *D. rufipes*, etiam ſi alias haud computaremus notas, ſpecies diſtincta eſt, nec confundenda cum *violaceo*. Hg.

79. *D. rufipes* nigro-caeruleſcens, thorace villoſo, pedibus rufis. F. Sp. 65. 14.

☽ *Anobium rufipes*. Thunb. n. ſp. 10.
Degeer. Inſ. 5. 165. t. 15. f. 4.

Affinis *D. violaceo*; facie et habitu accedit ad *Cleros*. Hab. flores rarior. Long. 2. lat. 1.

Ob diuersam patriam *D. rufipedis F.* de identitate amborum dubius haereo, et id suspicionem meam auget, quod Fabricius in Ent. syst. emend. auctorem haud allegauit. Hg.

(p. 34.)

80. *D. sanguicollis* elongatus, hirtus, violaceus, thorace, abdomineque rufis. F. Mant. 35. 18.

♀ F. E. S. I. 1. 231. 19.

Corynetes sanguinicollis. Herbst. K. t. 41. f. 10. Schaeff. Ic. 4. 220. f. 4?

Antennae perfoliatae, fuscae, ad basin ferrugineae. Caput nigrum. Thorax hirtus, rufus, immaculatus. Elytra cyanea, nitida, subpunctata, subhirta. Abdomen rufum. Pedes nigri plantis rufis. Semel lectus ruri. Long. 3⅓. lat. 1. et vltra.

Figuram Schaefferi, quamuis depictum ibi insectum optime cum *D. sanguinicolli* conueniat, vt incertam exhibeo, cum Harrerus in Descript. Ic. Schaeffi 8uo. p. 145. duorum capitis cornuum mentionem faciat, quibus insectum, a quo icon desumta est, instructum sit; id, quod efficit, vt plures eandem figuram ad *Ipem haemorrhoidalem* F. E. S. I. 2. 513. 11. referant, cui opinioni corpus magis elongatum *D. sanguinicollis*, deinde elytra ab Harrero commemorata, pilosa et in icone sic apparentia, contradicunt, qualia minime *I. haemorrhoidalis*, omnino autem *D. sanguinicollis* habet. Hg.

81. *D. 20-guttatus* oblongus, ater, punctis viginti albis. F. Sp. 64. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 229. 8. Herbst. K. t. 40. f. 10.

Statura omnino et magnitudo *D. undati*. Corpus atrum, glabrum, laeue. Punctum maiusculum e pilis

pilis albis vtrinque ad baſin thoracis, et nouem in ſingulo elytro. Abdomen nigrum certo ſitu albicans. Variat interdum punctis in ſingulo elytro decem. Inueni ſaepius in floribus Crataegi Monogynae. Long. 1$\frac{1}{3}$. lat. 1.

82. *D. dentatus* elongatus, hirtus, niger, elytris teſtaceis.

♀ Roſſi Mant. 16. 30.

Facies omnino *Lagriae hirtae*, ſed dimidio minor, et antennae huius generis, nigrae, articulis quatuor, primo longiſſimo filiformi; ſecundo et tertio profunde dentato, vltimo rotundo extrorſum craſſioribus. Totus niger, piloſus, exceptis elytris teſtaceis. Tab. III. f. 2. Hab. in floribus rarus. Long. 2$\frac{3}{4}$. lat. 1.

83. *D. tomentoſus* oblongus, villoſus, griſeus, capite punctis duobus fuſcis. F. Sp. 66. 17.

♀ F. E. S. I. 1. 232. 24.

Elytra punctato-ſtriata ſtriis decem. Hab. flores. Long. 2. lat. 1.

(p. 55.)

84. *D. fumatus* oblongus, teſtaceus, oculis nigris. F. Sp. 66. 16.

⊙ Scop., Degeer.

☽ Scop. E. C. 39.

♀ F. E. S. I. 1. 231. 23.

Hab. in floribus roſae, ſcabioſae, et in fimo. Long. $\frac{2}{3}$.

85. *D. ſcaber* griſeus, thorace elytriſque ſcabris. F. Sp. 66. 20.

Deſcriptio Fabr. in Syſt. Ent. data, hic repetita eſt. Hab. ſub arborum cortice rarus. Long. 2$\frac{1}{2}$. lat. 1$\frac{1}{4}$.

D. ſcaber F. in noua Zelandia habitat, inde dubium meum de identitate vtriusque. Hg.

XI. MELYRIS.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata, acuta. *Labium* clauatum, emarginatum. *Antennae* totae perfoliatae.

* 86. *M. bimaculatus* niger, villoſulus, elytris baſi macula ſanguinea.

An hic *H. bipuſtulata* F. Sp. 82. 8. quae mihi ignota?

Niger, piloſus, corpore cylindrico. Antennae totae perfoliatae. Palpi filiformes. Caput nigrum. Thorax niger marginatus, poſtice latior. Elytra nigra ſubpunctata, marginata ſingulo elytro ad baſin macula laterali ſanguinea. Subtus totus niger. Huius generis videtur. Tab. VII. f. 14. Hab. in floribus paſſim. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Nil obſtat, quo minus *Hiſpa bipuſtulata F.* eſſet, ſub quo nomine etiam inſectum hocce a celeberrimo Paykull mihi miſſum eſt. Sed perſuaſum habeo, illud nec *Hiſparum*, nec *Melyrium* generi iure adnumerari poſſe. Equidem itaque inter *Lagrias*, L. metallicae ſimiles, retuli, quarum habitus ſingularis, et antennae ſerratae (quas auctor haud optime *totas perfoliatas* vocat) peculiare genus bene conſtituere videntur. Hg.

(p. 36.)

XII. BOSTRICHVS.

Maxilla cornea. *Labium* cylindricum integrum, apice palpigerum. *Antennae* claua ſolida.

87.

87. *B. capucinus* niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato, retuſo. F. Sp. 67. 1.
⊙ Sulz. et quidem ſummo iure.
☽ Schrank. E. I. 38. Schaeff. Ic. t. 189. f. 1.
♀ Apate capucinus. F. E. S. I. 2. 362. 7.
Ligniperda Capucinus. Herbſt. K. t. 46. f. 7.
Herbſt. Kenntn. d. Inſekt. I. t. 12. f. 3.

Reliquis noſtratibus maior. Caput paruum, anguſtum, atrum, fere totum retractum intra thoracem. Antennae nigrae. Thorax conuexus, gibbus, ſcaber, antice retuſus. Elytra rubra punctis excauatis. β. Variat elytris etiam totis nigris, varietas a nemine, quod ſciam, obſeruata. Inueni plures totos nigros (abdomine excepto in nonnullis ruſo) vna cum aliis iam cognitis in trunco quercus emortuae, menſ. April. t. V. f. 3. — Hab. in truncis exſiccatis rarus. Long. $4\frac{2}{3}$. lat. 2.

Fabricius hunc Boſtrichum ad Apates genus bene emendauit, ſed caue, ne eundem cum *A. capucino* Mant. 33. 5. credas, quae inter *Sinodendra* relata eſt, vbi autem errore quodam *Boſtrichus capucinus* loco *A. Capucini*, citatus eſt. Valde tamen dubito, inſectum, quod antea generi Apates annumeratum fuit, *Sinodendris* adiungi poſſe. Hg.

88. *B. typographus* teſtaceus, piloſus, elytris ſtriatis, retuſis, praemorſo-dentatis. F. Sp. 67. 3.
⊙ Ray., Sulz. Act. Holm.
☽ Schaeff. Ic. t. 259. f. 3. a.
♀ F. E. S. I. 2. 365. 3. Herbſt. K. t. 48. f. 1. a.

Variat colore teſtaceo et fuſco. Hab. intra cortices arborum, praeſertim coniferarum, labyrinthos efformans. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. 1.

(p. 37.)

89. *B. micrographus* ferrugineus, elytris integris teſtaceis. F. Mant. 37. 7.

♂ Degeer. Inſ. 5. 195. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 366. 8.

Paruus. Thorax ſubferrugineus. Elytra teſtacea. Hab. in ligno. Long. $1\frac{1}{6}$. lat. $\frac{1}{3}$.

96. *B. piniperda* niger, ſubuilloſus, elytris piceis integris, plantis rufis. F. Sp. 68. 7.

♀ F. E. S. I. 2. 367. 17. Herbſt. K. t. 48. f. 4. d. Hab. frequens in ramulis inferioribus pini, quos perforat, exſiccat. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $2\frac{1}{4}$.

Variat colore toto teſtaceo, et nigro, exceptis antennis plantisque teſtaceis. Elytra punctata, leuiſſime ſulcata, ſtriis punctatis. Si B. teſtaceus Fabr. diuerſa ſpecies, cauendum, ne cum varietate teſtacea B. Piniperdae confundatur. Hg.

91. *B. Scolytus* glaber, elytris truncatis, integris, abdomine retuſo. F. Sp. 68. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 366. 9.

Eccoptogaſter ſcolytus. Herbſt. K. t. 49. f. 1. a. Deſcriptio Fabricii optima; facile dignoſcitur. Hab. ſub Vlmi corticibus, apud nos rarus. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Iam Herbſtius l. c. adnotauit, Schaeff. Elem. tabulam 112, minime autem Schaeff. Iconum, citandam eſſe. Figura Sulzeri potius ad *B. pygmaeum F.* quam ad hunc referri poſſe videtur. Specimina mea minima 2 lin., ſolita autem $2\frac{1}{4}$, imo 3 lin. longa. et $1\frac{1}{4}$ lin. lata ſunt. Hg.

(p. 38.)

92. *B. bidentatus* niger, coleoptris teſtaceis, apice retuſis, bihamatis. F. Mant. 37. 8.

♀ *Sinodendron muricatum.* F. E. S. I. 2. 359. 2.

An-

Antennae nigrae, claua perfoliata, articulis tribus vltimis extrorfum craſſioribus. Caput et thorax nigra, immaculata, quae nihil differunt a capite et thorace *B. capucini*. Elytra obſcure teſtacea, poſtice retuſa denticulo elongato, hamato, nigro ad ſuturam. Pedes teſtacei. Lectus ſub cortice vitis. Long. 3. lat. 1.

Citatum Herbſt. Arch. 24. 6. t. 10. f. 10, quod auctor exhibet, Fabricium ſecutus, ab hoc celeberrimo Viro in Ent. S. bene omiſſum eſt, cum ad Boſtrichum pertineat, vix lineae menſuram ſuperantem, et a vero *B. bidentato* F. Mant. vel *Sinodendro muricato* F. E. S. valde diſcrepantem. Videtur autem Fabricii *B. bidens* E. S. I. 2. 368. 24. eſſe. Data auctoris menſura et deſcriptio certum me faciunt, illum nec *B. bidentatum* Herbſtii, nec Fabricii nouiſſe, quem Linnaeus optime deſcripſit. Statura ſingularis, et maxime *A. capucino* ſimilis eſt, cui Apates generi equidem libenter annumerarem. Hg.

* 93. *B. bruchoides* niger, thorace compreſſo, elytris ſtriato-punctatis piloſis.

Facies *Bruchi*, ſed character huius generis. Caput elongatum, compreſſum. Antennae clauatae, nigrae. Thorax compreſſus, obſolete rugoſus lineis tribus, et punctis pluribus pilorum ruforum. Elytra decemſtriata, ſtriis punctatis. Maculae rufopiloſae marmoratae. Subtus niger, ſubpiloſus. Pedes picei. *D. d'Antic Soc. Linn.* Hab. in Etruria et Pariſiis. Reperitur primo vere ſub cortibe cupreſſi faſtigiati. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

XIII. BYRRHVS.

Palpi aequales, ſubclauati. *Maxilla* bifida. *Labium* bifidum. *Antennae* claua perfoliata.

94. *B. pilula* fuſcus, elytris ſtriatis atris interruptis. F. Sp. 69. 1.

♂ *Ciſtela faſciata.* Forſter. N. I. C. 1. 12.
Ciſtela Forſteri. Fuesl. Verz. Schw. Inſ. 66.
Ciſtela faſciata. Goetze L. B. 1. 152. 2.
Schaeff. Ic. t. 95. f. 3. Elem. t. 45. f. 2. 3. melior.
♀ F. E. S. I. 1. 84. 2. Panz. F. I. G. IV. 3.

Corpus obouatum, globoſum. Palpi quatuor ſubclauati. Antennae thorace breuiores. Caput paruum, rotundum, retractile. Thorax conuexus, conicus, tectus pilis rufis, maculis nigricantibus ſparſis. Scutellum nigrum. Elytra fuſca ſtriis quatuor longitudinalibus interruptis, obſoletis, pilis nigris erectiuſculis nigram maculam conſtituentibus. Pedes nigri. Femora tibiaeque omnes compreſſae, incuruae, latere externo parum ſerrulatae. Abdomen ſubtus nigrum. Inceſſus grauis. Tactus, aut pauens (*Ciſtelarum* more) ſe contrahit modo ſingulari, et caput, antennas, pedesque applicat in cauis abdominalibus, adeo recipiendis partibus accommodatis, vt corpus ſphaericum continuatum euadat laeue, et nullo modo amplius pro inſecto dignoſcendum. Magnitudine variat. Quoad genera *Byrrhi*, et *Ciſtelae*, confer quid habeat *Forſterus Inſ.* p. 13. — Hab. in campis ſiluaticis arenoſis rarus. Long. 4. lat. $2\frac{1}{3}$.

(*p. 39.*)

* 95. *B. niger* ater, nitens antennis ferrugineis, elytrorum ſutura prominula.

Proxi-

Proximus *Dermeſti* et *Anthreno*, et forte *Anthrenus*. Magnitudo *Anthr. ſcrophulariae*. Ater, nitidus glaber, immaculatus. Antennae ferrugineae claua nonnihil perfoliata. Palpi ferruginei. Thorax conicus, ſubmarginatus angulis poſticis acutiuſculis. Elytra ſubpunctata, ad baſin latiora duplicatura laterali, ſuturaque prominula. Hab. in floribus Crataegi Monogynae.

Quodammodo cum *B. Rhenii Schneideri* conuenire videtur. Hg.

(p. 40.)

XIV. ANTHRENVS.

Palpi inaequales, filiformes. *Maxilla* membranacea, linearis, bifida. *Labium* corneum, integrum. *Antennae* claua ſolida.

96. *A. pimpinellae* niger, elytris faſcia alba, apice ferrugineis litura alba. F. Sp. 70. 1.

♀ F. E. S. I. 1. 263. 1.

Abdomen etiam ſubtus albidum. Hab. in floribus. Long. 1. lat. $\frac{3}{4}$.

97. *A. ſcrophulariae* niger, elytris albo-maculatis, ſutura ſanguinea. F. Sp. 70. 2.

☉ Ray., Degeer., Sulz., Bergſtr.

☽ Dermeſtes variegatus. Scop. E. C. 41.
Schrank. E. I. 73.

♀ F. E. S. I. 1. 264. 3. Panz. F. I. G. III. 11.

Corpus ſubrotundum. Thorax latus. Elytra nigricantia, albedine adſperſa. Hab. in ſcrophulariis et in floribus pomonae, ſambuci frequens, copioſus. Long. 1$\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

98. *A. muſcorum* nebuloſus, elytris ſubnebuloſis. F. Sp. 70. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 264. 4.
Habit. in muſeis. Long. ½.

(p. 41.)

99. *A. verbaſci* niger, elytris faſciis tribus vndatis albis. F. Sp. 70. 4.
⊙ Bergſtr.
♀ F. E. S. I. 1. 264. 5.
Habit. in verbaſco frequens. Long. ⅔. lat. ⅓.

XV. ANOBIVM.

Palpi clauati. *Maxilla* obtuſe dentata. *Labium* integrum. *Antennae* filiformes.

100. *A. pertinax* fuſcum, immaculatum. F. Sp. 71. 1.
⊙ Geoffr.
♀ F. E. S. I. 1. 237. 5. Herbſt. K. t. 47. f. 3.
Captum ſe contrahit immobile. Hab. ligneas ſupellectiles, in ligno quercino frequens. Long. 2½. lat. 1.

* 101. *A. thoracicum* nigrum, thorace marginato, elytris teſtaceis laeuiſſimis piloſis. *D. d'Antic. Soc. Linn.*

Statura *A. mollis*, at paullo minor. Caput nigrum. Antennae teſtaceae, tres articuli vltimi maiores. Thorax villoſus, niger, antice eleuatus, lateribus marginatis. Elytra villoſa, teſtacea, leuiſſima. Abdomen nigrum. Femora nigra. Tibiae teſtaceae. Tarſi teſtacei articuli quinque. Differt ab *A. molli* thorace magis marginato, elytris laeuiſſimis, et colore capitis, thoracis, abdominis, pedumque. Hab. in ligno putrido. Long. 2. lat. ⅔.

102.

(no 42.)

102. *A. molle* teſtaceum, oculis nigris. F. Sp. 71. 2.

♀ F. E. S. I. 1. 237. 7. Herbſt. K. t. 47. f. 9. Hab. in quisquiliis in Ital. frequens. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

103. *A. minutum* ſubuilloſum, nigrum, thorace, elytrisque cyaneis. F. Sp. 72. 8. *Lagria minuta.* F. Sp. App. 83. 14.

♀ *Lagr. minuta.* F. E. S. I. 2. 82. 17. Hab. in floribus. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{2}$.

Etiam h. l. identitas huius et Fabriciani, ob patriam tam diuerſam, et ob deſcriptionem Fabricii nimis breuem, mihi dubia eſt. Caeterum quomodo Anobium, Lagriarum genus intrare poſſit, mihi haud rite notum eſt. Hg.

* 104. *A. ſerraticorne* nigrum, antennis ſerratis, elytris ſtriatis, pedibus teſtaceis. *D. d'Antic.*

Caput nigrum. Mandibulae exſertae piceae. Antennae nigrae, ſerratae, apicem parum craſſiori. Thorax niger, ſubplanus. Elytra picea, ſtriata. Subtus nigrum. Pedes teſtacei. Variat colore toto nigro, vel piceo. Inſectum, quod accedere videtur ad genera *Dermeſtis, Boſtrichi* et *Anobii*, ſed magis vltimo proximum. Hab. Piſis. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

(n. 43.)

XVI. PTINVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* bifidum. *Antennae* filiformes.

105. *P. fur* teſtaceus, thorace quadridentato, elytris faſciis duabus albis. F. Sp. 73. 4.

⊙ Sulz., Friſch., Schaeff. Elem.

♂ Schrank. E. I. 63. Schaeff. Ic. t. 155. f. 3. a. b.
♀ F. E. S. I. 1. 239. 4.
Medius quaſi eſt inter *Dermeſtes* et *Cerambyces*, cum caput ſub collo retrahat, et antennas gerat *Cerambycum*. Variat 1) colore ferrugineo, absque faſciis et tuberculis, 2) faſciis elytri albis. Specimen habeo, quod accedere videtur ad *P. longicornem* F. Fere duplo maius *P. fure* antennis filiformibus, corpore longioribus. Hab. ſub arborum cortice atque in herbariis et collectionibus inſectorum. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

P. latro, qui differt ſtatura anguſtiore, nec ſubgloboſa, alter *P. furis* ſexus mihi videtur, cum ſemper in iisdem cum illo locis occurrat. Hg.

106. *P. Germanus* fuſcus, thorace quadridentato, elytris villoſis, cinereo-variis. F. Sp. 72. 2.
♀ F. E. S. I. 1. 239. 2. Schaeff. Ic. t. 155. f. 4. a. b.
Maior *P. fure*. Totus fuſcus. Thorax eleuatus, dentibus quatuor. Elytra punctato-ſtriata, villoſa, cinereo-varia. Pedes ſubferruginei. Hab. ſub cortice, in lignis carioſis frequens. Long. 2. lat. $\frac{1}{3}$. vix.

(*p. 44.*)

107. *P. ſcotias* thorace laeui, piceo; elytris connatis, fuſco teſtaceis, nitidis. F. Sp. 74. 8.
♂ Schaeff. Ic. t. 155. f. 5. a. 5. b.
P. ſeminulum. Schrank. E. I. 65.
♀ F. E. S. I. 1. 241. 12. Panz. F. I. G. V. 8.
Schrankii deſcriptio l. c. iterata. Hab. in aedibus: lecti plures in pariete domeſtico. Long. 1. lat. $\frac{1}{3}$.

Digitized by Google

XVII. BRVCHVS.

Palpi aequales, filiformes. *Maxilla* membranacea, bifida. *Labium* acuminatum. *Antennae* filiformes.

108. *B. Pisi* elytris nigris, albomaculatis; podice albo: punctis binis nigris. F. Sp. 74. 2.

⊙ Linn. Muſ., Kalm, Linn. Amoen.; Lederm.

☽ Schrank. E. I. 190. Schaeff. Ic. t. 213. f. 4. a. b. *Rhinomacer.*

♀ F. E. S. I. 2. 370. 5.

Hab. Legumina paſſim. Long. 2. lat. 1.

(p. 45.)

109. *B. granarius* elytris nigris, atomis albis, femoribus poſticis vnidentatis. F. Sp. 76. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 372. 15.

Antennae baſi teſtaceae. Thorax ſiſtura alba. Elytra ſtriata abdomine breuiora. Pedes antici rufi communes etiam *B. Piſi.* Hab. in ſeminibus plantarum frequens. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Ipſe in *B. Piſi* pedes anticos totos rufos video, femorum baſi ſola obſolete nigricante. Hg.

110. *B. ſeminarius* ater, antennarum baſi, pedibusque anticis teſtaceis, femoribus muticis. F. Sp. 76. 14.

♀ F. E. S. I. 2. 373. 19.

Caput prominens, antennae pedesque nigri inermes. Hab. flores. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

111. *B. Ciſti* ater, immaculatus, femoribus muticis. F. Sp. 76. 12.

♀ F. E. S. I. 2. 372. 16.

Hab. in floribus. Long. $\frac{1}{4}$.

Abdomen hirto-cinereum. Hg.

112.

(p. 46.)

11. *B. bipunctatus* cinereus, elytris fuſcis, puncto baſeos ocellari atro. F. Sp. 75. 10?

⊙ Sulz.

Cinereus, elytris fuſcis, puncto ad baſin vtrinque nigro.

Ne ſpecies multiplicarem, ad hanc *Fabricii* ſpeciem noſtrum inſectum referre malui, quod differt tamen puncto baſeos non ocellari. Hab. in plantis. Long. $\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Equidem punctum ocellare et non ocellare haud leue ſane diſcrimen praebere credo, et illi, qui ſpecies, his notis differentes, exhibet nouas, multiplicationem ſpecierum ſuperuacaneam exprobrare minime fas eſt. Alias enim confuſio multiplicatur. Hg.

XVIII. ELOPHORVS.

Maxilla cornea, apice membranacea. *Labium* corneum, quadratum. *Antennae* claua ſolida.

113. *E. aquaticus* fuſcus, thorace rugoſo, elytrisque fuſco-aeneis. F. Sp. 77. 1.

♀ F. E. S. I. 1. 204. 1.

Hab. in aquis ſtagnantibus, in Conferua, et Potamogeto frequens, victitans laruis inſectorum. Long. $1\frac{2}{3}$, $3\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$, $1\frac{1}{4}$.

Errore quodam calami auctor *Degeer. 1. 105. 15.* pro *Degeer. 4. 379. 5.* exhibet, diagnoſi adiecta Geoffroyana. — Caeterum valde dubium inſectum eſt, cum ſpecimina nunc 3, nunc 2, nunc $1\frac{1}{4}$ lin. longa habeam, quorum differentiam aliam detegere nequeo. *E. flauipes* Herbſt. K. t. 49. f. 6. e maximorum numero ſpecimen videtur. Hg.

XIX.

XIX. SPHAERIDIVM.

Palpi quatuor filiformes. *Labium* quadratum, emarginatum. *Antennae* perfoliatae.

(*p. 47.*)

114. *S. Scarabaeoïdes* quatum, atrum, elytris maculis duabus ferrugineis. F. Sp. 78. 11.

♂ *Dermeſtes 4-maculatus.* Schrank. E. I. 43.

♀ F. E. S. I. 1. 77. 1. Herbſt. K. t. 37. f. 1. A. Voet. t. 32. f. 1. Panz. F. I. G. VI. 2.

Habitus *Chryſomelae.* Corpus ouatum. Thorax ſubmarginatus. Color ater, nitidus. Elytra ſingula in diſco macula rubra, in apice macula alia maiori ferruginea. Pedes ſetis rigidis ſpinoſi. Variat magnitudine, et colore interdum toto nigro nitente, varietas, *S. fimetarii* nomine a *Fab.* indicata. Hab. in ſtercore bouino frequens. Long. 3. lat. 1¾.

Sph. bipuſtulatum. Herbſt. K. t. 37. f. 2. et *marginatum* f. 3. nil niſi merae varietates *S. ſcarabaeoïdis* ſunt. Haud ſupéruacaneum eſſe puto, ſi omnes a me obſeruatas varietates enumero: α. maculis duabus ferrugineis in ſingulo elytro: *S. ſcarabaeoïdes.* β. macula ferruginea elytrorum diſci ferme extincta. γ. absque vllo maculae diſci rudimento: *S. 2. puſtulatum* Herbſt. et *lunatum F.* δ. absque macula apicis. ε. absque maculis et diſci et apicis; elytrorum margine ſolo tenuiſſime ferrugineo: *S. marginatum F.* — Scopoli citatum a Fabricio et auctore exhibitum, ad *Nitidulam bipuſtulatam* pertinere videtur; certe mihi perſuaſum eſt, eiusdem *D. ſcarabaeoïdem* nullo modo huc referri poſſe. Hg.

115. *S. melanocephalum* atrum, glabrum, elytris griſeis, macula communi baſeos nigra. F. Sp. 78. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 80. 14. Herbſt. K. t. 37. f. 10. K. L. M.

Hab. in ſtercore. Long. $\frac{2}{3}$.

Varietates, excepta magnitudine, quam valde mutabilem obſeruaui, enumero ſequentes: *α.* elytris griſeis macula communi baſeos nigra; *β.* elytris griſeis absque macula; *γ.* elytris obſcure caſtaneis; *δ.* elytris rufo nigroque variis; *ε.* elytris nigris, apice ferrugineo: *Sph. haemorrhoïdale*. — Caeterum figurae Herbſtii l. c. haud optimae ſunt, et *f. 10. L.* potius *S. xanthopterum* Laichart. vel marem *S. vnipunctati* repraeſentare videtur. Hg.

116. *S. haemorrhoidale* atrum, elytris apice rufis, pedibus nigris. F. Sp. 79. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 81. 18. Herbſt. K. t. 37. f. 9. I.

Hab. in ſtercore bouino rarius. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

Nil, niſi mera varietas praecedentis, vide ibi adnotata. Hg.

(*p. 48.*)

117. *S. atomarium* laeue, atrum, elytris crenato-ſtriatis, pedibus pallidis. F. Sp. 78. 5.

♀ F. E. S. I. 1. 80. 13.

Hab. in aquis ſtagnantibus. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

Nullo modo verum Sphaeridium auctor habuit, cum habitationem tam diuerſam, et Sphaeridio minime conuenientem, exhibeat. Potius Elophori aut Dytiſci ſpeciem huc retulit. Hg.

* 118. *S. immaculatum* atrum, immaculatum, thorace elytrisque leuiſſimis nitidis.

Diuerſum a *S. ſimetario*, at nulla alia nota, niſi forma, et magnitudine diſtinguendum. Corpus ouatum. Statura admodum conuexa, hemiſphaerica. Tab. III. f. 5. Hab. in ſtercore rarius. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. 1. et vltra.

XX.

XX. TRITOMA.

Palpi anteriores ſecuriformes. *Labium* emarginatum. *Antennae* claua perfoliata.

* 119. *T. incerta* atra, elytris macula laterali rubra, fronte ferruginea.

An *T. bipuſtulata*. F. Sp. 80. 1?

♀ *T. bipuſtulata*. Roſſi Mant.

F. E. S. I. 2. 505. 108. Herbſt. K. t. 43. f. 11. l. L.

Tritoma Geoffr. Inſ. I. 335. 1. t. 6. f. 2. diuerſa videtur quoad magnitudinem et macularum figuram. Corpus magnitudine *Coc. 7-punctatae*, ſed magis oblogum, atrum, glabrum, laeue, nitidum. Antennae breues, claua ferruginea. Thorax ater conuexus. Elytra ſubmarginata nigra, baſi macula magna rubra laterali trapeziformi ſuturam non attingente. Pedes nigri plantis ſubrufis. Raro inuenta in ſiluis ſub cortice arborum. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

Citatum *Geoffroyi* nullo modo huc referri poteſt. Omnes ibi datae notae, figura optime expreſſa, thoracis, elytrorum, antennarum forma optime *Mycetophago 4-maculato* conueniunt, niſi tarſi 3-articulati ibi exhiberentur, qui in Mycetophago 4-articulati ſunt, articulo tertio, a baſi numerato, minimo, et quarto multo minori. Hg.

(*p. 49.*)

XXI. IPS.

Palpi breuiſſimi aequales, articulo vltimo obtuſo. *Maxilla* bifida. *Labium* breue, emarginatum. *Antennae* perfoliatae.

120. *I. quadripuſtulata* oblonga, nigra, elytris punctis duobus ferrugineis. F. Sp. 80. 2.

⊙ Geoffr., Friſch.
☽ Schaeff. Ic. t. 189. f. 3.
♀ F. E. S. I. 2. 512. 6. Herbſt. K. t. 42. f. 1. a. A. Geoffr. Inſ. 1. 106. 17?

Deſcriptio *Linnaei* in *Fn. Sv.* 446. exacte conuenit cum noſtris. Hab. cortices carioſos in ſiluis non frequens. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

121. *I. crenata* oblonga, nigra, thorace rugoſo, elytris ſtriato-crenatis, maculis duabus rubris. F. Sp. 81. 5.

♀ *Lyctus crenatus.* F. E. S. I. 2. 504. 9.
Bitoma crenata. Herbſt. K. t. 46. f. 6. f. F.
Synchita crenata. Hellw. ap. Schneid. Ent. Mag. IV. 405. 7.

Corpus anguſtum, depreſſum magnitudine dupla pediculi. Antennae perfoliatae. Caput bipunctatum. Thorax longitudinaliter rugoſus, obſcure niger. Elytra ſtriis crenatis nigra, baſi apiceque macula magna ferruginea. Abdomen et pedes nigri. Hab. ſub arborum cortice frequens in ſiluis. Variat colore toto teſtaceo.

Antea, quam Fabricius genus *Lycti* conderet, primus huc pertinentes ſpecies, paucis aliis adiectis, ſub nomine *Synchitae* coniunxi, vt videre licet in *Schneid. Ent. Magazin* l. c. De hoc nomine lubenter autem cedo, cum Fabricio, viro celeberrimo, aliud nomen indere placuit. Hg.

* 122. *I. taxicornis* fulua, nitens, corpore anguſto cylindrico, thorace elytrisque laeuiſſimis, ſubmarginatis.

An *Corticeus vnicolor.* Piller. It. per Poſeg. Scl. p. 87. t. IX. f. 3?

♀ *Hypophloeus caſtaneus.* F. E. S. I. 2. 500. 1.

Color

Color teſtudineus, nitens. Antennae perfoliatae. Thorax longus, elytris obſcurior, ſubmarginatus, laeuis. Elytra laeuiſſima, cylindrica, rotundata, ſubmarginata, teſtudinea, Abdomen et pedes concoloria. Alae magnae albae. Variat magnitudine. Tab. IV. f. 2. Hab. in ſiluis ſub vlmi cortice tempore hiemali. Long. 3. lat. $\frac{1}{3}$.

Equidem ſub cortice quercus et fagi ſemper reperi. Variat colore teſtaceo, vel caſtaneo diluto Oculi nigri ſunt. Hg.

(*p. 50.*)

* 123. *I. linearis* atra, nitens, corpore anguſto cylindrico, thorace elytrisque profunde ſulcatis.

♀ *Colydium elongatum.* F. E. S. I. 2. 495. 2.
Panz. F. I. G. III. 17. optime.
Synchita elongata. Hellw. ap. Schneid. Ent. Mag. IV. 406. 10.

Magnitudo et ſtatura praecedentis. Tota atra, nitens praeter pedes, qui fului ſunt. Antennae perfoliatae articulis vltimis extrorſum craſſioribus. Thorax ater, longus, laeuis, ſubmarginatus, et in medio tantum ſulcatus. Elytra cylindrica, ſubmarginata, ſulcis quatuor profunde exaratis, ſpatiisque interiectis punctatis. Tab. II. f. 4. 5. Hab. in quercuum truncis carioſis.

Variat elytris caſtaneis, vti etiam in *Panzeri Fauna Germanica* depicta eſt. Solitus autem color nitidiſſime niger. *Colyd. filiforme.* F. E. S. I. 2. 496. 3. mera varietas. Hg.

* * 124. *I. puſilla* oblonga, nigra, nitens, glabra, elytris antice dimidiato-rufis.

♀ *Hypophloeus faſciatus.* F. E. S. I. 2. 501. 3.
Panz. F. I. G. VI. 17.

Paullo minor *I. crenata.* Antennae, caput et tho-

rax nigra. Pedes rufi. Hab. ſub arborum cortice frequens tempore hiberno.

XXII. HISPA.

Palpi aequales medio craſſiores, fuſiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, integrum.
Antennae cylindricae.

125. *H. flabellicornis* antennis pectinatis, elytris laeuibus, atris. F. Sp. 81. 2.

♀ *Melaſis flabellicornis.* F. E. S. I. 1. 244. 1. Herbſt. K. t. 47. f. 1. a. Panz. F. I. G. III. 9.

Corpus totum cylindricum, atrum. Caput globoſum antennis vno latere valde pectinatis nigris. Thorax cylindricus, baſi vtrinque terminatus dente valido acuto. Elytra ſcabra fuſca. Capta Piſis in horto. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Elytra ſcabra, ſtriata. Hg.

(p. 51.)

126. *H. pectinicornis* antennis pectinatis, fuſca, pedibus luteis. F. Sp. 82. 3.

♂ Schrank. E. I. 64. Schaeff. Elem. App. t. 136. Icon. t. 215. f. 3. a. 3. b.

♀ *Ptilinus pectinicornis.* F. E. S. I. 1. 243. 3. Panz. F. I. G. III. 7.
Ligniperda pectinicornis. Herbſt. K. t. 46. f. 11. h. H.

Antennae flauae, vtrinque pinnatae. Pedes flaui. Corpus cylindricum nigricans, minime nitidum. Hab. vetuſtas ſalices, quas rotundis foraminibus larua terebrat. Long. 2. lat. 1.

* 127. *H.? flaueſcens.*

Ptilinus niger, ſubuilloſus, thorace plano, marginato

nato, elytris flauis mollioribus. Geoffr. Inſ. 1. 66. 2. t. 1. f. 2.

♀ *Ptilinus flaueſcens*. F. E. S. I. 1. 243. 3.
Panz. F. I. G. III. 8.

Antennae nigrae vno latere valde pectinatae, articulis vndecim, primis duobus vix apparentibus, vltimo longiore. Thorax marginatus niger. Elytra ſubuilloſa, minime ſtriata.

* Huc refero inſectum, quod venia Cl. *Fabricii*, nec in *Syſtem. Ent.* nec in *Spec.* deſcriptum inuenire potui. Libenter amandaſſem ad aliud genus, niſi me conuenientia *Geoffroyana* cum praecedenti, et animus imminuendi difficultates potius, quam augendi nouitate, retinuiſſet. Deſcriptio *Cantharidis pectinicornis Linn. Fn. Sv.* 715. exacte huic conuenit, vti etiam animaduertit *Geoffroy*, ſed defectus veſicularum abdominalium a *Cantharidum* genere remouere videtur. Hab. flores non frequens. Long. 2½. lat. 1.

(*p.* 52.)

128. *H. teſtacea* antennis fuſiformibus, corpore teſtaceo, antennis, aculeisque nigris. F. Sp. 83. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 71. 2.

Tota teſtacea, praeter antennas et aculeos elytrorum qui nigri ſunt. Antennae porrectae. Hab. in quisquiliis rara. Long. 2. lat. 1.

129. *H. atra* antennis fuſiformibus, thorace, elytrisque ſpinoſis, corpore atro. F. Sp. 83. 10.

⊙ Act. ſoc. Berol.

♀ F. E. S. I. 2. 70. 1.

H. teſtacea fere dimidio minor. Tota atra, antennis tantum apice cinereis, quas porrectas gerit, et

ſimul iunctas. Hab. in pratis ad graminum radices. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

* 130. *H. pomaticornis* antennis clauatis, teſtacea, thorace fuſco, elytris ſtriatis ſubpiloſis.

Antennae longitudine thoracis; diſtantes, porrectae, clauatae, teſtaceae, articulis octo approximatis et nonnihil piloſis. Caput parum exſertum. Thorax rotundatus, cylindricus inaequalis, ſubniger. Elytra teſtacea ſtriata ſtriis eleuato-piloſis. Abdomen pedesque teſtacei. Hab. intra corticem et lignum arboris putreſcentis. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$. vix.

(p. 53.)

XXIII. NICROPHORVS.

Labium cordatum, emarginatum. *Antennae* perfoliatae.

131. *N. Veſpillo* ater, elytris faſcia duplici ferruginea. F. Sp. 82. 2.

⊙ Ray., Liſter., Friſch., Mouffet, Voet., Bergſtr. Petiv.

☽ Scop. E. C. 33. Schrank. E. I. 74.

♀ N. Veſpillo. F. E. S. I. 1. 247. 4.
Panz. F. I. G. 2. 21. Herbſt. K. t. 50. f. 4. 5.

In nonnullis faſcia media interdum interrupta conſtans punctis tribus diſtinctis. Deſcriptio *Scopolina* optima. Moſchum ſpirat, ocyſſime volitat, elytris erectis approximatis. Acaris infeſtatur. Hab. cadauera. Long. 9. lat. 4.

XXIV. SILPHA.

Maxilla vnidentata. *Labium* dilatatum, bifidum. *Antennae* perfoliatae.

132.

Digitized by Google

132. *S. littoralis* atra, elytris laeuibus, lineis eleuatis tribus, thorace orbiculato, nitido. F. Sp. 85. 2.

⊙ Frisch., Sulz., Bergstr. 1. t. 11. f. 3.

☽ Schrank. E. I. 75.

♀ F. E. S. I. 1. 249. 2. Herbst. K. t. 50. f. 7. 8.

Figura Schaefferi a Cl. Fabricio in Mant. citata, conueniretne potius N. Germanico?

Atra, laeuis, nitida, oblonga. Antennae nigrae claua elongata articulis tribus ferrugineis composita distinctis, vltimo conico. Thorax orbiculatus. Scutellum magnum. Elytrum punctatum lineis tribus eleuatis, prima et secunda gibbositate connexis, dum tertia, futurae proxima, a basi ad apicem recta decurrit. Moschum olet. Hab. in cadaueribus iuxta aquas, non frequens. Long. $8\frac{1}{4}$. Iat. $3\frac{2}{4}$.

Quod ad quaestionem auctoris attinet, figura haec Schaefferi Ic. t. 218. haud quidem pertinet ad S. littoralem, contra tamen non ad N. germanicum, sed ad N. humatorem F. E. S. referenda est. Caeterum S. littoralis varietas saepius occurrit, femoribus posticis incrassatis, quae tamen certissime haud peculiarem constituit speciem. Hg.

(p. 54.)

133. *S. atrata* atra, elytris punctatis, lineis eleuatis tribus laeuibus, thorace integro. F. Sp. 87. 10.

☽ Scop. E. C. 56. Schrank. E. I. 80.

♀ F. E. S. I. 1. 251. 11. Herbst. K. t. 51. f. 1.

Hab. in viis et hortis. β. Var. B. (Geoffr. Inf. I. 118. 1.) spatio interiecto punctato, thorace laeui, vbique aequali. Dubito, *S. obscuram* et *S. opacam* huc esse referendas. δ. Var. C. (Geoffr. l. c.) spatio

tio interiecto punctato, thorace laeui, punctis duobus impreſſis. In ſiluis et agris rarior. Long. 4, 5, 6. lat. 2, 3, 4.

Neſcio, quid de varietatibus his enumeratis dicere poſſem. Equidem Geoffroyum valde ſuſpectum habeo, ne Silphas obſcuram atque opacam, atratamque, (affines quidem primo aſpectu, ſed attentiore oculo luſtratas, valde diuerſas,) miſcuerit. Secundum meam experientiam ex plurimis lectis ſpeciminibus deſumtam, nulla alia datur varietas, quam colore brunneo, loco nigri, vt in nuper declaratis fieri ſolet. Hg.

(*p. 55.*)

134. *S. rugoſa* nigricans, elytris rugoſis, lineis eleuatis tribus, thorace rugoſo, poſtice ſinuato. F. Sp. 86. 9.

⊙ Degeer. 4. 182. 7.; Bergſtr., Ray.

♀ F. E. S. I. 1. 251. 10. Herbſt. K. t. 50. f. 12.
S. ſcabra. Scop. E. C. 59.
Panz. F. I. G. V. 9.

Hab. in cadaueribus frequens. Capta humorem foetidiſſimum euomit. Long. 5. lat. 2½.

Auctor citat Degeer. Inſ. 5. 43. 5. t. 2. f. 21. et alterum Fabricii citatum 4. 182. 7. omittit. Sed comparata vtraque deſcriptione id nouiſſimum ſolum verum, et Tenebr. rugoſus Degeer. 543. 5. t. 2. ad Opatrum fabuloſum pertinet. Hg.

135. *S. ſinuata* thorace emarginato, ſcabro, elytris lineis eleuatis tribus, apice ſinuatis. F. Sp. 88. 16.

♂ S. ſcabra. Scop. E. C. 59?

♀ F. E. S. I. 1. 252. 18. Herbſt. K. t. 51. f. 7.

Thorax antice emarginatus, fuſcus, tomento albo, veluti ſplendens. Elytra nigra apice ſinu rotundo exarata. Hab. cadauera rarior. Long. 5. lat. 2½.

Quae-

Quaedam ſpecimina appendiculo elytrorum carent, et cum appendiculatis minores ſint, maſculos coniicere licet. Horum varietatem fuſcam poſſideo.

Hg.

136. *S. Ruſſica* oblonga, rufa, antennis elytris pectoreque nigris. F. Sp. 85. 5.

⊙ Vdm.

♀ Ips nigripennis. F. E. S. I. 2. 513. 10.

Statura differt a praecedentibus oblonga, glabra, nitida. Antennae nigrae fere longitudine thoracis, claua perfoliata articulis tribus vltimis craſſioribus, extimo maiore rotundo. Palpi antici ſecuriformes, poſtici clauati. Caput et thorax rufa. Thorax latus, conuexus, marginatus. Elytra caeruleonigra, laeuia, ſubtiliſſime puncto ſtriata, marginata. Pectus, pedes et abdominis pars poſtica rufa. Tarſi quatuor. In ſtatu vix declarato tota rufa. Figuram exhibet tab. A. f. 6. Hab. ſub arborum cortice, in ligno putreſcente hiberno tempore frequens.

(p. 50.)

XXV. OPATRVM.

Palpi anteriores clauati, claua obliqua truncata, poſteriores filiformes. *Labium* ſubemarginatum. *Antennae* moniliformes extrorſum craſſiores.

137. *O. ſabuloſum* fuſcum, elytris lineis eleuatis tribus dentatis, thorace emarginato. F. Sp. 89. 2.

⊙ Vdm.

♀ F. E. S. I. 1. 89. 3.
Tenebrio rugoſus. Degeer. V. 43. 5. t. 2. f. 21. 22. Herbſt. K. t. I. II. f. 5. Panz. F. I. G. III. 2.

Color

Color caſtaneo-niger. Palpi clauati. Antennae parum piloſae articulis 9 aut 10 globoſis, vltimo maiore. Caput intra thoracem, clypeo ſcabro punctato. Oculi exigui. Thorax rugoſus. punctatus, colore magis opaco, margine laterali dilatato, prominulo, antice emarginatus. Elytra connata margine eleuato, acuto, ſubreflexo; in medio carinata, carina dentata irregulari ſcabra villoſa, apicem non attingente; in medio ad baſin alia breuior linea eleuata; ſpatium omne inter lineas tuberculis ſpinoſis exaſperatum, praeſertim ad apicem elytrorum acuminatum. Pedes fuſci. Abdomen ſubtus pilis flauis pubeſcens. Hab. in campis ſabuloſis rarum. Long. 4. lat. 2.

(*p. 57.*)

138. *O. griſeum* cinereum, thorace plano, marginato, elytris ſtriis tribus eleuatis, poſtice dentatis. F. Sp. 89. 1.

♂ An Geoffr. Inſ. 1. 347. 2. t. 6. f. 6?

♀ F. E. S. I. 1. 88. 1.

Deſcriptum habes in Fabr. l. c. Thorax planus margine dilatato, ſed minus eleuato, quam in *O. ſabuloſo*. Elytra marginata, margine ſubreflexo, ſtriis tribus eleuatis. Tibiae apice biſpinoſae antice latere exteriore etiam acute angulato. Hab. in locis arenoſis; Florentiae non rarum. Long. 8. lat. 4.

139. *O. agricola* nigrum, thorace laeui, elytris ſtriatis. F. Mant. 51. 8?

♀ F. E. S. I. 1. 91. 14. Herbſt. K. t. 52. f. 9. figura haud optima!

Thorax laeuis ſubmarginatus. Elytra ſtriato-punctata ſubrugoſa. Corpus parum, totum obſcure nigrum.

Digitized by Google

nigrum. Hab. in ligno putrescente, et sub arborum cortice tempore hiberno. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Variat colore testaceo et rufo, habitat creberrime in Boleto luteo Linn. Hg.

XXVI. NITIDVLA.

Palpi filiformes *Maxilla* cylindrica, membranacea. *Labium* cylindricum, integrum. *Antennae* clauata solida.

(*p. 58.*)

140. *N. bipustulata* ouata, nigra, elytris puncto rubro. F. Sp. 91. 1.

☽ Ostoma 2-pustulata. Laich. 1. 106. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 255. 1. Panz. F. I. G. III. 10. Herbst. K. V. t. 53. f. 1. A.

Hab. cadauera putrida. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

141. *N. obscura* ouata, nigra, obscura, pedibus piceis. F. Sp. 91. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 255. 3. Herbst. K. t. 53. f. 2. b. B. Plana, laeuissima, opaca. Antennae ferrugineae. claua nigra. Elytra flexilia abdomine paullo breuiora. Pedes subferruginei. Alae albae. Hab. in cadaueribus. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. 1.

* 142. *N. flauomaculata* ouata, nigra, elytris laeuibus, flauomaculatis.

Praecedenti simillima, et in eodem loco reperta. Differt tantum elytris basi, et in medio prope suturam colore paleaceo, seu obsolete aureo-maculatis. Magnitudine etiam admodum variat. Tab. III. f. 8. Inueni plures cum praecedenti, et Scarab. 2-maculato in Cameli cadauere in sepulto. Long. 2. lat. 1.

Equi-

Equidem, excepta ſignatura elytrorum, et thoracis margine laterali eiusdem, vt elytrorum maculae, coloris luteo - ferruginei, differentiam inter hanc et praecedentem detegere nequeo. N. obſcuram attamen ſemper eandem vidi in noſtris regionibus, nec variantem. Hg.

* 143. *N. punctata* oblonga, nigra, elytris puncto bilobo dorſali cinereo.

Accedere videtur ad Derm. lunatum. F. Mant. App. 18 - 19.

Statura *N. obſcurae*, ſed corpus minus depreſſum. Antennae claua ferruginea. Thorax ſubmarginatus, ſubpubeſcens, niger, linea laterali eleuata. Elytra punctato - ſtriata, nigra, puncto ad ſuturam bilobo dorſali cinereo. Abdomen nigrum pube albida. Pedes ferruginei. Hab. ſub arborum cortice in ſiluis. Long. $1\frac{1}{5}$.

(*p. 59.*)

144. *N. varia* ouata, thorace elytrisque nigro-ferrugineoque variis. F. Sp. 92. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 258. 12. Herbſt. K. t. 53. f. 4. d. D. Deſcriptum vides a Fabricio l. c. Hab. in truncis exſiccatis, carioſis. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. 1.

145. *N. hirta?* atra, thorace elytrisque pubeſcentibus. F. Sp. 93. 15.

Statura praecedentis, ſed corpore magis elongato, nigro, fuſco. Antennae ferrugineo - fuſcae. Caput, thorax et elytra pilis breuibus, erectis, ferrugineis adſperſa. Thorax marginatus. Elytra punctato - ſtriata. Pedes fuſci. Tab. III. f. 9. Hab. cum praecedenti. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

146.

Digitized by Google

146. *N. aeſtiua* teſtacea, ſubtomentoſa, thorace emarginato, oculis nigris. F. Sp. 91. 5.

♀ F. E. S. I. 1. 256. 6. Herbſt. Arch. t. 20. f. 24?
Hab. in floribus. Long. 1. lat. $\frac{1}{4}$.

Herbſtii deſcriptio l. c. cum N. ferruginea F. valde conuenit. Hg.

(p. 60.)

* 147. *N. veris* teſtacea, ſubtomentoſa, corpore conuexo, antennis apice nigris.

♀ *Sphaeridium luteum.* Roſſi Mant. 21. 47. F. E. S. I. 1. 79. 6.

Strongylus luteus. Herbſt. K. t. 43. f. 3. c. C.

N. aeſtiua maior, et corpore magis conuexo. Tota teſtacea, holoſericea, elytris marginatis, oculis, antennarumque apicibus nigris. Tab. II. f. 12. Hab. medio veri in floribus Crataegi. Long. 2. lat. $1\frac{1}{2}$.

148. *N. pedicularia* nigra, elytris laeuibus, thorace marginato. F. Sp. 92. 12.

♀ F. E. S. I. 1. 260. 20.
Hab. flores.

XXVII. COCCINELLA.

Palpi anteriores ſecuriformes, poſteriores filiformes. *Labium* cylindricum. *Antennae* claua ſolida.

Coccinellarum ſpecies, quod ad colores, tam elytrorum, quam thoracis, attinet, valde mutabiles eſſe, iam dudum notum eſt. Cuique enim, qui vera diligentia earundem ſpecimina colligit, de hoc perſuaſum erit. Iure itaque mirari videmur, cum auctorem huius rei quaſi haud informatum videmus. Ne autem adnotata noſtra in hoc Coccinellarum genere mole ſua opus grauent, deinde, ne iam, et melius,

lius, dicta iteremus, *Herbſtii* celeberrimi Coleoptratorum ſyſtematis Tomum V. huc ſpectantem, praecipue autem tractatum illum de Coccinellarum genere, in *N. Magaz. d. Entom. Vol. II.* acutiſſimi *Schneideri*, et eiusdem recenſionem Anonymi cuiusdam in *Allgem. Litterat. Zeit.* quae Ienae prodit, *Anni 1793. Nr. 15.* commendare iuuat. Hg.

149. *C. impunctata* coleoptris rubris, puncto nullo. F. Sp. 93. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 267. 9. Herbſt. K. t. 48. f. 17. Schneid. Mag. II. 149. 14. *C. globoſa* var. a.

Rubra ſunt thorax, elytra, pedes antici: reliqua fuſca, alis craſſiore margine nebuloſis. Habit. in hortis. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

Mera varietas *C. 24-punctatae* n. 163. eſt, punctis nigris nondum declaratis. Hg.

150. *C. bipunctata* coleoptris rubris, punctis nigris duobus. F. Sp. 94. 10.

⊙ Liſter., Ray., Petiv., Friſch., Sulz., Act. Nidr.

☽ Scop. E. C. 234. Schrank. E. I. 94.

♀ F. E. S. I. 1. 270. 21. Herbſt. K. t. 58. f. 1-9. 10? *C. diſpar.* Schneid. Mag. II. 173. 32.

Macula magna alba ad thoracis marginem, baſi puncta duo, et apice lineola et punctis duobus alba. Hab. paſſim in hortis, victitans Aphidibus. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

C. 4-puſtulata n. 171. et *C. 6-puſtulata* n. 172. varietates huius *bipunctatae* ſunt. Hg.

(*p. 61.*)

* *C. tripunctata* coleoptris rubris, punctis nigris tribus. Linn. Fn. Sv. 472.

♀ Roſſi Mant. 25. 59.

Deſcriptio Linnaei iterum exhibita eſt. Forte ſequentis mera varietas eſt? Hab. frequens in plantis. Long. 2. lat. 1.

In

Digitized by Google

In Mautiſſa pro varietate certa *5-punctatae* declarata eſt, adiecta obſeruatione, in *Fauna Etruſca* pro *praecedentis* eſſe legendum *ſequentis*, quod ſtatim correxi. Si autem ibidem dicit auctor, punctum elytri poſticum marginale *C. 5-punctatae* fortuito tantum deeſſe, id deſcriptioni Linnaei, quae caeterum optime conuenit, repugnat. Hic enim puncti verſus apicem mentionem facit, quod autem in *5-punctata*, ſub illa conditione, in medio dorſo, prope ſuturam, apparet. Ideo Linnaei *tripunctata* aut varietas *5-punctatae* eſt, punctis duobus dorſalibus deficientibus, ſed punctis illis duobus marginalibus integris, aut nobis nondum nota ſpecies. Priori coniecturae id obſtare videtur, quod puncta dorſalia marginalibus triplo, imo quadruplo maiora, haud tam leuiter deeſſe ſolito more poſſunt, quam marginalia. — Ne citem Fabricii *C. tripunctatam*, prohibent illa, quae Schneiderus habet N. Ent. Mag. II. 173. 32. Hg.

152. *C. quinquepunctata* coleoptris ſanguineis punctis nigris quinque. F. Sp. 86. 17.
☽ Schrank. E. I. 96.
♀ F. E. S. I. 1. 273. 36. Herbſt. K. t. 58. f. 11.
Elytra rubra, ſingula punctis duobus, et vno communi ad baſin. Thorax angulis anticis albus. Habitat in hortis paſſim. Long. 2. lat. $1\frac{2}{3}$.

153. *C. ſeptempunctata* coleoptris rubris, punctis nigris ſeptem. F. Sp. 96. 21.
⊙ Petiv., Ray., Liſter., Roeſel, Hollar.
☽ Scop. E. C. 235. Schrank. E. I. 98.
♀ F. E. S. I. 1. 274. 41. Herbſt. K. t. 57. f. 8.
Puncta elytrorum in triangulum poſita. Hab. vbique in plantis. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

(p. 62.)

154. *C. nouempunctata* coleoptris rubris punctis nigris nouem. F. Sp. 97. 27.

⊙ Vdm.

♀ F. E. S. I. 1. 276. 48.

Puncta 2. 2. oblique posita, communi maiori. F. Prope basin singuli elytri punctum minutum nigrum, et tria in trianguli formam dispositа vltra medium maiora. Corpus inferne nigrum, vtrinque ad latera puncta duo alba. Hab. in plantis frequens. Long. 2¼. lat. 2.

A quibusdam Coccinella, quam Herbstius nomine *9-notatae* descriptam, et t. 55. f. 8. bene depictam habet, *C. 9-punctata* Linn. creditur, cui autem et thoracis pictura, et patria, dum ex *America boreali* affertur, repugnant. Hg.

* 155. *C. nigrofasciata* coleoptris rubris, punctis nigris octo, fascia media atra.

♀ Rossi Mant. 25. 60.

Omnino similima antecedenti. Differt tantum quod habet vlterius fasciam atram flexuosam, in medio elytrorum a puncto communi baseos enatam. Hab. in hortis cum priori, cuius forte varietas est. Long. 2¼. lat. 2.

Nescio, quomodo auctor tam leuem varietatem, quae in Coccinellarum genere, vbi eiusmodi mutationes semper occurrunt, nulli momenti est, vt specie diuersam enumerare potuit, praecipue cum simul cum priore cepit. Hg.

(p. 63.)

* 156. *C. 11-punctata* coleoptris rubris, punctis nigris vndecim. Linn. Syst. Nat. 581. 18.

♀ F. E.S. I. 1. 277. 53. Herbst. K. t. 58. f. 13. Arch. t. 43. f. 15.

Thorax

Thorax niger punctis duobus albis. Magnitudine variat, sed inter species minores numerari potest. Hab. in plantis. Long. 1, 1¼. lat. 1, 1¼.

Fabricii citatum *Geoffr.* 1. 324. 8. quod auctor dubium exhibet, omnino delendum est. Ne minima quidem nota, vndecim exceptis punctis, conuenit. Hg.

157. *C. 13-punctata* coleoptris luteis, punctis nigris tredecim, corpore oblongo. F. Sp. 99. 38.

♂ Scop. E. C. 238. Schrank. E. I. 102. β.

♀ F. E. S. I. 1. 279. 61. Herbst. K. t. 57. f. 11. Schneid. Mag. II. 139. 8.

Puncta elytrorum 1. 2. 2. 1. et communi baseos. Hab. in hortis. Long. 2¼. lat. 2.

158. *C. 14-punctata* coleoptris flauis, punctis nigris quatuordecim, quibusdam contiguis. F. Sp. 99. 39.

♂ Geoffr. Inf. 1. 328. 15? Schrank. E. I. 104.

♀ *C. tessellata var. b.* Schneid. Ent. Mag. II. 158. 19. b.

Herbst. K. t. 57. f. 16-18.

Thorax flauus, postice macula magna nigra tetraloba. Elytra flaua, punctis angulatis, plerisque contiguis, non tamen conniexis. Pedes flaui. Hab. in salice, et vrtica dioica non frequens. Long. 2. lat. 1.

Citatum e Geoffroyo bonum est. Varietates innumeras iam Geoffroyus obseruauit, vide etiam Schneiderum l. c. — *C. conglomerata* n. 160. et *12-pustulata* n. 173. varietates quoque huius sunt. Hg.

(*p. 64.*)

159. *C. 19-punctata* coleoptris flauis, punctis nigris nouemdecim. F. Sp. 100. 43.

♀ F. E. S. I. 1. 280. 67. Herbſt. K. t. 57. f. 17. Puncta elytrorum 2. 3. 3. 1. et vnico communi. Corpus paruum. Thorax flauus, punctis ſex nigris, quorum duo poſteriora. Elytra flaua, ſingula punctis nouem nigris. Hab. in plantis non frequens. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

Puncta in meis, ſcutellari communi excepto, hoc ordine poſita obſeruo: 1. (maximo) 2. 3. (intermedio parum promoto, vt haec puncta tria triangulum depreſſum ſiſtant) 2. 1. Hg.

160. *C. conglomerata* coleoptris flaueſcentibus punctis nigris plurimis contiguis. F. Sp. 101. 49.

⊙ Geoffr. 1. 316. 12. Ray., Liſter., Friſch.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 326. 12? Conf. Schaeff. p. 30. 163. Inſ. Rat.

♀ F. E. S. I. 1. 282. 75.
Schneid. Mag. II. 159. *C. teſſellata var. c.*

Degeerius deſcribit optime. Habit. in hortis. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Fabricii *C. conglomerata* nil, niſi mera varietas *C. 14-maculatae*, vbi puncta, quae in *conglom.* paſſim confluunt, diſtincta ſunt. Caeterum, citatum *Geoffroyi*, errore typographico 316. in 326. emendato, ad *conglobatam* pertinet. Linnaei conglomerata alia videtur. Hg.

161. *C. conglobata* coleoptris rubris, punctis nigris plurimis ſubcontiguis. F. Sp. 102. 49. β.

♀ F. E. S. I. 2. 282. 76. Schneid. Mag. II. 156. 18. Herbſt. K. t. 58. f. 14.

Species valde diuerſa a praecedenti. Thorax punctis nigris ſeptem diſtinctis. Elytra in inſecto viuo roſea, punctis in ſingulo octo nigris, quorum par primum ſuturae propius, par ſecundum margini

ni

Digitized by Google

ni exteriori, vnum iterum anteriori, et par tertium exteriori: punctum denique vltimum iterum margini interiori adiacet.

In hac puncta non tetragona, vt in praecedenti. Hab. in arboribus inter Aphides. Long. 2¼. lat. 1½.

Nullo modo cum conglomerata coniungi poteſt, cum etiam ſtatura longiore differat. Eadem autem eſt cum *16-maculata F.* Variat thoracis pictura, qui tandem totus niger euadit, macula laterali excepta flauicante, quae punctum nigrum medium circumdat. Hanc varietatem excipit alia, cui nomen *C. impuſtulatae* a Linnaeo et Fabricio inditum eſt, et quam cum *C. conglobata* copula iunctam reperi. Vide Herbſt. K. V. p. 356. t. 58. f. 15. In his easdem ſaepius thoracis ſignaturas, quas in *conglobata L. et auctorum*, videre licet, interdum autem thorax totus niger, margine laterali obſolete ruſeſcente. Hg.

(*p. 63.*)

161. *C. 22-punctata* coleoptris flauis, punctis nigris viginti duobus. F. Sp. 101. 45.

☉ Ray.
☽ Geoffr. Inſ. 1. 329. 17.
♀ *C. 20-punctata.* F. E. S. I. 1. 281. 69.
Herbſt. K. t. 57. f. 14.

Subtus inſpecta obſeruatur punctum nigrum in margine elytrorum, quod complet numerum 22 punctorum, excluſis punctis quinque thoracis. Hab. apud nos frequentiſſima. Long. 1½, 2. lat. 1, 1¼.

Punctum marginis minimum in nonnullis etiam ſuperne conſpici poteſt. Auctorem Linnaei *22-punctatam*, et Fabricii *20-punctatam*, quae eadem eſt, habuiſſe, e deſcriptione adiecta et citato Geoffroyano, ſat apparet. Caeterum citatum Schaefferi Ic. t. 30. f. 10. quod auctor dubium exhibet, ad *C.*

14-pustulatam aperte referendum est. Rayum auctor numquam citauit, quia non possedisse videtur. Sed comparata etiam descriptione Rayi ad hanc Coccinellam, equidem videre nequeo, quid emolumenti tale citatum, ne satis certum quidem, praebere possit? Hg.

163. *C. 24-punctata* coleoptris rubris, punctis nigris viginti-quatuor. F. Sp. 101. 47.

♀ F. E. S. I. 1. 281. 72. Herbst. K. t. 98. f. 17-20. *C. globosa.* Schneid. E. M. II. 151. 14. d.

Elytra rubra, singula punctis duodecim nigris, tribus in basi disiunctis, quatuor intermediis, duobus connexis, dein tribus, denique in apice duobus vix disiunctis. Hab. frutices. Long. 1¼. lat. 1.

Varietates innumerae huius Coccinellae reperiuntur, quarum vnam *C. impunctatam* supra n. 149, aliam nomine *C. 25-punctatae* n. 164. exhibet auctor. Hg.

(p. 66.)

* 164. *C. 25-punctata* coleoptris rubris: punctis nigris viginti quinque. Linn. Fn. 488. Syst. Nat. 583. 29.

C. 22-punctata. Degeer. 5. 380. 13.

Magnitudo antecedentis, cui est simillima, magis tamen obscure rufa, et punctis magis connexis et confusis. Habit. inter Aphides minus frequens.

Auctoris Coccinella mera tantum praecedentis varietas est, num etiam Linnaei, et Degeerii? De Linnaeana valde dubito, cum puncta prioris tam inconstantia in duobus speciminibus sint, vt punctum vnicum Linnaeo tam acuto et praecauto, caussam sufficientem haud praebuisset, nouam inde constituendi speciem. Deinde nihil de affinitate cum 24-punctata dixit. Hg.

165.

Digitized by Google

165. *C. 13-maculata* coleoptris flauis, punctis nigris tredecim, corpore orbiculato. F. Sp. 99. 37.
♀ F. E. S. I. 1. 279. 60.
C 10-punctata var. 9. Herbſt. K. V. p. 347.
C variabilis var. K. Schneid. Mag. II. 165. 24.
Thorax albus maculis quatuor nigris. Coleoptra flaua punctis nigris tredecim, nempe 1. 3. 2. et communi. Hab. arbores rara. Long. 2¼. lat. 1¼.
Puncta quatuor tantum thoracis equidem nondum obſeruaui. Inter varietates huius Coccinellae, *C. 10-puſtulatam* quoque referri debere, experientia mea me nondum docuit, cum nec tranſitus poſſideam, nec in eodem reperi loco. Sed ſi ita ſibi haberet, *C. 10-puſtulata* peculiarem ſpeciem nullo modo conſtituere debet, vti Celeberr. Schneiderus l. c. innuit, quamquam de identitate ipſi perſuaſum ſit.
Hg.

* 166. *C. pallida* oblonga, coleoptris pallide luteis, punctis ſex nigris obſoletis, et ad futuram poſitis.
Tota pallide lutea. Caput albicans, puncto nigro ad baſin. Oculi nigri, qui lunati videntur ob connexionem cum puncto capitis. Thorax luteus punctis ſex nigris, quorum duo poſteriora ſunt. Elytra margine albicante, ſingulum punctis tribus longitudinaliter ad futuram poſitis. Pedes flaui. Corpus atrum. Hab. frutices rara. Long. 2¼. lat. 1.
Num varietas praecedentis? Certe variabili cuidam ſpeciei annumeranda videtur. Hg.

(p. 67.)

167. *C. detrita?* flaua, coleoptris immaculatis, thorace albo-maculato. F. Sp. 102. 50.
Corpus totum flaueſcens. Caput punctis duobus albis. Thorax vtrinque margine puncto, lineis dua-

bus flexuoſis, lineaque dorſali albis. Elytra immaculata. Forte incompleta? — Semel capta ruri. Long. 2. lat. 1.

Quomodo auctor in Coccinellarum genere, ſpecimen incompletum, quod ſine dubio haec *C. detrita* eſt, idem cum Coccinella credere poteſt, quae Nouae Hollandiae indigena eſt? Hg.

168. *C. 10-guttata* coleoptris luteis, punctis albis decem. F. Sp. 102. 51.

♀ F. E. S. I. 1. 284. 82. Herbſt. K. t. 59. f. 1.

Puncta elytrorum 2. 2. 1. Habit. in ſiluis rara. Long. 1½. lat. 1.

169. *C. bipuſtulata* coleoptris nigris, punctis rubris duobus compoſitis, abdomine ſanguineo. F. Sp. 104. 61.

⊙ Friſch.

♀ F. E. S. I. 1. 287. 100. Schneid. Mag. II. 183. 40.

C. faſciata. Herbſt. K. t. 59. f. 11.

Tota atra, nitens, margine prominulo. In medio elytrorum puncta tria transuerſim poſita, coccinea, ſaepe confluentia. Abdomen ruſeſcit. Hab. cortices arborum; frequens in hortis. Varietas *Degeeriana* tamen inuenta tantum in ſiluis: anne diuerſa? — Long. 1½. lat. ¼.

Maxima confuſio iterum h. l. videnda eſt. Duae enim Coccinellae, primo intuitu ſimillimae, pro vna ſpecie habitae ſunt. *C. 2-puſtulata* Linnaei et Fabricii eaedem mihi videntur, cum vterque maculae elytrorum transuerſalis, et e tribus interdum conflatae, mentionem faciat, quamuis Celeberr. Fabricius, cui ambas Coccinellas miſeram, certiorem me fecit, *C. bipuſtulatam* Degeerii, etiam ſuam bipuſtulatam eſſe, et *faſciatam* Herbſtii varietatem tantum

tum videri, ſed appoſita in Entom. Syſtem. verba contrarium edocent. Nihil etiam prohibet, quo minus Herbſtii *faſciata* eſſet, quam quod caput rufum tacet Linnaeus, quod tamen ſemper praeſens obſeruaui. Ex citatis Fabricii et auctoris *Degeerius* et *Roeſelius* itaque tollendi ſunt; peculiarem ſpeciem deſcribentes, quam Schneiderus *C. renipuſtulatam*, et *Herbſtius* K. t. 59. f. 11. *bipuſtulatam* vocauere. Ne ſit varietas, vt Roſſius dubitat, prohibent habitatio diuerſa, magnitudo duplo maior, caput haud rufum, praecipue autem punctum ſemper integerrimum, ſubrotundum, numquam e pluribus concretum. Hg.

(*p. 68.*)

* 170. *C. ſimilis* coleoptris marginatis, nitidis, atris, macula ſolitaria rubra, ſubrotunda vtrinque. Gazoph. p. 171. 609.

Coccinellam Cacti Piſis habitare, prorſus inueriſimile videri debet: ideoque habenda modo eſt haec noſtra pro *C. bipuſtulata* fortuito Americanae affinis faciem mentiente. Cum autem in hac deſcribenda potiſſimum ſeruiendum ſit veritati, nullis profecto aliis verbis fieri poſſe id accuratius videtur, quam iis a *Gronouio* adhibitis ad *C. Cacti* indicandam.

Eſt e minoribus. Thorax, caput atque elytra laeuia, glaberrima, hemiſphaerica, marginata, conuexa, atra. Elytra in centro vtrinque maculam gerunt inſignem coccineam *rotundam integerrimam*, neque e tribus compoſitam, qua nota a *C. bipuſtulata* differt. Abdomen coccineum. *Gron.* l. c.

Differt a *C. bipuſtulatae* varietate (conſ. Degeer. Inſ. 5. t. 10. f. 25.) macula non reniformi, ſed rotunda integra, et maiori Tab. VII. f. 4. Lecta in Alno Piſani nemoris d. 23. Mai.

Neſcio, quid de hac Coccinella dicam. Ne ſit *C. renipuſtulata S.* adnotata auctoris ad antecedentem impediunt. Vide etiam, quae Schneiderus habet. Mag. II. 184. 41. Hg.

171. *C. 4-puſtulata* coleoptris nigris, punctis rubris quatuor, interioribus longioribus. F. Sp. 104. 63.

⊙ Bergſtr.

♀ *C. 4-verrucata.* F. E. S. I. 1. 288. 104. Herbſt. K. t. 59. f. 12.

Ouata, nitida, atra. Thorax ater, immaculatus. Elytra atra, maculis in ſingulis duabus ſanguineis, vna prope baſin reniformi, altera in medio ad marginem interiorem rotunda minori. Anus ruber. — *Fabricius* hanc cum *C. 2-punctata* copula iunctam ſaepe vidit. Hab. in vrtica, rubo, aliisque plantis. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Fabricius varietatem *ſexpuſtulatae* vel potius *bipunctatae*, nullo modo autem veram *4-puſtulatam* cum *bipunctata* copula iunctam videre potuit. Haec enim eadem cum *bipuſtulata* ſtatura gaudet, quam *Geoffroyus* voce *tortue* bene exprimit. Ad hanc *4-puſtulatam*, vel *4-verrucatam* F. E. S. citata omnia, in *ſpecieb.* exhibita, pertinent, excepto *Schaefferiano*, quod aperte ad illam *bipunctatae* varietatem referendum eſt. Hg.

(p. 69.)

172. *C. 6-puſtulata* coleoptris nigris, punctis rubris. F. Sp. 105. 64.

⊙ Ray.

Scop.

Digitized by Googl

♂ Scop. E. C. 245. Schrank. E. I. 119.
♀ F. E. S. I. 1. 289. 107. et *quadripuſtulata* n. 103.
C. bipunctatae variett. Herbſt. K. t. 58. f. 1-9.
C. diſpar. variett. Schneid. Mag. II. 173. 32.
Elytra atra, ſingula maculis tribus coccineis notata, earum prima magna ad baſin marginis exterioris; altera in medio elytri; tertia ad apicem prope marginem exteriorem. β. variat thorace toto atro, elytris quadrimaculatis. δ. puncto minutiſſimo ad ſuturam rubro. Hab. in hortis.

173. *C. 12-puſtulata* coleoptris nigris, punctis duodecim albis, exterioribus margine connexis. F. Sp. 106. 67.
♀ F. E. S. I. 1. 290. 110.
C. teſſellata. var. d. Schneid. Mag. II. p. 160.
Thorax antice albus, poſtice niger. Hab. in plantis ſat frequens.
Nil, niſi varietas *C. 14-maculatae.* Hg.

174. *C. variabilis* coleoptris nigris, punctis duobus rubris, orbiculatis, ſubmarginatis, corpore oblongo. F. Sp. 104. 62.
♀ F. E. S. I. 1. 287. 101.
C. vnifaſciata. Schneid. Mag. II. 179. 36.
C. bipunctata. var. 11. Herbſt. K. t. 58. f. 10.
Variat elytris luteſcentibus, atque aetate elytra nigra, et puncta rubra euadunt. Noſtrum ſpecimen habet latera thoracis alba. Hab. in ſiluis rariſſima. Long. 2½. lat. 2.
Herbſtius etiam hanc, *C. bipunctatae* credit varietatem. *C. biguttata* Herbſt. K. t. 59. f. 8. haud diſtincta videtur. Hg.

175.

(p. 70.)

175. *C. 10-paſtulata* coleoptris nigris, punctis fuluis decem. F. Sp. 105. 66.

⊙ Schaeff. Ic. t. 30. f. 10.

♀ F. E. S. I. 1. 289. 109. Herbſt. K. t. 59. f. 16. Schneid. Mag. II. 168. 25.

Variat punctis flauis, et rubris. Puncta elytrorum 2. 2. 1. duo baſeos lunata, interdum connata. Pedes fului. Hab. in hortis. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

176. *C. pantherina* coleoptris nigris, punctis flauis octo. F. Sp. 106. 71.

♀ F. E. S. I. 1. 291. 114.

Cf. Schneid. Mag. II. 181. 37.

Degeerius l. c. deſcripſit optime. Hab. raro apud nos. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 2.

177. *C. 20-guttata* coleoptris rubris, punctis albis viginti. F. Sp. 103. 56.

☽ Goetze, E. B. 229. 37. Schaeff. Ic. t. 9. f. 12.

♀ F. E. S. I. 1. 285. 90. et *tigrina* n. 118.

C. tigrina. Herbſt. K. t. 59. f. 18. Schneid. Mag. II. 183. 39.

Puncta elytrorum 2. 2. 3. 2. 1. anticis obliquis. Varietatem *C. tigrinae* credit *Degeer*, qui dat optimam deſcriptionem. Hab. in aruis non frequens. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

(p. 71.)

* 178. *C. minutiſſima* ſubuilloſa, nigra, faſciis duabus transuerſis rubris. Geoffr. Inſ. 1. 332. 21.

Tota atra, tomentoſa. Elytra maculis duabus rubris, quae faſciam formare videntur. Thorax vtrinque ſubmaculatus. Hab. in Pomonae arboribus. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

* 179.

Digitized by Google

* 179. *C. 4-maculata* ſubuilloſa, nigra, punctis quatuor luteo-rubris. Geoffr. Inſ. 1. 332. 22.

Subuilloſa. Caput nigrum. Thorax niger margine vtrinque rufo, punctato. Elytra nigra, nitida in ſingulo elytro puncta duo rubra rotunda primo maiusculo in medio, altero minori ad apicem. Tibiae ſubrufae. *Geoffroyus* dubitat, eſſe varietatem praecedentis.

Haec a me raro inuenta hiberno tempore ſub arborum cortice; illa frequens per aeſtatem occurrit. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Fabricius idem Geoffroyi citatum apud *C. frontalem* ſuam allegat, quae cum *bispuſtulata* dubium inſectum manet. Hg.

XXVIII. CASSIDA.

Palpi anteriores clauati, poſteriores filiformes. *Labium* elongatum, integrum. *Antennae* moniliformes.

(*p. 72.*)

180. *C. viridis* viridis corpore nigro. F. Sp. 107. 1.

⊙ Ray., Goedart., Merian.

☽ Schrank. E. I. 92.

♀ F. E. S. I. 1. 292. 1.

Pupam habui, a quo exiit *Ichneumon*. Variat magnitudine. Hab. in carduis, in Cynara Scolymo frequens. Long. 3, 4. lat. 2, $2\frac{1}{3}$, 3.

181. *C. Murraea* nigra, clypeo rubro, elytris ſanguineis punctis nigris ſparſis. F. Sp. 108. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 294. 9.

Antennae baſi rufae, apice nigrae.

Hanc

Hanc differre a *C. viridi-maculata*, aetate tantum proiectiori credit Geoffroy. Habui equidem ſpecimina, elytris ſutura dorſali confertius nigro-maculatis; at mihi diſtincta ſpecies.

Hab. in hortis rarior. Long. 3. lat. 2½.

Geoffroyo Fabricius mecum conſentit. Habitat Brunſuigae frequens in Inula dyſenterica. Hg.

182. *C. nobilis* griſea, elytris linea caerulea nitidiſſima. F. Sp. 110. 17.

☉ Ray., Schaeff.

♀ F. E. S. I. 1. 297. 24.

Hab. plantas verticillatas, et carduos frequens. Long. 1¾. lat. 1¼.

Citatum Schaeff. Ic. t. 96. f. 6. ſane errore quodam omiſſum, cum bonum. Hg.

(*p. 73.*)

183. *C. nebuloſa* pallido-nebuloſa, fuſco-punctata. F. Sp. 108. 5.

☉ Ray., Friſch., Schaeff.

☽ Schrank. E. I. 91, Schaeff. Ic. t. 40. f. 5. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 293. 7.

Hab. in hortis frequens. Long. 2, 3. lat. 1½.

184. *C. ferruginea* nigra, thorace elytrisque ferrugineis immaculatis. F. Sp. 108. 1.

☉ Schrank.

♀ Schaeff. Ic. t. 142. f. 4. a. b. F. E. S. I. 1. 294 10.

Cl. Fabricius varietatem eſſe praecedentis credit, cui libenter aſſentior. Habit. in hortis paſſim. Long. 2. lat. 1½.

Equidem hanc a C. murraea, quam Fabricius huic praecedentem habet in ſcriptis ſuis, manifeſte differre contendo, et colore conſtanter eodem, et ſculptura elytrorum, et habitatione. Sic etiam a C. nebuloſa differt. Hg.

185.

185. *C. limbata* capite, thoraceque pubeſcentibus obſcure aeneis margine pubeſcente. F. Mant. 63. 10.

♀ F. E. S. I. 1. 294. 11.

Hab. Piſis non rara. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. 2.

Diagnoſis in Mantiſſa errore typographico valde corrupta eſt, et ideo illa Entomologiae ſyſtemat. etc. conſulenda eſt. Hg.

(*p.74.*)

XXIX. CHRYSOMELA.

Palpi ſex extrorſum craſſiores. *Labium* corneum, integrum. *Antennae* moniliformes.

186. *C. tenebricoſa* aptera, ouata, atra, antennis pedibusque violaceis. F. Sp. 116. 1.

☽ Schaeff. Ic. t. 126. f. 1. Elem. t. 1. f. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 308. 3.

Acu transfixa humorem effundit ſanguineum, qui ad tincturam videtur idoneus, et ſi viuens carboni accenſo admoueatur, colorem induit magis purpureum. Habit. ſiluas, in locis apricis frequens. Long. 5, 6, 7. lat. 3, $3\frac{1}{2}$, 4.

187. *C. haemoptera* onata, violacea, plantis, alisque rubris. F. Sp. 118. 18.

⊙ Pod.

☽ Schaeff. Ic. t. 65. f. 8.

♀ F. E. S. I. 1. 315. 37.

Elytra punctata. Antennae nigrae capite thoraceque longiores. Alae ſanguineae. Corpus ſub elytris flauo-ruſum. Hab. in hyperico perforato frequens. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. 3.

Veram *C. haemopteram* F. nondum noſſe videmur, nunc hottentottam, nunc Hyperici Degeer. 5. 312. 20.

20. (C. varians. F. E. S. I. 1. 315. 38.) nunc violaceam Schaller. Act. Hallenſ. I. p. 270. coniicimus illam. De hac nouiſſima Cel. Fabricius ipſe in litteris certiorem me facit, eandem eſſe cum *C. haemoptera* ſua; ſed nec plantae, nec antennarum articulus primus rufi, et deinde in Entom. emend. I. 315. 39. *C. violaceam* iſtam habet. Auctor, qui Degeer. citatum adhuc exhibuit, *C. variantem* F. habuiſſe videtur, quae et Brunſuigae habitat, in hyperico perforato. Hg.

(*p. 75.*)

188. *C. Bankii* ouata, ſupra aenea, ſubtus teſtacea. F. Sp. 117. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 310. 16.

Deſcripſit F. Syſt. Ent. 95. 4. Thorax margine laterali craſſiuſculo. Hab. ruri, frequens etiam in hortis. Long. 4. lat. $2\frac{3}{4}$.

189. *C. ruſtica* oblonga, nigra, thorace elytrisque griſeis. F. Mant. 74. 95.

♀ Galeruca ruſtica. F. E. S. I. 2. 15. 11.
Geoffr. 1. 252. 1. Schaeff. Ic. t. 65. f. 10.

Hab. ruri frequens. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

190. *C. Tanaceti* oblonga, nigra, punctata, elytris coriaceis. F. Sp. 128. 70.

☽ Scop. E. C. 256. Tenebrio triſtis.
Schrank. E. I. 139. Roeſ. Inſ. t. 2. Scar. t. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 15. 10. Galeruca Tanaceti.

Hab. in Tanaceto. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

Auctor haud bene Geoffr. 1. 252. 1. citat, vbi G. ruſticam deſcriptam inuenimus. Hg.

191. *C. populi* ouata, thorace caeruleſcente, elytris rubris apice nigris. F. Sp. 119. 20.

⊙ Merian., Liſter.

☽ Schrank. E. I. 123.

♀ F. E. S. I. 1. 316. 44.

Saepe

Saepe variat elytris apice concoloribus, et magnitudine minori. Forte *C. tremula*. Mant. 69. 28. Hab. in Populo tremula, Salice frequens, copioſa. Long. 5. lat. 3.

192. *C. ſtaphilaea* ouata, obſcura teſtacea. F. Sp. 119. 21.

⊙ Geoffr.

☽ Linn. Act. Vpſal. 1736. 17. 3.
Schrank. E. I. 129. Müll. Z. D. Pr. 881.
Schaeff. Ic. t. 21. f. 12.

♀ F. E. S. I. 1. 317. 47.

Synonymon Geoffr. 1. 263. 15. a Degeer. et Fabr. citatum aliam Chryſomelam indicare videtur.

C. polita maior, et a Linnaeo in Fn. Suec. 518. optime deſcripta. Inter mea ſpecimina vnum habeo ſtatura praecedenti ſimillimum, quod tamen differt magnitudine multo minori, et colore nempe teſtaceo, ſed magis nitido, magisque flaueſcente, forte referendum ad *C. pallidam*. Linn. Syſt. Nat. 589. 25. Hab. in ſilueſtribus rara. Long. 4. lat. $2\frac{1}{2}$.

Illi, quod auctor de citato Geoffroyano dicit, lubens aſſentio, cum nec capitis, nec corporis inferioris, nec elytrorum thoracisque ipſorum deſcriptio congruat. Hg.

(p.77)

193. *C. polita* ouata, thorace aurato, elytris teſtaceis. F. Sp. 119. 23.

⊙ Scop.

♀ F. E. S. I. 1. 317. 49.

Hab. in ſalice frequens. Long. 3. lat. 2.

Citatum Schaeff. Ic. t. 65. f. 9. D. Roſſi dubium habet, et quidem iure, quia ad *C. cupream F.* pertinet. Hg.

194. *C. ſanguinolenta* ouata, atra, elytris margine exteriore ſanguineis. F. Sp. 125. 53.

⊙ Sulzer.
☽ Schrank. E. I. 133.
♀ F. E. S. I. 1. 325. 90.
Nigra, nitida, inferius caerulea. Thorax marginatus. Elytra margine exteriore sanguineo. Habit. salices. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. $2\frac{1}{4}$.

Iam Laicharting. Inf. Tyrol. p. 159. demonstrauit, *Bupreſt. ſanguinolentam Scop.*, ab auctore noſtro cum Fabricio huc relatam, ad *Cryptoceph. limbatum* ſuum p. 181., noſtra experientia meram varietatem *Crypt. bipunctati* Fabr., pertinere. Hg.

195. *C. graminis* ouata, viridi-caerulea, nitida, antennis pedibusque concoloribus. F. Sp. 118. 16.
☽ Schrank. E. I. 132.
♀ F. E. S. I. 1. 314. 33. Schaeff. Ic. t. 65. f. 7.
Antennae articulis quatuor vltimis fuſcis. Elytra admodum conuexa. Pedes virides. Hab. in gramine. Long. 4. lat. 3.

(p. 78.)

196. *C. aenea* oblonga, viridis, nitida, elytris aeneis. F. Sp. 130. 80.
☽ Geoffr. Inſ. 1. 261. 12. Schrank. E. I. 131. Schaeff. Ic. t. 21. f. 3-6.
♀ F. E. S. I. 1. 329. 109.
Hab. in alno. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Citatum e Geoffroyo, a noſtro auctore exhibitum, nullo modo huc referri poteſt, ſed ad Chr. faſtuoſam pertinet. Auctor ipſe ſic etiam in Mantiſſa ſua 28. 68. adn. emendauit. Hg.

197. (*) *C. aurata* ouata, viridi-ſericea, elytris lineis duabus aureis. F. Sp. 124. 49.
⊙ Hollar.
☽ Schaeff. Ic. t. 21. f. 8.

C. ſpe-

(*) *C. ſpecioſa*, adnot. auctoris ipſius.

♀ *C. ſpecioſa.* F. E. S. I. 1. 324. 83.

Hab. in ſiluis rara. Long. 4½. lat. 3.

Neſcio, quomodo et cur auctor C. ſpecioſae, cuius et characterem et citata Fabriciana addidit, nomen dedit *C. auratae*, quae tamen alia eſt, ac nullo modo cum hac confundi poteſt. Caeterum citatum Linnaeanum neutiquam adhiberi poteſt, cum ipſe dicat, corpus dimidio minus eſſe *C. ſegetali*, quo nomine haud dubio *C. cerealem* indicare voluit. Hg.

198. *C. Boleti* ouata, nigra, elytris faſciis tribus flauis repandis. F. Sp. 120. 25.

☽ Schaeff. Elem. Vdmann.

♀ F. E. S. I. 2. 516. 1. *Diaperis Boleti.*

Hab. in boletis arborum frequens. Long. 3½. lat. 2½.

Optime Fabricius nouum ex hac et D. violacea, condidit genus, Geoffroyum ſecutus. Hg.

(*p. 79.*)

199. *C. Alni* oblonga, violacea, elytris vage punctatis, pedibus, antennisque nigris. F. Sp. 128. 72.

⊙ Friſch., Sulzer.

☽ Müller. Z. D. Pr. 911. Schaeff. Ic. t. 65. f. 6.

♀ *Galeruca Alni.* F. E. S. I. 1. 2. 16. 13.

Tota laete violacea, nitida; ſolae antennae et pedes nigra. Elytra punctis minutiſſimis. Thorax anguſtatus. Habit. Alnum frequens. Long. 3½. lat. 1½.

Citatum e Sulzero D. Roſſi bene emendauit. Hg.

200. *C. vitellinae* oblonga, viridi-aenea. F. Sp. 130. 78.

⊙ Scop. Carn. 224.

♀ *Galeruca vitellinae.* F. E. S. I. 2. 18. 22.

Corpus ouato-oblongum. Elytra ſtriato-punctata. Hab. in ſalice frequens. Long. 2¼. lat. 1¼.

Citatum e Scopolio cum auctore omittendum eſt, cum elytra tantum punctata dicat, nec punctato-ſtriata. Fabricius in nouo ſuo ſyſtemate hanc cum vulgatiſſima ſua eandem putat, cui plures aſſentiunt. Omnia enim eadem, colore caeruleo excepto, in *G. vulgatiſſima* ſunt, etiam locus. Hg.

(*p. 80.*)

201. *C. Betulae* oblongo-violacea, elytris punctato-ſtriatis. F. Sp. 129. 76.

⊙ Roeſ.

♀ F. E. S. I. 2. 17. 19. *Galeruca Betulae.*

Corpus ſubgloboſum. Elytra punctis excauatis ſparſis. Hab. in Alno, et Salice frequens. Long. 2. lat. 1⅛.

Negligentia haud leuis ſane in hac Chryſomela patet, cum auctor ipſe contra diagnoſin, elytra dicat punctata punctis vagis. Qua de cauſſa veram *C. Betulae* habere non potuit. Sed illis, qui habent, citata Scop. E. C. 221. et Degeer. 5. 318. 24. emendanda ſunt, eandem ob rem. Caeterum Roeſel. l. c. *C. vitellinae* repraeſentauit, et hoc citatum bene omiſit Roſſius. Hg.

202. *C. coccinea* oblonga, thorace marginato ſanguineo, macula nigra; elytris ſanguineis maculis duabus nigris. F. Sp. 131. 83.

♀ *Galeruca coccinea.* F. E. S. I. 2. 20. 31.

Hab. in Vlmo rarior. Inuentae plures ſub cortice menſ. Octobr. et Decembr. Long. 2⅓. lat. 1⅓.

Haec et affines: *G. cruciata*, et *G. Bouiſtae*, iam diu Entomologos dubitantes reddidere, cui annumerarentur generi. Fabricius Galerucarum, alii Tenebrionum genus aptiſſimum putant, multis autem nouum

nouum conſtituunt genus, cui primus nomen *Endomychus* indere audeo, quod verbum, vt fieri ſolet, a Graeca lingua ortum ducit, ab ἔνδον (intus) et μυχὸς (receſſus), cum ſemper corporibus, e. g. Lycop. Bouiſta incluſi ſint, et lucem fugere videantur. Hg.

(*p. 81.*)

203. *C. obſcura* ouata, nigra, thorace rotundato anguſtiori, pedibus poſticis elongatis. F. Sp. 127. 63.

☽ Goetze E. B. 1. 289. 96. Schaeff. Ic. t. 102. f. 5.
♀ *Cryptoceph. obſcurus.* F. E. S. I. 2. 60. 35.
Panz. F. I. G. V. 12.

Thorax valde gibbus, elytris anguſtior, rotundatus. Abdomen inferne globoſum, elytris ſubquadratis corpore paullo breuioribus. Pedes poſtici et ſecundi paris longi tibiis arcuatis. Hab. in ſiluis rara. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Tranſitum quidem a chryſomelis ad cryptocephalos facit, ſed vera chryſomela eſt, et ſtaturam et antennas ſi reſpiciamus. Hg.

204. *C. marginata* ouata, nigro-aenea, elytris margine luteis. F. Sp. 125. 54.

☉ Sulz. Hiſt.
☽ Schrank. E. I. 170.
♀ F. E. S. I. 1. 325. 91.

Elytra ſtriato-punctata. Thorax totus nigro-aeneus, nec luteo-marginatus. Hab. in pratis apricis. Long. 2. lat. 1.

Citatum Sulz. Hiſt. t. 3. f. 10. bene omiſit auctor, cum ad *C. ſanguinolentam* pertineat. Hg.

205. *C. 20-punctata* oblonga, viridi-aenea, thoracis marginibus albis, elytris albis, maculis decem aeneis. F. Sp. 131. 86.

Digitized by Google

⊙ Petiv.
☽ Scop. E. C. 242. Schrank. E. I. 137. Schaeff. Ic. t. 3. f. 4.
♀ Panz. F. I. G. VI. 10.
Galeruca 20-punctata. F. E. S. I. 2. 21. 36.

Schrankius l. c. optime deſcripſit. Hab. Florentiae in agro Feſulano; Piſis rarior. Long. 3½. lat. 2.

Mihi Chryſomela, nec Galeruca, eſt. Hg.

(*p. 82.*)

206. *C. cerealis* ouata, aurata, thorace lineis tribus, coleoptrisque quinque caeruleis. F. Sp. 124. 45.

⊙ Goetze E. B. 1. 258. 17.
♀ F. E. S. I. 1. 323. 76.

Variat colore purpureo loco aurei. Hab. in ſegetibus, et ſpartio ſcopario rara. Long. 3½. lat. 2½.

207. *C. Americana* ouata, viridi-aenea, elytris ſtriis quinque ſanguineis. F. Sp. 124. 46.

♀ F. E. S. I. 1. 323. 78.

Ouata. Antennae baſi ferrugineae, breuiores, quam in *C. cereali*, in qua totae nigrae. Abdomen viridi-aeneum. Elytra in *C. cereali* punctis inordinatis excauata, in hac ſtriis punctorum duplici ſerie ordinatis. Caput aeneum macula verticis coccinea. Habit. in agro Florentino, loco vulgo dicto *le Campora*. Inuentae plures ſimul congregatae in Roremarino menſ. Octobr. Long. 3½. lat. 2½.

(*p. 83.*)

* 208. *C. dytiſcoides* ouata, violaceo-aenea, nitida, thorace laeto, elytris punctatis.

C. Alni maior. Facies *Dytiſci ſcarabaeoïdis*. Ouata, conuexa, ſupra violaceo-aenea, ſubtus nigra. Antennae breues, nigrae. Elytra ſtriato-punctata.

ta. Pedes nigri plantis fuſcis. Alae albae. Tab. II. f. 6. Tab. IV. f. 13. Hab. in ſiluis, non rara Piſis in Vlmo. Long. 4. lat. 2.

209. *C. polygoni* ouata, caerulea, thorace, femoribus, anoque rufis. F. Sp. 123. 43.

⊙ Reaum. Schaeff. Ic. t. 51. f. 5. t. 173. f. 4.

☽ *Bupreſtis ſalicina.* Scop. E. C. 199.
Schrank. E. I. 142.

♀ F. E. S. I. 1. 322. 73.

Hab. in Polygono. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Figurae tabularum Schaeff. Ic. t. 51. f. 5. t. 173. f. 4. bene ab auctore omiſſae ſunt, cum minime huc referri debeant. Citatum e Geoffroy porro, reſtitutum eſt verum 263. 16. pro falſo 283. 4. Fabricii, et 242. 4. Linnaei. De citato Scopoliano adhuc haereo, cum Cryptocephalos F. hoc genere habeat Scopolius. Hg.

210. *C. collaris* ouata, violacea, thoracis marginibus albis, puncto nigro. F. Sp. 121. 29.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 197. 5. Melolontha. etc,

♀ F. E. S. I. 1. 319. 56. Schaeff. Ic. t. 173. f. 4. a. b?

Hab. in ſalice. Long. 2. lat. $1\frac{1}{2}$.

Geoffroyi Melolontha ab auctore citata, nullo modo huc referri poteſt, cum ne generis, nedum ſpeciei characteres conueniant. Quomodo Geoffroyus, tām oculatus, Chryſomelam veram cum Clytra (vt nomine, a Laichartingio bene Melolontharum Geoffr. generi attributo, vtar) vel Cryptocephalo confundere poſſet, qui ipſe primus fere diſtinxit? Eſt autem Cryptocephalus bucephalus F. vel potius Clytra bucephalus. — Schaefferi fig. 11. 12. tab. 52. Ic. Inſ. vulgo citatae, minime hanc, ſed Cryptocephalum auritum F. vel melius Clytram auritam re-

praeſentant. In figura autem a me citata, Chryſomelam agnoſco, cui autem marginis thoracis punctum nigrum deeſt, quod etiam in quibusdam meorum ſpeciminum obſeruaui. Hg.

(p. 84.)

* 211. *C. Ceraſi* ouata, liuida, antennarum apicibus, oculisque nigris Linn. Syſt. Nat. 588. 13. *C. Padi.* Degeer. Inſ. 5. 301. 11.
Hab. etiam in ſalice. Long. 1½. lat. 1¼.

* 212. *C. metallica* ſubrotunda, cuprea, laeuis, foueola frontis impreſſa.

Non confundenda cum *C. metallica* Laichart. Verz. 1. 44. 3. quae conuenit cum *C. cuprea F.*

Ouato-globoſa, ſupra tota cuprea, nitens, ſubtus fuſca. Antennae thorace longiores, ad baſin rufae. Caput intra thoracem ferere conditum. Thorax antice anguſtatus, poſtice transuerſus. Elytra punctis vix oculo armato conſpicuis excauata. Pedes omnes ferrugineo-fuſci femoribus poſticis ſubclauatis. Tab. III. f. 11. Hab. in ſiluis non rara. Long. 1⅓. lat. ¾.

Inter minores itaque referenda, nec cum *C. metallica* Laich. et Fabr. confundi poteſt, quas easdem coniicerem, niſi in Fabriciana margo thoracis lateralis haud incraſſatus eſſet. Caetera, etiam magnitudo, et ſtatura conueniunt. Perperam autem *C. cupream F.* eandem cum *C. metallica* Laich. putat auctor. *Chryſ.* auct. a *Fabr.* apud *C. aerugineam* E. S. 330. 116. citatur. Hg.

Alticae ſaltatoriae, femoribus poſticis incraſſatis.

213. *C. Hyoſcyami* ſaltatoria, viridis, nitida, pedibus teſtaceis, femoribus poſticis violaceis. F. Sp. 133. 97.

Ray.

Digitized by Google

⊙ Ray.

♀ *Galeruca Hyoſcyami.* F. E. S. I. 2. 29. 19.

Ouata, vireſcens, elytris ſtriis excauato-punctatis. Femora craſſa nigra. Tibiae ferrugineae, femoribus poſticis viridi-aeneis. Habit. in Hyoſcyamo et in Braſſica frequens. Long. 1. lat. ½.

L'Altiſe du choux. Geoffr. 248. 11. ab auctore cum Fabricio aliisque citata, probe ſeparanda eſt, quia valde differt a vera *A. Hyoſcyami*, ſaltem ab illa, quam ob deſcriptionem optime conuenientem, et ob locum, vbi cepi, *A. Hyoſcyami* credo. Differt autem ſtatura oblonga, nec poſtice attenuata, vel ouata, vt in *C. Hyoſcyami*, dein colore viuaciſſimo viridi, interdum caeruleo, ſtriarum punctis profundioribus, antennis totis luteo-rufis, femoribus poſticis haud craſſiſſimis, et metallicis, ſed atris, interdum apicibus rufeſcentibus. Hg.

(p. 85.)

214. *C. oleracea* ſaltatoria, viridi caerulea. F. Sp. 133. 94.

⊙ Scop.

♀ *Galeruca oleracea.* F. E. S. I. 2. 28. 74.

Hab. in oleribus paſſim. Long. 1½. lat. ½. et vltra.

G. Erucae. F. E. S. l. c. 28. 75. nil, niſi mera varietas, colore tantum caeruleo differens. Hg.

215. *C. erythrocephala* ſaltatoria, atro-caerulea, capite geniculisque pedum rufis. F. Sp. 134. 103.

♀ F. E. S. I. 2. 31. 87. *Galeruca erythrocephala.*

Hab. in plantis. Long. 1. lat. ½.

216. *C. Helxines* ſaltatoria, viridi-aenea, antennis fuſcis, pedibus teſtaceis. F. Sp. 134. 100.

⊙ Sulz.

♀ F. E. S. I. 2. 30. 82. *Galeruca Helxines.*

Hab. in plantis variis frequens. Long. 1¼. lat. ½.

Digitized by Google

(p. 86.)

217. *C. rufipes* ſaltatoria, caerulea, capite, thorace, pedibus antennarumque baſi rufis. F. Sp. 135. 108.

♀ *G. rufipes.* F. E. S. I. 2. 32. 94.

Elytra ſtriata, ſtriis decem punctatis. Cum mea ſpecimina elytra habeant ſtriata, pertinere videntur ad *C. caeruleo-ſtriatam.* Degeer. 5. 343. 48.

Hab. in plantis non rara. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Schaeff. Ic. t. 166. f. 5. ad *C. nitidulam* pertinet, vbi etiam auctor habet. Cur autem h. l. iterum exhibuit? Caeterum minime veram *C. rufipedem* habuiſſe videtur, cum elytra in ſuis ſint ſtriata, quae punctata, nitida in noſtris ſunt. Forte habet Geoffroyi Alticam tertiam, qui illam etiam cum Altica ſua ſecunda, vel *A. rufipede* confundit. Hg.

218. *C. fuſcipes* ſaltatoria, violacea, capite, thoraceque rufis, pedibus nigris. F. Sp. 135. 109.

♀ *Galeruca fuſcipes.* F. E. S. I. 2. 32. 95.

Forte varietas C. rufipedis, ait Fabricius, ſed elytra apice magis rotunda, quam in praecedenti.

Hab. in hortis rarior. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

219. *C. nitidula* ſaltatoria, viridis, capite, thoraceque aureis, pedibus ferrugineis. F. Sp. 134. 99.

⊙ Schaeff. Ic. t. 87. f. 5.

☽ Schrank. E. I. 163. Schaeff. Ic. t. 166. f. 5. a. b.

♀ *Gal. nitidula.* F. E. S. I. 2. 30. 81.

Antennae baſi ferrugineae. Variat interdum colore. Hab. frequens in Malua arborea. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

(p. 87.)

220. *C. exoleta* ſaltatoria, ferruginea, elytris ſtriatis. F. Sp. 136. 111.

Linn.

⊙ Linn. Syſt. Nat., Geoffr.
♀ *Gal. exoleta.* F. E. S. I. 2. 33. 100.
Herbſt. Arch. t. 44. f. 7. l. m.

Tota teſtacea, oculis nigris. Elytra, armatis oculis, ſtriato-punctata. Femora poſtica craſſiora. Forte *Alt. flaua.* Geoffr. Inſ. I. 250. 18? quae, ni fallor, variat in Alt. elytris ſtriatis, et in Alt. absque pedibus ſaltatoriis, varietates omnes, quas habeo. Hab. in plantis non frequens. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. 1.

Citatum Fabricii Geoffr. 1. 256. 16. optimum eſt. Nam n. 18. alia Chryſomela, vel melius Altica, et quidem *Altica tabida F.* eſt. Degeeriana et Linnaeana Chryſomela etiam aliae videntur. Hg.

221. *C. atra* ſaltatoria, atra, nitida, antennarum baſi, plantisque piceis. F. Sp. 137. 115.
♀ *Gal. atra.* F. E. S. I. 2. 34. 105.
Hab. in fruticibus. Long. $\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

(p. 88.)

222. *C. teſtacea* ſaltatoria, teſtacea, gibba, elytris laeuiſſimis. F. Sp. 136. 110.
♀ *Gal. teſtacea.* F. E. S. I. 2. 33. 99.
Hab. in hortis frequens. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. 1.

223. *C. hemiſphaerica* ſaltatoria ſuborbiculata, depreſſa, nigra. F. Sp. 137. 116.
♀ *Gal. hemiſphaerica.* F. E. S. I. 2. 34. 107.
Elytra laeuia. Pedes ſubrufi. Hab. ruri frequens. Long. $\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{2}$.

224. *C. tabida* pallida, oculis nigris. F. Sp. 136. 113.
♀ *Gal. tabida.* F. E. S. I. 2. 33. 102.
L'Attiſe jaune. Geoffr. Inſ. 1. 250. 18.
Statura *C. exoletae*, at minor, et pallidior, immaculata,

culata, oculis ſolis nigris prominulis. Antennae longiuſculae apice nigrae. Elytra laeuia. Hab. frequens in floribus Verbaſci Thapſi. Long. 1¼. lat. ½.

Veram *Alt. tabidam*, quam Fabricius ipſe ita mihi determinauit, ſemper in floribus *Senecionis Iacobaeae* reperi. Sed deſcriptio h. l. data bene congruit, itaque auctor, aut in Verbaſco cepit, aut veram habitationem oblitus eſt. In Verbaſco autem aliam cepi, cui color (qui flauicans in *tabida*,) ſupra fuluo-cinereus eſt, ſed abdomen, femoraque poſtica brunnea ſunt, quam Fabricius veram ſuam *G. Siſymbrii* eſſe, litteris certiorem me fecit, ſed diagnoſis ac deſcriptio haud conuenire videntur. Hg.

* 225. *C. lineata* ſaltatoria, oblonga, gibba, teſtaceo-flaua, elytris linea duplici nigra interrupta.

Antennae nigrae, capite, thoraceque longiores, baſi rufae. Thorax foueola vtrinque excauatus. Elytra ſtriata linea duplici nigra longitudinali interrupta. Forte *C. litura* F. Sp. 126. 57?

Hab. in ſiluis. Long. 1½. lat. 1.

C. litura F. mera Chryſomela, nec Alticae ſpeciem prae ſe fert. Hg.

(*p. 89.*)

* 226. *C. lurida* fuſco-rufa, abdomine, oculisque nigris. Scop. E. C. 219.

Magnitudo *Ch. nemorum*, habitus *C. atricillae*, ſed caput et pedes omnes, vna cum thorace, elytrisque concolores. Elytrum punctatum, ſubpellucens. Hab. in Saluia Sclarea et Verbaſco. Long. ¾. lat. ½.

* 227.

Digitized by Google

* 227. *C. truncata* nigra, elytris truncatis, apice ferrugineis; pedibus antennisque rufis. Scop. E. C. 218.

Ouata, elytris nec punctatis, nec ſtriatis. Hab. ſub arborum cortice. Long. $\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

XXX. CRYPTOCEPHALVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* corneum, integrum. *Antennae* filiformes.

228. *C. longipes* niger, obſcurus, elytris pallidis, maculis tribus nigris, pedibus anticis elongatis. F. Sp. 137. 1.

☽ Scop. E. C. 288. *Bupreſt. 6-punctata.*
Laichart. Verz. 1. 166. 1. *Clytra longipes.*

♀ F. E. S. I. 2. 52. 1.

Antennae breues, ſerratae, articulis 8-dentatis, vltimo quaſi rotundo. Thorax violaceo-niger ſubpubeſcens. Elytra pallida punctis 3 nigris, vnico ad baſin, et binis in medio. Pedes thoraci atque abdomini concolores, antici ſemper elongati. Thorax marginatus, ſcutello thoraci annexo. Hab. in hortis frequens. Long. $4\frac{3}{4}$. lat. 2.

(*p. 90.*)

229. *C. 4-punctatus* niger, elytris rubris punctis duobus nigris, antennis breuibus ſerratis. F. Sp. 138. 3.

⊙ Schaeff. Elem. t. 83. f. 1.
☽ Schrank. E. I. 164.
♀ F. E. S. I. 2. 54. 6.

In ſingulo elytro puncta duo nigra, quorum prius magis rotundum ad baſin, poſterius, mains, transuerſum. Hab. in plantis ruri. Long. $4\frac{1}{2}$. lat. 2.

230.

230. *C. 2-punctatus* niger, nitidus, elytris rubris punctis duobus nigris, antennis longitudine corporis. F. Sp. 141. 19.

☉ Vdm., Petiv.

☽ Schaeff. Ic. t. 77. f. 8.

♀ F. E. S. I. 2. 59. 29. et
C. lineola. 59. 30. nil nisi varietas.

Variat rarius elytris macula vnica oblonga nigra elytris paullo breuiori, margine omni elytrorum nigro. Hab. in quercu. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

Fabr. errore typographico exhibet Schaeff. Ic. t. 8. f. 8. pro t. 86. f. 8. Auctor noster citat t. 77. f. 8. quae varietas ab Harrero vocata est *C. oblongo-guttatus*, a Fabricio *C. lineola*, a Laichartingio *C. limbatus*, nil tamen est, nisi mera varietas *C. 2-punctati*. Rarius elytrorum color totus ferme niger euadit, marginibus tantum obsolete ferrugineis. Hg.

(p. 91.)

231. *C. bimaculatus* niger, obscurus, thorace fuluo, elytris testaceis, punctis duobus nigris. F. Sp. 141. 20. Mant. 1. 80. 24.

☽ Schaeff. Ic. t. 264. f. 3. a. b.

♀ F. E. S. I. 2. 59. 31.

Caput nigrum. Os flauum. Antennae subpectinatae, nigrae, basi flauae. Elytra liuido-flaua punctis duobus obsoletis nigris. Abdomen obscure aeneum. Pedes flaui, exterius nigri, antici longissimi femoribus nonnihil incrassatis. Alae fuscescentes. Variat elytris vnipunctatis et immaculatis. Hab. Florentiae. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

232. *C. Scopolinus* niger, thorace rufo, elytris rufis, fasciis duabus cyaneis. F. Sp. 145. 44.

☽ *Bupr.*

♂ *Bupr. 1-fasciata.* Scop. E. C. 205.
♀ F. E. S. I. 2. 68. 79.

Antennae serratae articulis primis duobus subrufis. Color fasciarum caeruleus, quae nec marginem, nec suturam attingunt. Femorum apices et tibiae fuluae. Tarsi nigri, vel potius atro-caerulei. Hab. Salices et flores Dauci Carotae frequens. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

(p. 92.)

233. *C. cordiger* thorace variegato, elytris rubris, punctis duobus nigris. F. Sp. 141. 21.

⊙ Vdm.
♀ F. E. S. I. 2. 59. 32.
Geoffr. Inf. 1. 235. 7.

Hab. in salice rarus. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. $1\frac{2}{3}$.

Fabricius illum, quem Harrerus in edit. II. descriptionis Iconum Schaefferi *C. octopunctatum* vocat, dum citat Schaeff. t. 30. f. 1. quam figuram omnes ferme auctores apud hunc allegant, cum hoc confundit. In museis autem sub nomine *C. variegatus* Hübneri asseruatur. Differt vero et thoracis, et elytrorum notis, ab Harrero exhibitis, et statura angustiore. Hg.

234. *C. tridentatus* caerulescens, elytris testaceis. F. Sp. 139. 8.

♂ Schrank. E. I. 144. Petagna Sp. Cal. f. VIII. *Bupr. caerulescens.* Scop. E. C. 200. Schaeff. Ic. t. 36. f. 13.
♀ F. E. S. I. 2. 55. 14.

Variat colore aeneo-viridi. Pedes antici in altero sexu elongati. Hab. in siluis. Lectus in rubro frequens. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

In omnibus speciminibus meis punctum baseos elytrorum cyaneum, cuius mentionem Fabricius facit, con-

conſpicere nequeo. Dom. Schneiderus autem alium, huic ſimillimum, miſit ſub nomine *C. humeralis*, cui hoc punctum ineſt. Diſcrepat hic autem nullo modo colore, qui viridi-aeneus eſt, elytris totis pallidis, puncto tantum humerali illo cyaneo excepto; ſed thorace antice minus anguſtato, et eiusdem ferme latitudinis, atque pro longitudine elytrorum longiore, quam in *C. 3-dentato*, deinde capite multo latiore, mandibulisque duplo ferme maioribus; ſpecies itaque ſunt plane diſtinctae. Hg.

23. *C. Moraei* ater, elytris maculis duabus flauis marginalibus. F. Sp. 144. 37.

⊙ Vdm., Schaeff. Ic. t. 30. f. 5.

☽ Schaeff. Ic. t. 238. f. 2.

♀ Roſſi Mant. p. 33. n. 81. F. E. S. I. 2. 66. 67.

Variat elytris apice, et macula marginali rubris flauisue, maculae in maſculis flauae, in feminis rubrae. Thoracis margo anticus in femina plerumque immaculatus. In vtroque thoracis anguli poſtici albidi. Hab. in pratis apricis non frequens. Long. $1\frac{1}{2}$, 2. lat. $\frac{3}{4}$.

(*p. 93.*)

236. *C. auritus* ater, thorace vtrinque macula lutea, tibiis flauis. F. Sp. 139. 12.

☽ *B. lunata*. Scop. E. C. 204. Schrank. E. I. 172. Schaeff. Ic. t. 32. f. 11. 12.

♀ F. E. S. II. 57. 20.

Macula lutea, rotunda, ad thoracis latera. Elytra immaculata. Pedes rufi. Femora antica craſſiora. Hab. in ſalicetis. Long. $1\frac{3}{4}$. lat. 1.

Nec Scopolium, nec Schrankium quisquis iure citare poteſt. Scopolii deſcriptio nedum minimis conuenit, et Schrankii, excepto Linnaeano citato, nullam praebet notam conuenientem. Caeterum menſura, ab

ab auctore exhibita, nimis parva eſt. Equidem longitudinem lin. 3, latitudinem lin. $1\frac{3}{4}$ menſus ſum. Saepius hunc defectum obſervavi, et ſemper ferme ab alio auctore menſuram deſumtam ſenſi. H. l. Schrankii menſura exhibita eſt. — In noſtris regionibus alium, *C. aurito* ſimillimum inueni, cui nomen *C. affinis* indidi. Differt primum, quod duplo minor ſit, deinde colore elytrorum cyaneo, pedibusque totis, nec tibiis tarſisque ſolis, flauis. Longit. 2. lat. 1. lin. Hg.

237. *C. ſericeus* viridi-caeruleus, antennis nigris. F. Sp. 143. 32.

♂ Schaeff. Ic. t. 87. f. 5. Schrank. E. I. 174.

♀ F. E. S. I. 2. 63. 56.

Bupr. Syngeneſiae. Scop. E. C. 193.

Caput intra thoracem reconditum. Elytra punctata, punctis contiguis ſcabriuscula, pone dehiſcentia. Alae, pedes, antennae nigricantes. Hab. in ſalice. Long. 3. lat. $1\frac{1}{2}$.

Variat ſtatura duplo minore, colore cyaneo, cupreo, et obſcure viridi. Foueolas thoracis nunc adeſſe, nunc videri non poſſe, obſeruaui. Citatum e Scopolio certo huc referendum eſt, cum omnes notae *C. ſericeo F. et L.* congruant. Maximam autem Harrerus in Deſcr. Ic. Schaeff. confuſionem induxit. Eius enim *Cr. Hypochaeridis*, nil niſi verus *C. ſericea L.* eſt; et eiusdem *C. ſericeus*, mera varietas *C. ſericeae* L. videtur. Hg.

(p. 94.)

238. *C. nitens* viridis, nitens, ore, pedibusque teſtaceis. F. Sp. 144. 33.

♀ F. E. S. I. 2. 64. 57.

Colore variat nunc viridi, nunc caeruleo. Pedes in noſtris ſpeciminibus elytris concolores. Os

tamen fuluum. Forte *Chr. Hypochaeridis.* Linn. ſyſt. 589. 21. Bupr. Synegeneſiae. Scop. E. C. 193? Hab. in plantis frequens. Long. 1¾. lat. 1.

Quid huic auctoris coniecturae reſpondeam, vide in annotatis ad praecedentem. Hg.

239. *C. marginatus* nigro-aeneus, elytris flauis, margine nigro. F. Sp. 140. 17.

♂ Schaeff. Ic. t. 87. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 58. 27.

Corpus totum nigro-aeneum. Elytra flaua margine omni nigro. Fabricius dubitat, hunc eſſe varietatem *C. longimani;* mihi omnino diſtinctus. Statura et habitus *C. nitentis.* Corpus totum atro-aeneum, nitens. Antennae longiusculae. Elytra flaua, laeuiter punctato-ſtriata, ſutura et margine nigro. Feminam *C. flauilabris.* F. Mant. 84. 67. cum hoc ſemper reperi, et copula iunctam aſſeruo. Hab. apud nos frequens. Long. 2. lat. 1.

Celeberrimus Fabricius, vt aliis mecum videtur, Cryptocephalos ſuos, ſi non genere, tamen certe familia, bene ſeparaſſet in illos, quibus *antennae* ſunt *ſerratae* (*Clytras* Laich. *Melolonthas.* Geoffr.) et in illos *antennis non ſerratis* (*Cryptocephalos.* Laich. Geoffr.) Semper enim dubii de *C. marginato* reſtaremus, cum Fabricius, a *C. longimano,* qui Clytrae generi annumerari debet, haud multum differre contendat, niſi in Ent. ſyſt. ſua *C. phaleratam* Act. Hall. citaſſet, vbi Cryptocephalus noſter bene deſcriptus eſt. Huius varietatem in copula cum C. marginato a me quoque captam poſſideo ipſe, omnibus notis *C. flauilabri* ſimillimam, attamen colore obſcuriore, elytrorum apicis macula obſoleta lutea, praecipue autem elytris perfundius ſulcatis diſtinctum a vero *C. flauilabri* F.

cui

cui color laete caeruleus eſt, quem autem numquam in eodem loco cepi. Veroſimile itaque videtur, auctorem illam *C. marginati* varietatem vel noſtra experientia marem, pro vero *C. flauilabri* habuiſſe. Hg.

(*p. 95.*)

240. *C. flauilabris* obſcuro-aeneus, nitidus, ore luteſcente, antennis pedibusque nigris. F. Mant. 84. 67.

♂ Chryſomela nigro-caerulea. Goetze E. B. 1. 320. 25.
Schaeff. Ic. t. 65. f. 5.
♀ F. E. S. I. 2. 65. 63.

Caeruleo-violaceus. Os flaueſcens. Antennae longiuſculae, baſi luteſcente. Elytra ſtriato-punctata. Hab. cum praecedenti. Long. 2. vix. lat. 1.

Vid. annot. ad antecedentem. Hg.

241. *C. cyaneus*, cyaneus, thorace, pedibusque rufis. F. Sp. 143. 30.

♂ Schaeff. Ic. t. 51. f. 5.
♀ F. E. S. I. 2. 63. 52.

Hab. in ſiluis rarior. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Haec data menſura, e Geoffroyo deſumta, nimis parua eſt. Longus enim eſt 3 vel $2\frac{3}{4}$, latus autem $1\frac{1}{3}$. Caeterum Geoffroyi deſcriptio congruit. Hg.

242. *C. ſexpunctatus* niger, thorace variegato, elytris rubris, maculis tribus nigris. F. Sp. 142. 27.

☉ Scop., Sulzer. Schaeff. Ic. t. 30. f. 1-2.
♂ Schaeff. Ic. t. 30. f. 2. 3.
Bupr. 5-punctata. Scop. Carn. 207.
Schrank. E. I. 167.
Geoffr. Inſ. 1. 235. 7.
♀ F. E. S. I. 2. 62. 44.

Notae ſpecificae in hac ſpecie admodum inconſtantes. Character ſpecificus conſiſtit plerumque in geniculis puncto albo notatis. Hab. in Alno. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{2}{3}$.

Character ab auctore datus etiam *C. octopunctato* Harreri conuenit. Caeterum citatum e Scopolio Fabricianum n. 208. ad *C. longipedem* pertinet. Auctor *B. 5-punctatam* Scop. n. 207. allegat, quam Harrer. deſcr. Ic. Schaeff. 4to p. 133. n. 149. ſub nomine *C. 5-punctati* habet, deſcriptione accuratiſſima coniuncta. Nil autem, quam mera *C. 6-punctati* F. varietas eſt, quae tantum maculis duabus, futurae approximatis, confluentibus a ſolito differt. Statura, characteres caeteri, imo habitatio eadem. In ſpeciminibus meis nonnullis macula poſtica elytrorum nigra in faſciam mutata eſt, adnotante etiam Fabricio Mant. 81. 34. Scopolius ſpecimen haud multum a ſolito *C. 6-punctato* diſcrepans habuiſſe videtur, cum vnum tantum punctum commune obſeruaſſet. — Citatum auctoris e Geoffroyo nullo modo tolerari poteſt. Eſt autem *C. cordiger.* vide ſupra n. 233. Hg.

(p. 96.)

243. *C. flauipes* ater, nitidus, capite, pedibusque luteis. F. Sp. 146. 50.

♀ F. E. S. I. 2. 65. 64. Schaeff Ic. t. 102. f. 5. *C. parentheſis.* Schrank. in Fuesly N. Ent. Mag. p. 153. 170. antea *C. marginata.* E. I. 170.

Hab. in ſalice. Long. 2. lat. 1.

Interdum femora poſtica nigreſcunt. Hg.

244. *C. labiatus* ater, nitidus, ore, pedibus, baſique antennarum luteſcentibus. F. Sp. 146. 49.

♀ F. E. S. I. 2. 65. 62.

Elytra ſtriato-punctata. Hab. in hortis. Long. $\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

* 245.

* 245. *C. 8-maculatus* teſtaceus, thorace duobus, elytris punctis quatuor nigris.

Statura et habitus *C. ſericei.* Totus tam inferne, quam ſuperne teſtaceus. Caput intra thoracem reconditum. Oculi nigri lunati. Antennae longae articulis tribus vltimis nigris. Thorax pulvinatus, ad latera puncto vnico minutiſſimo nigro. In ſingulo elytro puncta quatuor parua inſtar quadrati transuerſim poſita. Pedes rufi. Alae fuſcae. Hab. in populo rarus. Long. 2¼. lat. 1¼.

* 246. *C. trimaculatus* niger, thorace atro immaculato, elytris rubris, punctis tribus nigris, antennis longis.

An idem, quem Cl. Petagna placuit referre ad *C. 6-punctatam?*

Statura *C. bipunctati.* Antennae longae, nigrae, baſi rufae. Caput et thorax atra nitida, immaculata. Elytra rubra puncto vnico ad baſin, et duobus in medio nigris. Subtus totus niger. Differt a *C. bipunctato* ſitu punctorum diuerſo, et defectu marginis nigri elytrorum. Tab. IV. f. 12. Hab. in pratis ſiluaticis. Long. 2¼. lat. 1⅓.

(p. 97.)

247. *C. bipuſtulatus* ater, elytris macula apicis rufa. F. Sp. 145. 4.

♂ Bupr. biguttata. Scop. E. C. 201.
C. ferrugata. Schrank. E. I. 169.
C. Podae. Laich. Verz. 1. 179. 7.
Schaeff. Ic. t. 30. f. 4. 5. t. 77. f. 7.
♀ F. E. S. I. 2. 67. 74.

Mea ſpecimina variant interdum thorace in medio flauo-lineato, macula apicis elytrorum flaua,

et caput versus tricuspidata. Antennae thorace duplo longiores. An *C. flauo-guttatus* Schrankii et Schaefferi?

β. Varietatem etiam possideo, paullo maiorem, cui color est atro-violaceus, nitidissimus, os luteum, antennae longae basi flauescentes; thorax ad latera flauo-marginatus, vti etiam elytra, tamen vsque ad dimidium, apicibus flauo-maculatis. Pedes etiam flaui femoribus nigris; antici toti flaui. Cum praecedenti coniunximus, mihi enim merae varietates.

Hab. in Chrysanthemo coronario. Long. 1½. lat. ½.

Iterum mensura nimis parua. Verus enim *C. 2-pustulatus* staturam et magnitudinem *C. vitis* habet, sed illa longitudo, quam illi tribuit auctor, conuenit potius cum *C. Hübneri* F. vel *C. biguttata* Schalleri in Act. Hallenf. p. I. qui autem triplo, imo quadruplo minor est. Secundum Harrerum fig. Schaeff. Ic. 7. tab. 77. nouam constituit speciem, cui nomen *C. Schaefferi* dedit, et comparata descriptione, valde differt. Idem celebb. vir suspicatur, t. 30. f. 5. supra dictum *C. Hübneri* repraesentatum esse, de quo ob male expressam iconem iudicare nequeo. — Varietates, ab auctore enumeratas taceo, cum specimina satis multa mihi desint. Hg.

* 248. *C. sexpustulatus* ater nitens, elytris fuscis, maculisque tribus flauis.

An *C. 8-guttatus*. F. Mant. 82. 50?

Statura *C. Moraei*. Caput ore, punctoque in fronte flauis. Antennae longae nigrae, basi flauescentes. Thorax ater nitidus, laeuis, antice et ad latera flauo-marginatus. Elytra punctato-striata, atra,

atra, ſingulo macula baſeos arcuata flaua. Maculae duae, ſubrotundae flauae in medio, aliaque ſimillima ad apicem. Pedes nigri, tibiis femoribusque anticis flauis. Variat capite thoraceque totis nigris. Tab. II. f. 7. Hab. in Fraxino et Alno non rarus. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

(*p. 98.*)

249. *C. Hiſtrio* niger, thorace elytrisque ferrugineo-variegatis, pedibus ferrugineis, geniculis nigris. F. Sp. 145. 43.

♀ F. E. S. I. 2. 68. 78.

Paruus. Caput nigrum linea ante oculos flaua. Thorax antice tantum et lateribus flauo-marginatus, lineolis tribus abbreviatis ferrugineis. Elytra punctato-ſtriata, baſi flauo-marginata, punctis fere in ſingulo vndecim oblongis flauis adſperſa, quibusdam connexis, apiceque flauo-maculato, macula lineari ramoſa. Pedes flaui femoribus maxima parte nigris, poſticisque ad apicem exterius albopunctatis. Hab. in pratis ſiluaticis. Long. $\frac{1}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

250. *C. 10-punctatus* capite, thoraceque variegatis, coleoptris flauis, punctis decem nigris. F. Sp. 145. 39.

♂ Schaeff. Ic. t. 114. f. 6. a. b?

♀ F. E. S. I. 2. 66. 71. Herbſt. Arch. t. 45. f. 4.

Paruus, ſtatura praecedentis. Deſcriptio Fabricii Syſt. Ent. 111. 27. affabre facta. Elytrorum color in hoc magis flauus, fere fuluus, et puncta nigra maiora 2. 2. 1. interdum connata. Hab. in Salice, Alno, Populo non frequens. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Schaefferi figura, ab auctore citata, aperte ad *C. hieroglyphicum* F. referenda eſt. Fabricius in Ent. ſyſt.

l. c. male citat *C. hieroglyphicum* Herbſt. Arch. t. 23. f. 26. quae figura quidem mala, attamen, deſcriptione quoque comparata, *C. 10-punctato* nullo modo conueniens eſt. Caeterum magna confuſio inter hos ambos Cryptocephalos eſt. Laichartingii *C. hieroglyphicus* ſtatura quidem valde affinis C. 10-punctato, ſed tamen differt: punctis, ſtriarum elytrorum impreſſis, magis promiſcuis, et profundioribus, quae autem in *C. 10-punctato* ſtrias plane diſtinctas conſtituunt. Color et ſignatura ſemper abhorret, nec inter millia vnius alteriusue harum ſpecierum ſpecimina vnicum vidi, quod transgreſſum inter ambos pararet. Id autem certum me fecit, diuerſas eſſe ſpecies, quod in valde diſtantibus locis vnam illarum ſpeciem ſolam, nec alteri immiſtam, reprehenderim, et quidem copia abundante. *C. 10-punctatus* variat maculis maioribus, ſemper autem rotundis, interdum etiam colore toto nigro, macula excepta frontali emarginata, thoracisque lineis tribus longitudinalibus luteis, quae varietas ſpeciei, nec ſexus, (cum nunc mares, nunc feminas eiusdem coloris vidiſſem,) videtur Laichartingii *C. frenatus*. Verz. 183. 10. In Fabricii ſpecieb. pro Linn. 597. 79. lege 599. 93. Eodem loco errore alio calami diagnoſis Faunae Suecicae, nec ſyſtematis ipſius exhibita eſt, quod vitium auctor noſter, numeris ſatis bene mutatis, iterum exhibuit, adiecto rurſus alio errore Fn. Su. 561. pro 560. Hg.

(*p. 99.*)

251. *C. coryli* niger, thorace, elytrisque teſtaceis immaculatis. F. Sp. 142. 24.

♂ Schrank. E. I. 168. Schaeff. Ic. t. 187. f. 4.

♀ F. E. S. I. 260. 38.

Supra rufus, ſubtus niger. Caput nigrum puncto flauo ante oculos. Scutellum nigrum. Hab. in Corylo rarus. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$. 252.

252. *C. vitis* niger, glaber, elytris rufis. F. Sp. 142. 23.

♀ F. E. S. I. 2. 60. 36.

Caput nigrum. Antennae nigrae, longae, filiformes. Thorax niger, nitidus, gibbus. Elytra rufa, ſubpiloſa. Subtus totus niger, pedibus longiuſculis. A *C. coryli* ſat diſtinctus. Hab. in Vite viniſera. Long. 2. lat. 1.

Variat interdum elytrorum punctis quatuor nigris, vno minore humerali, altero maiore pone medium, vt in *C. bipunctato*. Hg.

253. *C. 4-puſtulatus* niger, elytris rufo-bimaculatis. F. Sp. 145. 42.

♀ F. E. S. I. 2. 68. 76. Schaeff. Ic. t. 30. f. 6.

Antennae nigrae, articulis primis et apice rufae. Caput ferrugineum. Thorax niger punctis duobus impreſſis. Elytra nigra, vix ſubſtriata, macula ad baſin maiore rufa, alia ante apicem minore rufa. Abdomen et pedes ferruginei. Hab. ſub cortice rarus. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

(p. 100.)

* 254. *C. piloſus* totus obſcure aeneus, elytris poſtice punctis villoſis albidis.

Totus vnicolor. Thorax et elytra punctulata faſciculis pilorum alborum, poſtice praſertim, aſperſa. Hab. ſub ulmi cortice frequens. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

255. *C. puſillus* thorace fuluo, elytris teſtaceis nigro-maculatis. F. Sp. 146. 48.

♀ F. E. S. I. 2. 169. 86.

Chryſomela minuta. Herbſt. Arch. III. 57. 31. t. 23. f. 19.

Thorax plerumque antice niger. Elytra ſtriata, pallide flaua, ſingulo lineola media nigra longitudinali, quae non ſemper apicem attingit. Abdomen nigrum. Pedes teſtacei. Hab. in graminoſis frequens. Long. $\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Cryptocephalus hicce, vt eiusmodi ſpecies ſolent, mire variat, vt illi, qui haud ipſe magna copia collegit ſpecimina, ſpecies diſtinctae videantur, quae tamen varietates ſunt. Harum quas poſſideo, enumerare liceat. α) elytris vnicoloribus griſeo-teſtaceis (*C. minutus*. F. E. S. I. 2. 70. 87. An *Le gribouri fauve*. Geoffr. I. 237. 12?) β) puncto humerali paruo, γ) puncto humerali et faſcia verſus apicem nigricante obſoleta, quae δ) faſcia lata fit, et diſtinctior, (*C. puſillus* F. et auctoris), ε) dimidium pone occupat elytrum, apice ſolo excepto, imo ζ) totum ferme tegit, baſi exemta, vbi color teſtaceus in nigricantem vergit, puncto humerali dilatato; margo tamen ſemper teſtaceus reſtat. η) Elytra fuſco-nigra ſunt, margine exteriore toto apiceque teſtaceis, ϑ) tandem tota nigra euadunt, margine exteriore baſi tantum flauicanti albo: (*le gribouri noir à corcelet rouge* Geoffr. I. 236. 11. *C. gracilis*. F. E. S. I. 2. 70. 88.)

In haec itaque verba in ſyſtemate diſtingui poſſe videtur: *C. antennis flauis, verſus apicem nigris, capite thoraceque fuluis nitidis, pectore abdomineque nigris, pedibus pallidis.*

Caeterum de citato Herbſtii nullus dubitabit, miratus, quomodo Vir celeberrimus Cryptocephalum verum Chryſomelarum genere exhibuiſſet, ſi deſcriptionem affabre factam, iconemque bonam adiectam comparauerit. Hg.

XXXI.

Digitized by Google

XXXI. CISTELA.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennae* filiformes.

256. *C. Gigas* villosa fusca, elytris abdomine, femoribusque testaceis. F. Mant. 84. 1.

♂ Oliuier. n. 31. pl. 1. f. 1. b.
♀ Rossi Mant. 34. 83.
Cebrio Gigas. F. E. S. I. 2. 41. 1.
Panz. F. I. G. V. 10.

Insectum forte noui generis, *Elateri* proximum. Ann. 1787. a me transmissum ad *Scopolium*; hic non dubitauit asserere *E. flauipedem* esse Fabricii.

Caput exsertum nigrum, oculis magnis atris prominulis. Mandibulae porrectae simplices. Antennae nigrae, filiformes, serratae, subpilosae, elytro paullo breuiores, articulo vltimo breuissimo acuto. Palpi quatuor (mihi) filiformes, inaequales, longiusculae. Thorax niger, subpunctatus, tomento rufescente pubescens. Elytra submarginata, mollia, saturate testacea, vix striata. Femora testacea, posticaque trochantere femorali quodammodo instructa. Tibiae breues, compressae, spinosae. Tarsi quinque longi fusci. Abdomen pallide rufum pilosum. Anus acuminatus. Alae albae basi flaua nigricante. Variat elytris rufis et fuscis. Etsi habeat thoracem subtus mucrone donatum, et ad latera acuminatum, lapsus tamen nullus: volat volatu breui impetuoso etiam noctu.

Cum pridem Kal. Septembr. ruri essem loco prouinciae Pisanae vulgo dicto *Fauglia*, contigit mihi coenanti sub mediam noctem, vt plures per fene-

feneſtras ingreſſi coenaculum, impetu quodam ac ſuſurro in candelas ardentes irruerent, mihique et conuiuae moleſtiam non mediocrem afferrent. Notatu dignum id eueniſſe poſt ingentem pluuiam primum in illa aeſtate e coelo delapſam. Poſtridie viſi non pauci in campis et viis ad ſepes volitantes, et identidem impetu quodam coeco me vrgentes. Iam captum alias in plantis ſiluae Piſanae m. Septembr. Tab. VII. f. 9. Long. 7. lat. $2\frac{1}{4}$.

(*p.* 101.)

257. *C. ceramboïdes* atra, elytris ſtriatis, teſtaceis. F. Sp. 147. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 42. 4.

Subtomentoſa. Antennae nigrae, ſerratae. Thorax marginatus, antice anguſtatus, poſtice transuerſus ad latera angulatus, niger. Elytra teſtacea, mollia, ſtriata. Variat thorace interdum teſtaceo. Hab. in ſiluis. Long. 5. lat. 2.

(*p.* 102.)

258. *C. ceruina* liuida, pedibus fuſcis. F. Sp. 146. 1.

♂ Geoffr. Inſ. 1. 355. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 42. 1.

Baſis antennarum, et tibiae ferrugineae. Elytra parum marginata. Habit. cum praecedente frequens. Long. 4. lat. $1\frac{2}{3}$.

De citato Geoffroyano dubius adhuc haereo. Antennae dimidium corpus haud ſuperant, totaeque ferrugineae, nec baſi flauae ſunt. Strias elytrorum etſi leuiſſimas aſpicere nequeo. Adiecta auctoris verba, hocque citatum coniunctum, dubitantem me reddunt, an veram Ciſtelam habuerit. Hg.

259.

Digitized by Google

259. *C. teſtacea* nigra, thorace, elytris, abdomineque teſtaceis. F. Sp. 147. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 43. 6.

Antennae nigrae, articulis conicis. Caput, pectus, pedesque nigra. Hab. in plantis. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

260. *C. murina* nigra, elytris pedibusque teſtaceis. F. Sp. 147. 9.

♀ F. E. S. I. 2. 44. 16.

Habit. in plantis variis. Long. 3. lat. $1\frac{1}{3}$.

261. *C. pallida* capite elytrorumque apicibus fuſcis. F. Sp. 148. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 46. 26.

Antennae tenues. Caput deflexum. Oculi nigri. Thorax antice anguſtatus, poſtice dilatatus, emarginatus. Elytra laeuia. Pedes pallidi. Hab. in plantis. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 1.

262. *C. ſulphurea* flaua, elytris ſulphureis. F. Sp. 147. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 43. 8.

Tenebrio flauus. Scop. E. C. 260.

Antennae apice fuſcae, articulis elongatis. Alae nigrae. Deſcriptio Geoffroyana 1. 351. 11. accuratiſſima. Hab. in floribus vmbellatarum rara. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{4}$.

263. *C. lepturoïdes* atra, thorace quadrato, elytris ſtriatis teſtaceis. F. Mant. 85. 6.

♂ Cantharis fraxinea. Scop. E. C. 134.

♀ F. E. S. I. 2. 43. 5. Panz. F. I. G. V. 11.

Antennae nigrae, mediocres. Palpi quadriarticulati. Caput et thorax nigra: hic vero transuerſus, ſubquadratus, margine laterali prominulo. Elytra ſubſtriata. Hab. in hortis frequens. Long. 6. lat. 2'.

XXXII. CRIOCERIS.

Palpi filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, integrum. *Antennae* filiformes.

Fabricius in noua ſyſtematis ſui editione Crioceridum genus bene ſeparauit, et antea immiſtas, v. c. *C. Calmarienſem, ſanguineam* etc. ad veſtigium Geoffroyi nouum genus Galerucarum conſtituere iuſſit, cui optime *Chryſ. ruſticam, Tanaceti, Alni* annumerauit. Sed dubio Entomologorum ſubiectum manet, an Vir celeberrimus genus Alticarum et oblongas quasdam Chryſomelas e. g. *vulgatiſſimam* etc. huic generi rite annumerauerit. Hg.

264. *C. Calmarienſis* ouata, cinerea: elytra vitta, lineolaque baſeos nigra. F. Sp. 150. 6.

☽ *C. xanthomelaena.* Schrank. E. I. 145. cum optima deſcriptione.

♀ *Galeruca Calmarienſis.* F. E. S. I. 2. 23. 46.

Hab. in Vlmo, Salice, Alno frequens. In agro Senenſi aeſtate 1788 copioſiſſima. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

In ſpeciminibus meis thorax lineola tantum vnica longitudinali notatus eſt, nec elytrorum baſeos lineolam aſpicere poſſum. — Variat interdum tota griſea, absque vitta, antennisque totis ferme rufis, apice excepto, quae in ſolitis nigrae ſunt, baſi ſola rufa. Hg.

(*p. 104.*)

265. *C. Merdigera* rubra, thorace cylindrico vtrimque impreſſo. F. Sp. 152. 19.

⊙ Sulz. Hiſt., Reaum. Merian.

☽ Schrank. E. I. 182.

♀ F. E. S. I. 2. 6. 19.

Hab. in Lilio. Long. 4. lat. $2\frac{1}{4}$.

C. rufipes, vel *C. conuallariae* Harrer. ſemper diuerſa ab illa, quam in Liliis reperimus, pedibus capiteque rubris.

rubris. Color ſemper idem, et habitatio numquam mutata, diuerſas ſpecies eſſe, mihi perſuadent, quamquam alias, quam coloris, notas detegere non poſſim. Hg.

266. *C. 12-punctata* thorace cylindrico, rubra, elytris punctis ſex nigris. F. Sp. 153. 20.

⊙ Friſch.

☽ Schrank. E. I. 183.

♀ F. E. S. I. 2. 2. 20.

Hab. in Aſparago frequens. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{6}$.

(*p. 105.*)

267. *C. ſanguinea* ouata, rufa, antennis oculisque nigris. F. Sp. 151. 9.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 253. 2. Schaeff. Ic. t. 216. f. 4. a. b.

♀ Galeruca ſanguinea. F. E. S. I. 2. 23. 49.

Noſtra ſpecimina conueniunt cum deſcriptione Geoffr. l. c. Statura omnino *C. capreae*, ſubtus tota nigra, ſupra rufa, punctulata. Antennae nigrae primis articulis rufis. Oculi nigri. Femora tibiaeque ſubcompreſſa. Variare videtur magnitudine minore, elytris interdum nigro bilineatis, pedibus rufis: forte ſpecies diſtincta? — Hab. ruri, ſaepe inuenta etiam in horti pariete. Long. 2. lat. $1\frac{1}{3}$.

Varietates plures eiusmodi huius generis inſectorum obſeruare licet, nec colores ſoli, praecipue tam incerti, characteres differentiae ſpeciei ſuppeditant. C. ſanguinea et apud nos diuerſimode variat. Hg.

268. *C. tenella* ferruginea, thorace, elytrorumque margine flauis. F. Sp. 151. 10.

♀ Galeruca tenella. F. E. S. I. 2. 23. 50.

Statura *C. Calmarienſis*, ſed dimidio minor. Antennae flaueſcentes. Pedes flaui. Abdomen fuſcum. Habit. in ſilueſtribus. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

269.

269. *C. cyanella* caerulea, thorace cylindrico lateribus gibbis. F. Sp. 154. 30.

♀ F. E. S. I. 2. 9. 35.

Tota caerulea nitida. Antennae ſolae nigrae. Hab. in plantis. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

(*p. 106.*)

270. *C. melanopa* oblonga, caerulea, thorace pedibusque rufis. F. Sp. 155. 31.

♂ Reaum. Inſ. t. 3. t. 17. f. 15. Geoffr. Inſ. 1. 242. 4.

♀ F. E. S. I. 2.

Oblonga, caerulea, nitidiſſima. Differt a praecedente thorace ferrugineo. Elytra ſtriata. Femora ferruginea. Plantae nigrae. Hab. in Quercu. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 1.

271. *C. flauipes* oblonga, nigra, thorace pedibusque flauis. F. Sp. 155. 32.

♀ F. E. S. I. 2. 10. 37.

Praecedenti ſimillima et elytra nigra. Thorax anguſtus, marginatus, (in hac flauus, in illa fuluus.) Elytra non ſtriatae. Antennae, quae in *C. melanopa* nigrae ſunt, in hac ſubferrugineae. Hab. in Amygdalo Perſica. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Similitudo huius et prioris, colore excepto, mihi certe tam exigua eſt, vt *C. flauipedem* ad genus *Galerucae* referre mallem. Caeterum *C. rufipes* F. E. S. I. 2. 10. 39. nil, niſi varietas ſexus, et quidem femina, eſt, thorace nigro. Hg.

272. *C. Phellandrii* oblonga, nigra, thorace, elytrisque lineis duabus flauis. F. Sp. 156. 36.

♀ F. E. S. I. 2. 11. 43.

Oblonga. Antennae apice craſſiores, nigrae, thoracis margine laterali flauo, tibiis femoribusque parte

parte interiore flauis. Apex elytrorum flauus. Hab. Phellandrii caules. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

De genere valde dubito. Cum Geoffroyo optime inter *Chryſomelas* reponi poteſt. Hg.

(*p. 107.*)

273. *C. campeſtris* oblonga, nigro-caeruleſcens, thorace limbo nigro, elytris punctis tribus poſticis margine flauo connatis. F. Mant. 90. 47.

⊙ Vallisn.

☽ Schaeff. Ic. t. 52. f. 9. 10.

♀ F. E. S. I. 2. 11. 44.

Habitus et magnitudo fere *C. melanopae.* Caput nigro-aeneum, punctulatum. Antennae nigrae, porrectae, craſſiuſculae. Thorax nigro-aeneus margine antico et poſtico ruſo, anguſtior, et magis cylindricus, quam in *C. Phellandrii;* *) cui primo intuitu ſimilis. Elytra nigro-aenea, punctato-ſtriata, limbo externo, et apice rufis. In ſingulo linea media longitudinalis flaua, apicem non attingens; quae in nonnullis interdum punctis nigris interrupta occurrit. Pedes pallidi nigro-aenei, varii. Margo elytrorum in cadauere flauus euadit. Admodum variare videtur. Hab. in Aſparago ſilueſtri. Long. $2\frac{1}{4}$ lat. $\frac{3}{4}$.

An varietas tantum *C. Aſparagi?* Haec ſane valde variat. In icone Schaefferi citata nil niſi *C. Aſparagi* cognoſcere poſſum, quod etiam de Panz. F. I. G. III. 12. dicere libet. *C. campeſtris* certo nobis nondum nota eſt, praecipue, cum in *Barbaria* habitet. Hg.

XXXIII.

*) Notae collatitiae cum aliis ſpeciebus eiusdem generis, cognitionem inſectorum facilius eruere, ac ſiſtere videntur, cum iconum defectui quodammodo ſuppetant. *Adnot. auct. ipſ.*

(p. 108.)

XXXV. LAGRIA.

Palpi quatuor, anteriores ſecuriformes, poſteriores extrorſum craſſiores. *Labium* membranaceum, integrum. *Antennae* filiformes.

274. *L. hirta* villoſa, nigra, thorace tereti, elytris teſtaceis. F. Sp. 160. 11.

⊙ Scop. E. C. 137.

♀ F. E. S. I. 2. 79. 4.

Antennae nigrae, paullo thorace longiores. Subtus tota nigra. Thorax cylindricus, teres, niger, emarginatus. Elytra pubeſcentia pallide teſtacea. Alae hyalinae. Hab. in floribus frequens. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

L. pubeſcens F. an ſexus tantum varietas? Differt thorace anguſtiore, corpore longiore, elytrisque magis linearibus, quae in *L. hirta* ab ortu ſenſim latiores deſcendunt. Habitat cum *L. hirta*. Hg.

275. *L. caerulea* ſubuilloſa, cyanea, antennis nigris. F. Mant. 94. 22.

Anobium cyaneum. F. Sp. 72. 7.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 177. 14.

♀ F. E. S. I. 2. 81. 14.

Antennae breues. Thorax marginatus, teres. Elytra ſubpunctata. Colore variat. Hab. in floribus. Long. 3. lat. 1.

* 276. *L? biſaſciata* atra, elytris faſciis duabus flauis, duabusque nigris alternis.

Caput, corpus, thorax atra, laeuia, immaculata. Elytra faſciis duabus flauis, atrisque alternis, e quibus flaua baſeos, atra apicis. Pedes flaui. Hab. in plantis non frequens. Long. $1\frac{1}{4}$ lat. $\frac{1}{3}$.

277.

Digitized by Google

277. *L. nigra* pilosa, nigra, elytris molliusculis. F. Sp. App. 498. 13-14.

☽ Petagna. Sp. Inf. Cal. fig. IX.

♀ F. E. S. I. 2. 80. 11.

Nigra, pilis vbique pubescens. Antennae elytro breuiores, subdentatae, articulo vltimo ouato. Habit. in floribus. Long. 2¼. lat. ½.

278. *L. antherina* nigra, elytris fasciis duabus ferrugineis. F. Sp. 160. 14.

♀ *Notoxus antherinus*. F. E. S. I. 2. 212. 9.

Hab. in floribus.

279. *L. floralis* nigra, thorace ferrugineo. F. Sp. 161. 15.

♀ *Notoxus floralis*. F. E. S. I. 2. 212. 10.

Priori simillima. Statura eadem. Elytra fusca, maculis duabus ouatis transuersis pallidis. Hab. in floribus primo vere frequens.

XL. CVRCVLIO.

Palpi quatuor filiformes. *Maxilla* cylindrica, vnidentata. *Labium* integrum. *Antennae* insidentes rostro corneo.

(p. 110.)

* *Longirostres femoribus simplicibus.*

280. *C. Colon* longirostris, griseus, elytris puncto albo. F. Sp. 164. 16.

⊙ Schaeff. Ic. t. 155. f. 2.

☽ *C. palustris*. Scop. E. C. 104. Schrank. E. I. 208. Schaeff. Ic. t. 62. f. 10. t. 160. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 401. 29.

Rostrum thorace longius, apice dilatatum. Thorax elytris obscurior linea laterali albida. Elytra striata,

ta, puncto albo in medio notata. Hab. in pratis paludosis. Long. a basi rostri ad anum $4\frac{1}{4}$. lat. 2.

In speciminibus meis elytrorum duo puncta media, transuersim oblique posita obseruo, quorum alterum futurae propius manifestum, alterum autem obscurum, cohaerere videtur cum illo. — Schneiderus Schaeff. Ic. t. 160. f. 6. ad alium referre mauult Curculionem, quamuis Harrerus apud hunc alleget, qui t. 155. f. 2. ad *bilineatum* Laich. pertinere contendit. Hg.

281. *C. bilineatus?* longirostris, fuscus, elytris lineis duabus punctorum alborum. F. Sp. 164. 18.

♀ *C. costatus*. Rossi Mant. 41. 102.

Rostrum breuius, crassiusculum. Thorax niger lineis quatuor albis, duabus in medio, et binis marginalibus. Elytra striata, punctata, nigra, lineis duabus e maculis quadratis albis, quarum altera ad marginem, altera ad futuram. Abdomen subtus cinereum nigro-punctulatum. Pedes simplices cinereo-fusci. Hab. in pratis. Long. 5. lat. $1\frac{3}{4}$.

Hic Curculio iterum documento est, quam timide auctor ante se dicta legat, cum h. l. Curculionem breuirostrem in familiam longirostrum transtulit, quia paullulum cum aliquo conuenit iam descripto. In Mantissa sua *C. costatum F.* vocat, sed mihi distincta species. Ipse iam antea possedi, et postea a D. de Paykull, cui a D. Rossio missus erat, accepi. Statura quasi intermedia inter *costatum* et *obliquum F.* est. Thorax haud carinatus, vt in *costato*, sed aequalis; interdum in medio linea longitudinali impressa. Elytra in *costato* in medio gibba vel conuexa obseruantur, et eiusdem, vt thoracis lineae, coloris luteo-cinerei; in hoc autem planiuscula, minime conuexa, cinerea disco solo nigro maculis sparsis cinereis. *C. alternantem* vocaui. Hg.

282.

Digitized by Google

282. *C. bimaculatus* longiroſtris, fuſcus, elytris puncto cinereo, roſtro, pedibusque atris. F. Mant. 98. 21.

♀ F. E. S. I. 2. 401. 30.

Deſcribit Fabricius l. c. Color fuſcus vergit in teſtaceum. Hab. in ſilueſtribus frequens. Long. 4½. lat. 1.

An idem cum *C. ſemicolo* Herbſt. Arch. IV. 69. 4? Cui coniecturae id autem repugnat, quod Herbſtius l. c. varietatem putat *C. coli*, a quo tamen praecipue thorace ſubgloboſo, nec conico, differt. Variat magnitudine. Hg.

(p. 111.)

* 283. *C. puluerulentus* longiroſtris, thorace punctis prominulis, elytris transuerſim rugoſis. Scop. Ent. Carn. 75.

♀ *C. anguſtatus*. F. E. S. I. 2. 418. 106.

Cylindricus. Cum flores continuo frequentet, vbique polline antherarum aſperſus apparet plerumque colore flauo-viridi. Roſtrum teres. Antennae ſubruſae. Femora mutica. Hab. in plantis variis frequens. Long. 5. lat. 2.

Diagnoſis in Fabricii ſyſtemate data, nimis laxa eſt, et pluribus conuenit Curculionibus. Schaeff. Ic. t. 79. f. 1. qui Curculio ſecundum Harrerum elytra ſtriato-punctata, nec rugoſa, gerit, h. l. citare nequeo. Mirum eſt, quod Scopolius l. c. nullam ſtaturae cylindricae mentionem fecit. Hg.

* 284. *C. Cardui* longiroſtris niger, polline flauo adſperſus, elytris punctato-ſtriatis, femoribus muticis.

An *C. triangularis*. Petagna Sp. I. C. 71?

♀ *C. Cynarae*. F. E. S. I. 2. 401. 28.

C. latus. Herbſt. Arch. IV. 71. 21. t. 24. f. 9.

Statura *C. colon*, ſed triplo fere maior. Corpus totum polline flauo irroratum, vti in *C. puluerulento Scopoli*. Antennae fractae, fuſcae, claua cinerea. Roſtrum craſſiuſculum teres, ſubcarinatum. Thorax planus, ſcaber, poſtice et ſcutelli loco obſolete angulatus. Elytra non transuerſim rugoſa vti in *C. puluerulento*, ſed punctato-ſtriata, ſtriis in ſingulo decem. Abdomen, pedesque flauo-villoſi. Alae fuſcae. Mihi viſus longiroſtris. Tab. V. f. 11, Hab. Florentiae, frequens in floribus Cardui nutantis. Long. 8½. lat. 4.

Huic Curculioni plures valde ſimiles vidi, quorum differentiam eruere, difficillimum eſt. Diagnoſin huius *C. Cynarae* itaque his verbis bene expreſſam credo: *longiroſtris, niger, vireſcenti-irroratus, roſtro thoraceque carinatis*. Alium, ſtatura ſimillimum poſſideo, quem Schallerus *Act.* Hallenſ. I. p. 280. *Sturnum* vocat. Differt, praeter magnitudinem ſemper duplo, interdum quadruplo, imo quinquies minorem, etiam *roſtro thoraceque haud carinatis*. *C. Iacea* F. E. S. I. 2. 400. 24. ab hoc tamen differre videtur, quamquam ſub hoc nomine, idem *Sturnus* mihi miſſus ſit. Alium denique habeo, qui ab illis duobus ſemper latis ac depreſſis *ſolo corpore cylindrico*, caeterum ſimillimo, diuerſus eſt. Huic nomen *C. tereti* tribui. Hg.

285. *C. Aſcanii* longiroſtris, cylindricus, ater, lateribus ſubcaeruleſcentibus. F. Sp. 173. 67. ♀ F. E. S. I. 2. 418. 108.

Corpus tota ſtructura *C. paraplectici*, ſed apex elytrorum acutus, non mucronatus. Totus ater, linea caneſcente marginali ab oculis vsque ad elytrorum apicem ducta. Subtus totus caneſcens. Habit. ruri frequens. Long. 4. lat. 1.

Digitized by Google

(p: 112.)

286. *C. Bacchus* longiroſtris, aureus, roſtro, plantisque nigris. F. Sp. 165. 22.

⊙ Sulz.
☽ Schrank. E. I. 199. Degeer. 5. 366. 38.
♀ *Attelabus Bachus.* F. E. S. I. 2. 387. 15.

Rubro - aureus villoſulus. Thorax ſemper muticus. Roſtrum et tibiae nigrae. Character *igniti* a Linnaeo datus *C. Populi*, huic magis conuenire videtur. Hab. in hortis. Long. 2. lat. 1.

Menſura data nimis parua eſt. Eſt enim longus, ab apice thoracis ad anum usque $2\frac{3}{4}$, computato autem roſtro $4\frac{1}{2}$ lin., latus $1\frac{1}{2}$ lin. Citatum Geoffr. 270. 4. ab auctore cum Fabricio exhibitum, ad *A. aequatum F.* pertinet.

Fabricius in Entomologia ſyſtematica ſua Curculiones iſtos, *Bacho* ſimiles, iis, quibus antennae rectae ſunt, quique ſtatura pyriformi gaudent, e. g. *frumentario*, *Craccae* etc. adhibitis, ad genus *Attelabi* amandauit. Equidem pro mea parte illos poſteriores: *Frumentarium* etc. aut in Curculionum genere retinerem, aut nouum ac peculiare genus conſtituere iuberem. *Attelabis* haec tantum annumerarem mihi nota inſecta: *A. Coryli*, *Auellanae*, *curculionoïdem*, et, vt mihi videtur, nondum publicatam ſpeciem, *intermediam.* Illos denique *C. Bachum*, *Betulae*, *cupreum*, *aequatum*, *ruficollem* Herbſt. et alios, quos nominari locus non ſinit, in ſeparato ac diſtincto genere, ſub nomine *Rhynchites* coniungerem. Hg.

287. *C. Betulae* longiroſtris, corpore viridi - aurato, ſubtus concolore. F. Sp. 165. 23.

⊙ Friſch., Sulz., Schaeff. Ic. t. 6. f. 4.
☽ Scop. E. C. 77. Schrank. E. I. 197. Schaeff. Ic. t. 104. f. 4.

Digitized by Google

♀ Attelabus Betuleti. F. E. S. I. 2. 387. 16.
Variat ſaepius colore omnino caeruleo; alter ſexus, qui thoracem antrorſum ſpinoſum gerit: *Rhinomacer biſpinus* Scaeff. Ic. t. 6. f. 4. Müll. Z. D. Pr. 1023. *C. violaceus.* Scop. E. C. 78.

Habui quamplures eductos omnes e foliis Vitis contortis. Nonnulli habebant thoracem anguſtiorem inermem, et proboſcidem breuiorem. Alii thoracem latiorem ſpinis duabus armatum, et proboſcidem longiorem; huiusmodi characteres notaui conſtanter tam in iis, qui corpore viridi-aurato ſubtus etc. quam in iis, qui corpus habent caeruleum a quibusdam (vid. Geoffr. pag. 271. 4.) pro feminis habiti: quare thorax, ſpinae, proboſcis, non color, vt optime etiam animaduertit Fabricius, ſexum diſtinguunt, ſed ſpinas thoracis, quae iuxta Linnaeum maribus competunt, in feminis Geoffroyanis occurrere tantum obſeruauimus. Long. 2¼. lat. 1¼.

Equidem etiam in mare nonnumquam ſpinas thoracis vidi, aliquando autem marem feminamque copula iunctos reperi, ambos ſpinis thoracis carentes, et quorum mas duplo minor, obſcure caeruleus, femina autem, maior, viridi-aurata erat. Interdum vterque caeruleus, aut viridis eſt. Hg.

(p. 113.)

288. *C. Campanulae* longiroſtris, niger, ouatus, elytris ſtriatis obtuſis. F. Sp. 167. 31.
♀ F. E. S. I. 2. 406. 55.
Hab. in pericarpiis Campanulae. Long. ⅓.

289. *C. Alliariae* longiroſtris, violaceus totus. F. Sp. 168. 40.
⊕ Friſch.

Geoffr.

☽ Geoffr. 1. 271. 5. *C. Icoſandriae.* Scop. E. C. 85.
♀ *Attelabus Alliariae.* F. E. S. I. 2. 390. 27.
Villoſulus, nitidus. Caput, thorax, femora nigra caeruleſcentia. Elytra ſtriata. Colore et magnitudine admodum variat. Hab. in Eryſimo Alliaria. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Citatum e Geoffroyo, ab Auctore, cum Degeerio, exhibitum, bonum videtur. Mea ſpecimina autem conſtantia obſeruaui, nec magnitudine inſolita, nec colore variantia. Hg.

(p. 114.)

290. *C. cyaneus* longiroſtris, ater, elytris violaceis. F. Sp. 168. 41.
♀ *Attelabus cyaneus.* F. E. S. I. 2. 391. 30.
Elytra violacea. Pedes ferruginei. Hab. in Salice. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{2}$.

291. *C. flauipes* longiroſtris, ater, femoribus luteis. F. Sp. 169. 47.
♀ Attelabus flauipes. F. E. S. I. 2. 391. 33.
Totus ater, femoribus ſolis luteis. Elytra ſtriata. Hab. frequens in locis apricis. Long. $\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{3}$.

292. *C. nigriroſtris* longiroſtris, viridis, roſtro atro. F. Sp. 167. 33.
♀ F. E. S. I. 2. 407. 56. et *variabilis.* n. 57.
Caput fuſcum, roſtro cylindrico, atro. Thorax gibbus, rotundatus, viridis, lineis duabus dorſalibus fuſcis, vix conſpicuis. Elytra tomentoſa, viridia, immaculata. Pedes fuſci, femoribus ſimplicibus. Hab. etiam in hortis. Long. $\frac{3}{4}$, 1. lat. $\frac{1}{2}$.

Fabricii *C. variabilis* nil niſi mera huius varietas eſt, tomento vireſcenti detrito, vnde color teſtaceus apparet. In eodem cum *nigriroſtri* loco ſemper cepi, praecipue in pratorum floribus autumnali tempore. Hg.

293. *C. rufiroſtris* longiroſtris niger, roſtro dimidiato, pedibusque rufis. F. Sp. 167. 35.

♀ *Attelabus rufiroſtris.* F. E. S. I. 2. 390. 26.
Roſtrum elongatum a medio ad apicem rufum puncto nigro. Elytra nigra, ſtriata. Thorax niger. Pedes rufi ſimplices ſemoribus anticis baſi nigra. Lectus in ſiluis, ſub arborum cortice. Long. 1½. lat. ⅓.

In Fabricii *Entom. ſyſtem.* l. c. errore quodam deſcriptio *C. nigriroſtris* p. 407. n. 56. iterata eſt, loco deſcriptionis in *Syſtemate Entomolog.* 132. 25. datae. Hg.

(*p. 115.*)

294. *C. pericarpius* longiroſtris, ſubgloboſus, nebuloſus, elytrorum ſutura baſi alba. F. Sp. 167. 37.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 298. 46.
♀ F. E. S. I. 2. 408. 63.
Statura *C. Campanulae*; totus ſupra obſcure fuſcus, ſubtus cinereus. Roſtrum tenue, longum. Femora clauata mutica. Pedes picei. Hab. in Scrophulariis. Long. 1. lat. ½.

Geoffroyus l. c. Curculioni ſuo femora dentata tribuit, quae tamen mutica ſunt. Roſtrum haud elongatum in meis, qua de cauſſa Auctor *C. pericarpium* Schrank. E. I. 109. 209. habuiſſe videtur, qui differt a meo *C. pericarpio*, quem verum Linnaeanum et Fabricianum habeo, praecipue roſtro tenui, elongato, thoracisque ſutura antica valde eleuata ac reflexa. Hg.

295. *C. paraplecticus* longiroſtris, cylindricus, ſubcinereus, elytris mucronatis. F. Sp. 172. 62.

⊙ Schreb. Sulz.
☽ Goetze. E. B. 1. 348. 34.

♀ F. E. S. I. 2. 414. 91. Panz. F. I. G. VI. 15. *Degeerii* deſcriptio accuratiſſima eſt. Non dubitandum de *C. nemoreo* Scop. E. C. 101. Habitat larua intra caulem Phellandrii. *Equis paraplegiam cauſſari creditur. Linn.* at reuocat in dubium. Long. $7\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Magnitudine mire variat. Citatum e *Scopolio* mihi ſemper dubium remanet, et ob alas in meis praeſentes, et ob deſcriptionem nimis abhorrentem, et ob habitationem tam diuerſam. *Geoffroyus* certiſſime autem e citatis tollendus eſt. Hg.

(p. 116.)

296. *C. abbreuiatus* longiroſtris, ater, thorace plano, punctato, elytris abbreuiatis. *F. Mant.* 99. 25.

♀ F. E. S. I. 2. 403. 37.

C. mutilatus. Laich. Tyrol. 216. 12.

Totus ater, piceus. Roſtrum elongatum, incuruum. Antennae fractae nigrae claua cinerea. Thorax planus, punctatus, ſubcarinatus. Elytra ſubſtriata, abdomine breuiora. Alae margine craſſiore flaueſcente. Hab. ſiluas in Quercu Robore frequens. Long. $5\frac{1}{2}$. lat. 2.

* 297. *C. Pſeud-Acori* longiroſtris, corpore ouato, cinereo, thorace elytriſque nigris ſtriatis, puncto ad ſuturam albo.

C. Punctum album Fueſly. Arch. t. 24. f. 17.

♀ F. E. S. I. 2. 408. 61.

Statura *C. Scrophulariae*, ſed maior. Antennae fractae cinereae claua nigra. Roſtrum ſubulatum baſi cinereum, apice nigrum, quod ſub ventre inflectit. Caput ruſo - cinereum. Thorax niger poſtice dilatatus ſulco medio dorſali impreſſo, et

late-

lateribus cinereus. Elytra nigra, gibba, ſtriata, abdomine paullo breuiora, puncto pone ſcutellum albo ad ſuturam communi. Abdomen ſubtus cinereum. Pedes ſimplices latere externo cinerei, interno nigri. Variat interdum colore elytrorum ſubteſtaceo fuſco. Hab. in floribus Ireos Pſeud-Acori menſ. Mai. frequens. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

* 298. *C. Paſtinacae* longiroſtris, griſeo-flauus, muticus, roſtro nigro, elytris apice nigro-punctatis.

Griſeo-flauus, villoſus. Roſtrum deflexum, nigrum, piloſum, antennis apice nigris. Thorax vix nigro-maculatus. Elytra verſus apicem lineis tribus e punctis nigris diſtinctis ſtriata, quarum vna ad marginem, altera ad ſuturam, et tertia in medio. Hab. in umbellis Paſtinacae ſatiuae, vbi nidulatur, pedunculos internos contorquens, criſpans. Long. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

(*p. 117.*)

299. *C. Pini* longiroſtris, elytris ruſeſcentibus, faſciis nebuloſis. F. Sp. 163. 13.

⊙ Friſch.

♀ F. E. S. I. 2. 399. 21.

Thorax punctis duobus, ſcutelloque albis, faſcia elytrorum ex maculis ferrugineis. Femora griſeo-maculata. — Linnaeus in Fn. Sv. dedit huius deſcriptionem ſub *C. Abietis*. Conſer *Schrank C. Pini*. 195. — Habit. in Pini ſilueſtris cortice. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

De Curculionibus *Pini* et *Abietis* ſemper aliquid incerti reſtat, quod ad Linnaeum attinet. Aut Linneus errauit, *C. Pini* duplo maiorem eſſe *C. Abietis*, dicens, aut *C. Abietis L.* alius, quam vulgo putatus, eſt. Hg.

Digitized by Google

300. *C. curuiroſtris* longiroſtris, ater, nitidus, roſtro arcuato. F. Sp. 166. 29.

Corpus totum atrum, immaculatum, nitidum. Roſtrum elongatum, cylindricum, arcuatum. Thorax punctatus. Elytra ſubſtriata. Femora mutica. Proximus *C. Campanulae.* Hab. ruri frequens. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Fabricii *Curuiroſtris* e Noua Hollandia allatus eſt. Hinc *Curuiroſtris* Auctoris valde dubius fit, praecipue ſi tam innumeras Curculionum ſpecies, quas breuibus verbis diſtinguere difficillimum eſt, reſpicias. Hg.

301. *C. frumentarius* longiroſtris, ſanguineus. F. Sp. 169. 49.

⊙ Act. Nidr., Act. Holm., Leuwenh.

♀ *Attelabus frumentarius* F. E. S. I. 2. 392. 35. Roſtrum tenue. Elytra ſtriata. Hab. in frumento diutius aſſeruato. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Curculionem habeo, qui deſcriptioni a Paykullio aliisque datae, omnino conuenit, quem autem numquam in frumento, ſed ſemper in Rumice aquatico reperi. Videtur Scopolii *C. purpureus.* 86. Alium, a priore ne minimis quidem, habitatione ſola, et magnitudine triplo minore excepta, diuerſum, numquam in eodem loco, ſed in viis ad terram cepi. Hg.

(*p. 118.*)

302. *C. granarius* longiroſtris, piceus, thorace punctato, longitudine elytrorum. F. Sp. 171. 56.

⊙ Rai., Ioblot.

☽ Scop. E. C. 89. Schrank. E. I. 207. Schaeff. Ic. t. 174. f. 5. a. 5. b. Leuwenh. lettre du 6. Aout. 1687. p. 74. 83.

♀ F. E. S. I. 2. 414. 88.

Hab.

Hab. in frumento diutius aſſeruato. Pellitur aqua calcis. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{3}$.

* 303. *C. Scirpi* longiroſtris, femoribus ſimplicibus, niger, thorace ſubcarinato, elytris piceis, pilis cinereis aſperſis, puncto cinereo.

Statura et facies *C. Equiſeti*, at paullo maior. Caput nigrum. Oculi picei. Roſtrum arcuatum, cylindricum, ſtriatum, nigrum, thorace longius. Antennae teſtaceae, fractae. Articulus primus aequat longitudinem omnium caeterorum. Thorax piceus, ſubgloboſus, punctato-excauatus, dorſo ſubcarinatus, lateribus macula cinerea. Elytra connata, ſubporcata, ſubrugoſa, picea, pilis ruſo-cinereis aſperſa, et macula in ſingulorum medio verſus ſuturam. Abdomen nigrum, lateribus ſupra ſericeum. Pedes teſtacei, piloſi, inermes. Differt a *C. equiſeti* elytris non muricatis, et non maculatis in apice, et a *C. maculato*, elytris ſubrugoſis, et pedibus teſtaceis. *D'Antic. Act. Soc. Linn.*

Habit. in paludibus, an in Scirpo maritimo ?„ Ego ſaepius inueni ſub arborum cortice in locis paludoſis.

304. *C. acridulus* longiroſtris piceus, abdomine ouato. F. Sp. 169. 46.

♀ F. E. S. I. 2. 411. 75.

Elytra ſtriato-punctata. Hab. in floribus. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Error typographicus in citato e Linnaeo irrepſit, *Syſt. Nat. 133. 32.*, pro 607. 13. exhibens. Citatum e *Geoffroyo 290. 32.*, quod Fabricius in *Entom. ſyſtem.* ſua bene omiſit, nullo modo tolerari poteſt, quia Curculionem deſignat, frumen-

Digitized by Google

mentario ſtatura et antennis rectis ſimilem, colore autem caeruleo-chalybaeo. Hinc menſura quoque, e Geoffroyo deſumta, nimis parua eſt. Longus enim eſt ab apice thoracis ad anum $2\frac{1}{4}$, computato roſtro $3\frac{1}{4}$. lin. latus 1. lin. Variat autem duplo minor, 3. lin. longitud. et $\frac{3}{4}$. latitud. Hg.

(p. 119.)

305. *C. filiformis* longiroſtris, cylindricus, ſubcinereus, thorace lineis tribus fuſcis. F. Sp. 172. 63.

♀ F. E. S. I. 2. 417. 102.

Statura *C. paraplectici*, at minor. Roſtrum cylindricum, fuſcum. Thorax cinereus lineis tribus fuſcis. Elytra cinerea, immaculata, minime punctata, obtuſa. Pedes fuſci. Hab. in locis apricis; humentibus. Long. 3. lat. $\frac{1}{2}$.

* 306. *C. quinquemaculatus* longiroſtris, griſeus, coleoptris maculis quinque albidis. Linn. Fn. Sv. 601. Syſt. Nat. 609. 30.

Corpus ouatum, nigricans, fronte alba. Roſtri apex ferrugineus, glaber. Thorax et elytra ſubferruginea. Macula alba in poſtica thoracis. Elytrorum ſutura longitudinalis alba. Macula alba ad baſin, et alia verſus apicem cuiusuis elytri. Subtus cinereus. Hab. in ſiluis. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

C. quinquepunctatus valde affinis videtur, ſed in omnibus ſpeciminibus meis femora dentata ſunt, dente valido. Hg.

307. *C. Ceraſi?* longiroſtris, femoribus dentatis, ater, elytris opacis, oblongis. F. Sp. 179. 104.

⊙ Geoffr. 1. 299. 48., Friſch.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 288. 23? Schrank. E. I. 204.

Totus

Totus ater; elytra ſtriis decem. Pedes ſimplices. Hab. in Pruno Ceraſo. Long. 1. lat. $\frac{1}{3}$.

Auctorem verum *C. Ceraſi. F.* ignoraſſe, ex citatis et deſcriptione additis ſatis apparet. Verus enim *C. Ceraſi. F.* in *Paykullii Monogr. Curc.* 8. 7. bene deſcriptus eſt. Nullo modo autem hic idem cum Linnaeano videtur, cum femora mutica, imo deſcriptio tota, ab illo commemorata, abhorreant. Auctoris *Curculio* idem cum *C. Ceraſi* Schrankii videtur. Vterque Geoffroyum citat, cuius *Charanſon ſatin-gris* equidem in Antirrhini Linariae. L. floribus reperi. Idemque a *D. de Paykull* nomine *C. Antirrhini n. ſp.* mihi miſſus eſt.

Iure autem Auctori exprobrari licet, quo modo Curculionem ſuum eundem cum Fabriciano credere potuit, cum nec familiae, nec deſcriptionis characteres conueniant? At Fabricius Linnaeum eodem modo citat. Sed errores, quos Celeberrimus quisque committere poteſt, haud augere fas eſt. Hg.

(*p. 120.*)

* 308. *C. Faber* longiroſtris, oblongus, muticus, elytris caſtaneo-nigris ſulcatis, thorace plano, obſcuriore.

Totus ſubniger. Roſtrum elongatum, tenue, deflexum. Antennae fractae. Thorax planus, niger, vix punctatus. Elytra fuſca, profunde ſtriata, abdomine paullo breuiora. Tibiae ſubferrugineae. Hab. in pratis ſiluaticis. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{3}$.

* 309. *C. vilis* longiroſtris', cylindricus, obſcurus, niger, roſtro ſubcarinato, elytris punctato-ſtriatis.

Fuſco-

Digitized by Google

Fuſco-niger, muticus. Antennae breues, fractae. Roſtrum craſſiuſculum ſubcarinatum, longitudine thoracis. Elytra obtuſa. Femora antica craſſiora. Hab. in hortis incultis. Long. 3. lat. $\frac{2}{3}$.

* * *Longiroſtres, femoribus dentatis.*

310. *C. Scrophulariae* longiroſtris, femoribus dentatis, coleoptris maculis duabus dorſalibus atris. F. Sp. 177. 95.

⊙ Liſt.

♀ F. E. S. I. 2. 434. 167.

Etſi vere niger ſit, totus griſeus apparet, eo, quod tomento cinereo-vireſcenti contectus.

Habitat in Scrophulariis, ſaepe etiam in Verbaſco Thapſo. Larua mollis, veluti gutta glutinis metamorphoſin ſubitura, in foliis conſiſtit, gluten exſiccatur, fit folliculus, deindeque ſpatio vnius hebdomadis, *Curculio* exit declaratus. Videtur *Linnaeus* vidiſſe capſulam iam formatam. In Verbaſco habitat *Curculio* ſimilis praecedenti, at magis fuſco-griſeus, immaculatus, tomento non adeo depreſſo, thorace latiore, roſtro nigro, quod non inflectit ſub ventrem vti prior: certe noua ſpecies, quae differt etiam magnitudine dupla maiore, niſi forma et colore a *Curculione* habitare ſolito in floribus Antirrhini Linariae. Long. 2. lat. $1\frac{1}{3}$.

Dubium adhuc remanet, num *C. aſſimilis* Harrer. Deſcr. Schaeff. Ic. tab. 232. f. 8. pag. 184. 299., qui etiam *C. Thapſus* F. E. S. I. 2. 434. 168. et Geoffr. Inſ. 1. 297. videtur, varietas tantum *C. Scrophulariae* ſit? Detritis pilis pollinoſis, num-

Digitized by Google

quam tamen eandem figuram *C. Scrophulariae* repraesentare mihi visus est. Sed alium differentiae characterem detegere nequeo. Hinc eundem putare licet. Huius certe fidem do, me *C. assimilem* magna copia in floribus Verbasci Thapti reperisse, nullo autem specimine *C. Scrophulariae* immisto. — Id autem mihi persuasum habeo, Fabricii *C. Verbasci*, l. c. 169. nil nisi varietatem, saepius occurrentem, *C. Scrophulariae* esse.

Auctor nouae et incognitae speciei mentionem facit, quam cur separato loco, et nomine nouo indito, haud exhibuerit, ignoro. Ipse in floribus *Verbasci nigri* Curculionem, his commemoratis similem, sed distinctum, reperi, quem paucis verbis indicandi, locus hicce aptus visus est. *C. setosum* vocaui, et in haec verba systemati inseri posse putaui: *C. longirostris, femoribus dentatis, obscurus, hirsutus; elytris striatis: interstitiis setis fasciculatis.* Magnitudine *C. Blattariae* F. circiter aequat. Hg.

(*p. 121.*)

311. *C. Abietis* longirostris, femoribus dentatis, elytris fuscis, fasciis duabus linearibus interruptis albidis. F. Sp. 175. 84.

⊙ Linn. It., Petiv.

☽ Schrank. E. I. 211.

♀ F. E. S. I. 2. 428. 144.

Cum *C. Pini* confusus. Meum specimen conuenit cum descriptione Schrankii l. c. et cum figura Schaeff. Ic. t. 25. f. 1. *Spinae apicis tibiarum incurune* character a Schrankio in hoc Curculione notatus, communis est etiam aliis. Lectus in arbore trunca carioſa. Long 5. lat. $2\frac{1}{4}$.

Vide adnotata mea ad *C. Pini* supra n. 299. Variat colore testaceo-brunneo. Hg.

* 312.

(*p.* 122.)

*312. *C. fatuus* longiroſtris, femoribus dentatis, ferrugineo-fuſcus, elytris punctato-ſtriatis, atomis ſparſis cinereis.

Paullo minor praecedenti. Totus ferrugineo-fuſcus, glaber, ſubnitidus. Roſtrum apice incraſſatum thorace paullo longius: Antennae fractae fuſcae claua ſubcinerea. Thorax rotundatus punctis elenatis ſcaber. Elytra ſtriato-punctata punctis ad lentem rufo-tomentoſis ſplendidis, atomisque nunc cinereis, modo flauis aſperſa; in ſingulo nouem antice, poſticeque partitis. Pedes ferruginei femoribus omnibus apice nigris, clauatis, dentatis, tibiisque ſubdentatis ſpina apicis incurua. Elytrorum apex nonnihil anguſtatus. Capti duo in rubo. 23. Iul. Long. $4\frac{1}{2}$. lat. 2.

* 313 *C. Statua* longiroſtris, femoribus tibiisque dentatis, ater, ſcutello, faſciaque elytrorum poſtica albis.

Singularis prae caeteris omnibus noſtratibus. Fuſco-niger. Roſtrum ſubferrugineum, baſi et apice nigrum. Antennae fractae, breues, nigrae. Thorax punctis eleuatis numeroſis ſcaber, niger, atomis aliquot indiſtinctis albis. Loco ſcutelli punctum albidum. Elytra punctato-ſtriata, ſtriis prominulis acutis, apiceque obtuſa, atra, ſed ad baſin vtrinque macula ſubferruginea, punctisque binis (quae non ſemper adſunt,) in medio contiguis, et pone faſcia transuerſa alba marginem non attingente. Pedes omnes fuſci, cinereonigroque faſciati. Femora acute dentata, ad baſin attenuata, ad apicem craſſiora, incurua, ac

Digitized by Google

veluti exarticulata. Tibiae omnes latere interiore dentatae, breues, compreſſae, poſticae etiam incuruatae, et exterius gibbae. Pectus profunde canaliculatum, pro receptione capitis, et roſtri. Abdomen ſubtus ſordide flaueſcens. Accedere videtur ad *C. ſtolidum*. F. Sp. 176. 89. Inſectum timidiſſimae indolis. Vtcumque tactum motu timorem exprimente, contractis ad femora tibiis mortuum ſe effingit, immobilitatem induens ſingularem, quam non deſerit, niſi elapſo temporis ſpatio non breui. Acu transfixum ſtridet agitando abdominis apicem, attritu elytrorum ad anum. Tab. V. f. 4. 8. Capti tres inter corticem et lignum quercus in ſiluis d. 9. Mart. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. 1.

(*p. 123.*)

314. *C. nucum* longiroſtris, femoribus dentatis, corpore griſeo, longitudine roſtri. F. Sp. 179. 106.

☉ Vdm., Roeſ., Schaeff. Elem., Sulz.

☽ Scop. E. C. 105. Schrank. E. I. 213.

♀ F. E. S. I. 2. 440. 192.

Specimen vnum habeo eximiae magnitudinis, hoc eſt longum 4. lin. latum 2. l. Antennae lineis 5. longiores, articulis nouem, computata claua, ſcutello minime albo, elytris concolori: affinitatem *C. proboſcidei* forte confirmat. Hab. larua in Nucibus Auellanis. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Inſectum, quod ad magnitudinem, roſtri longitudinem, atque colorem attinet, mire variabile. Citatum e Sulzeri Hiſtoria falſum eſt. Forſan aliud opus eiusdem Auctoris ſpectat Fabricius. Hg.

(*p. 124.*)

315. *C. tortrix* longiroſtris, femoribus dentatis, cor-

corpore teſtaceo, pectore fuſco. F. Sp. 181. 116.

♀ F. E. S. I. 2. 444. 211.

Flauo-teſtaceus, pectore fuſco; oculis nigris, elytris ſtriatis, roſtro tenui longiuſculo. Hab. in Populo tremula, folia contorquens. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

316. *C. druparum* longiroſtris, femoribus dentatis, elytris teſtaceis, obſolete faſciatis. F. Sp. 181. 113.

⊙ Sulz.

♀ F. E. S. I. 2. 443. 205.

Hab. in Ceraſi Padi nucleis. Long. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

De citato Sulzeri vid. Adn. ad 314. Hg.

*317. *C. fumoſus* longiroſtris, femoribus dentatis, thorace breui rotundo, elytris griſeis nigro-nebuloſis.

Statura *C. tortricis*, at paullo maior. Roſtrum elongatum, tenue, deflexum. Antennae ferrugineae. Thorax fuſcus. Elytra ſubſtriata, griſea, nigris obſoletis maculis variegata. Hab. in aruis. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $\frac{3}{4}$.

(*p. 125.*)

* 318. *C. cinctus* longiroſtris, femoribus dentatis, niger, thorace poſtice fuluo-marginato.

Totus niger glaber, thorace excepto poſtice fuluo-marginato. Elytra ſtriato-punctata. Lectus ſub arborum cortice. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{2}$.

319. *C. violaceus* longiroſtris, femoribus dentatis, violaceus totus. F. Sp. 179. 105.

⊙ Bergſtr.

♀ F. E. S. I. 2. 440. 191.

Elytra punctis excauatis ſtriata. Hab. in Pinu. Long. 2. lat. $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

. Statura tota *C. Cerasi. F.*, hinc verus Curculio. Citatum e Geoffroyo, ab Auctore cum Fabricio exhibitum, supra iam ad *C. Alliariae*, n. 289. relatum videmus. Certe vero *Rhynchiti*, nec *Curculioni* annumerandum est. Hg.

* * * *Longirostres femoribus posticis incrassatis saltatoriis.*

320 *C. Salicis* longirostris, pedibus saltatoriis, elytris atris, fasciis duabus albis. F. Sp. 183. 125.
♀ F. E. S. I. 2. 445. 216.
Elytra fascia latiori alba vndata ad basin, et alia in medio lineari transuersa. Hab. in Salicis floribus. Long. $\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

(*p. 126.*)

321. *C. Alni* longirostris, pedibus saltatoriis niger, coleoptris testaceis, maculis duabus obscuris. F. Sp. 183. 123.
♀ F. E. S. I. 2. 445. 216.
Saltator. Rufa sunt thorax, elytra, antennae, pedes. Nigra: caput, rostrum, pectus, tibiarum apices. Elytra striata maculis quatuor nigris; in singulo elytro duae, quarum postica multa maior. Hab. in Alno et Vlmo. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{2}$.

322. *C. viminalis* longirostris, pedibus saltatoriis, corpore testaceo. F. Sp. 184. 126.
♀ F. E. S. I. 2. 447. 223.
C. rufus. Schrank. E. I. 220.
Rostrum tenue, thorace longius. Elytra punctato-striata, femoribus posticis incrassatis spinosis. Hab. in Salice, Quercu, Vlmo. Long. $\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{3}$.
Omnino diuersus a praecedenti est, cuius magnitudinem aequat. Citatum e Linnaeo *C. Quercus*, a Fabri-

Fabricio et Auctore huc relatum, alium deſignat Curculionem, nec vllo modo huc pertinet. Fabricius quoque iterum in *Entom. ſyſtem.* apud *C. Quercus* ſuum n. 79. allegat, vbi pro *L. Syſt. Nat. 614.* legatur *609. 25.* Hg.

* * * * *Breuiroſtres, femoribus muticis.*

(p. 127.)

323. *C. Barbarus* breuiroſtris, thorace ſubſpinoſo, elytris angulo duplici criſpato. F. Sp. 194. 191.

♀ *Brachycerus Barbarus.* F. E. S. I. 2. 381. 8.

Mas niger, femina cinerea. Oculi a capſula e capite prominente marginati. Pupillae parum conuexae. Hab. in locis arenoſis frequens. Long. 4, $4\frac{2}{3}$. lat. 2, 3.

324. *C. nebuloſus* breuiroſtris, canus, elytris faſciis obliquis nigris. F. Sp. 186. 142.

⊙ Friſch., Schaeff. Ic. t. 25. f. 3.

☽ *C. iners.* Scop. E. C. 68. Schaeff. Ic. t. 25. f. 9.

♀ F. E. S. I. 2. 457. 265.

Cinereus. Roſtrum rufum ſulcis duobus in medio carinam habentibus. Oculorum quaſi palpebrae flauae. Thorax rugis eleuatis longitudinalibus pallidioribus quinque. Elytra albida maculis quibusdam, faſciisque oblique transuerſis obſcurioribus duabus, punctatoſtriata. Subtus cinereus. Hab. in campis. Long. $5\frac{1}{2}$. lat. $2\frac{2}{3}$.

325. *C. ſulciroſtris* breuiroſtris, oblongus, cinereus, ſubnebuloſus, roſtro triſulcato. F. Sp. 187. 143.

☽ Degeer. Inſ. 5. 240. 26. Schrank. E. I. 228. Schaeff. Ic. t. 25. f. 3. 10. t. 163. f. 1.

♀ F. E. S. I. 2. 458. 268.
Knoch. Beytr. I. t. 6. f. 8 - 11. *icones accuratissimae.*

Maior *C. nebuloso.* Rostrum trisulcatum. Hab. in Caricibus. Long. 6. lat. 3.

(p. 128.)

* 326. *C. ophthalmicus* breuirostris, oblongus, cinereo-nigroque varius, elytris punctato-striatis, dorso macula vtrinque distincta cinerea ocellata.

Statura *C. fulcirostris*, sed maior. Rostrum breue, crassum, bisulcatum, sulcis griseo-cinereis. Antennae apice cinereae. Thorax planus cinereo-fuscus. Elytra coadunata, fere coalita, punctis minutissimis striata, cinerea, praesertim ad basin: pone medium in dorso punctum vtrinque maiusculum distinctum, cinereum, ocellatum, alterumque ad apicem minutum. Corpus nigrum tomento sordide cinereo tectum. Femora antica clauata, exterius cinerea, interne nigra. Tibiae, tarsique cinerei. Mas nigrior est, sed color magis minusue cinereus ab aetate pendet. Tab. V. f. 12. *mas.* Tab. I. f. 12. *fem.* Hab. in pratis siluaticis arenosis humentibus frequens. Long. 7. lat. $3\frac{1}{4}$.

Hinc inde in Germaniae museis sub nomine *C. ocellatus Schneideri* occurrit. Ipse ex Italia missum accepi. Statura crassa. Hg.

* 327. *C. affinis* breuirostris, oblongus, niger, elytris cinereo-variis, rostri carina bifurca. Schrank. E. I. 230. Schaeff. Ic. t. 34. f. 2.

♀ *C. albidus.* F. E. S. I. 2. 460. 275.

Totus niger, sed thorax lateribus, et elytra per totum cinereo-variegata. Rostrum sulcis duobus.

Thorax

Thorax punctis elevatis confluentibus scaber. Elytra singula striis decem ex punctis. Hab. in silvis. Long. 4. lat. 1½.

328. *C. viridis* breviroſtris, virescens, thoracis, elytrorumque lateribus flavis. F. Sp. 186. 139.

☉ Sulz.

☽ Pod. Mus. Gr. 30. 11. Schrank. 233.

♀ F. E. S. I. 2. 454. 254. Schaeff. Ic. t. 76. f. 1. 2. 3.

Dilute viridis, non nitens, striatus. Subtus flavo-viridis. Hab. in silvis et hortis. Long. 4½. lat. 2.

Antennae subrectae sunt. Variat elytris fuscis margine flavis. Hg.

(p. 129.)

* 329. *C. verecundus* breviroſtris, supra testaceo-rufus, subtus viridiargenteus, thorace lineis tribus aurantiacis.

Oblongus. Caput rufum roſtro breviſſimo, crasso, excavato, antennis fractis, testaceis, apice nigris. Thorax rufus lineis longitudinalibus aurantiacis in medio, et lateraliter notatus. Elytra et pedes rufa. Abdomen subtus colore viridi-argenteo, femoribus anticis crassioribus. Hab. in aridis incultis. Long. 1¼. lat. ½.

330. *C. griseus* breviroſtris, supra griseo-fuscus, subtus cinereus, roſtro canaliculato. F. Sp. 188. 152.

♀ F. E. S. I. 2. 464. 292.

Statura *C. linearis*, at paullo longior. Roſtrum cylindricum sulco longitudinali excavatum. In thorace lineola alba dorsalis a roſtri basi ducta ad scutellum. Femora simplicia. Hab. in hortis. Long. 3. lat. 1.

331. *C. lineatus* breuiroſtris, fuſcus, thorace ſtriis tribus pallidioribus. F. Sp. 189. 155.

♂ Schrank. E. I. 242.

♀ F. E. S. I. 2. 466. 302.

Hab. in variis plantis. Long. 1¼. lat. ¼.

(*p. 130.*)

*. 332. *C. C. nigrum* breuiroſtris, cinereo, nigroque varius, ſingulo elytro lateraliter faſcia ſemicirculari alba, poſticeque lunula nigra,

Ouatus. Roſtrum craſſum, breue, deflexum. Elytra *C.* nigro notata, et punctis nigris aſperſa, ſtriis interiectis alternis. Pedes nigro-faſciati. Femora mutica. Videtur diuerſus a *C. lunato F.* Hab. in locis paludoſis non frequens. Long. 3. lat. 1⅓.

Secundum deſcriptionem vix C. lunato. F. ſimilis eſſe poteſt. Hg.

333. *C. hiſpidulus* breuiroſtris fuſcus, thorace cinereo lineato, elytris hiſpidis, punctis obſcurioribus ſtriatis. F. Sp. 189. 158.

♀ F. E. S. I. 2. 468. 311.

Thorax in noſtro ſpecimine niger, fortaſſe attritu ſquamulis villoſis ſpoliatus. Habit. in ſepibus. Long. 2¼. lat. 1¼.

334. *C. ſcabriculus* breuiroſtris, corpore cinereo hiſpido. F. Sp. 189. 159.

♀ F. E. S. I. 2. 469. 313. Herbſt. Arch 8. p. 167. t. 45. f. 7.

Totus cinereus. Thorax punctis elevatis ſcaber. Elytra ſtriata hiſpida. Habit. in locis ſabuloſis. Long. 3. lat. 1⅔.

C. Vuerra. Herbſt. Arch. 4. p. 83. 77. idem videtur,

tur, quamquam *C. ſcabriculus* eodem loco iterum l. c. exhibitus, et bene depictus ſit. Hg.

(*p. 131.*)

335. *C. punctatus* breuiroſtris fuſcus, elytris punctis holoſericeis, eleuatis, margineque flauo. F. Sp. 190. 166.

♂ Schaeff. Ic. t. 25. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 472. 329.

Ouatus. Roſtrum breuiſſimum. Thorax glaber. Elytra ſtriato-punctata, punctis eleuatis holoſericeis atris, albisque alternis adſperſa. Habit. in ſiluis non frequens, Long. 3½. lat. 2.

Schaefferi figura, ab Auctore cum Harrero citata, nullo modo cum hoc Curculione conuenit. Hg.

336. *C. punctatulus* breuiroſtris, niger, elytris punctis nigris albisque alternis holoſericeis ſtriatis. F. Sp. 187. 146.

Habitat ruri.

Vide adnotata ad *C. curuiroſtrem* 300. Hicce *Punctatulus* enim Terrae Nouae Americes indigenus eſt. Hg.

* 337. *C. Senex.* fuſcus, apterus, elytris rugoſo-ſtriatis. Geoffr. Inſ. 1. 293. 37. *Le charanſon Cartiſanne.*

Breuiroſtris, ſupra obſcurus, ſubtus ater, thorace amplo ſubcarinato, elytris lineis, et punctis eleuatis ſcabris.

Roſtrum breue, craſſum, apice dilatatum, antennis fractis fuſcis, et veluti ab ore deriuatis. Thorax planus humeris rotundatis, in medio linea eleuata dorſali, punctis paſſim confluentibus ſcaber. Elytro ſingulo lineis tribus eleuatis punctisque prominulis exaſperato. Abdomen ſubtus nigrum

nigrum, quod magnam partem elytra tegunt connata, et poſtice acuminata femoribus muticis ſubclauatis. Alae nullae. Variat magnitudine. Hab. in Pinetis non rarus. Long. 4½. lat. 2.

(p. 132.)

338. *C. aſperſus?* breuiroſtris, ater, elytris poſtice albo-maculatis F. Sp. 190. 165?

Ouatus. Roſtrum breue, obtuſum. Elytra crenato-ſtriata, poſtice inprimis albo-maculata, macula magna triangulari vtrinque ad marginem. Habit. in ſiluis. Long. 1½. lat. ⅔.

Vide adnotata ad *C. curuiroſtrem.* 300. Hg.

339. *C. latiroſtris* breuiroſtris, roſtro latiſſimo, plano, elytris apice albis, punctis duobus nigris. F. Sp. 190. 181. Mant. 118. 237.

♀ *Anthribus latiroſtris.* F. E. S. I. 2. 376. 2.

α. Violaceus, ater. Caput ſupra cinereum, et veluti limo exſiccato obtectum, apice nigrum, planum, compreſſum, elongatum, maxillis validis. Antennae roſtro inſidentes clauatae, claua ex articulis tribus compoſita. Oculi prominuli nigri punctis certa luce, et ad lumen candelae micantibus, etiam in mortuo. Thorax antice et poſtice anguſtatus, dorſo ſcabro concauo, eminentia laterali. Elytra fuſco-violacea faſciis tribus eleganter cinereo-pictis, et nigro margine laciniatis, apice cinerea, punctis duobus nigris non ſemper praeſentibus. Abdomen ſubtus cinereum lateribus nigris. Pedes nigri cinereo-annulati tarſis tribus ſpongioſis. Alae albae. Tab. V. f. 5.

β. Variat interdum, ſed rarius corpore toto nigro elytrorum tantum apice cinereo; varietas a *Geoffroyo* obſeruata. Habi-

Habitat in Fraxino et Alno emortua non rarus menſ. Ianuar. *C. Albinus* numquam inuentus. Long. 5. lat. 2¼.

Varietas β. vberius occurrit, quam ſpecies α. ipſa. Inter ſpecimina mea vnum tantum obſeruo, hic deſcripto conueniens, capite et roſtro ſupra pilis griſeis obtecto, elytrisque faſciis tribus obſoletis apiceque griſeo-piloſis. At color in mortuo minime violaceus, ſed fuſco-holoſericeus eſt. Pedes annulis multis cinereis vndulatis, anguſtis.

Fabricius hunc et ſimiles in ſeparatum genus bene transtulit, cui nomen, a *Geoffroyo* vſitatum, *Anthribus* dedit. Sed iſte etiam illos Curculiones, quos ſub genere *Attelabi* nunc habet Celeberrimus Fabricius, ibi coniungit. Hinc nomen characteriſticum *Platyſtomos* (a πλατυ *latum* et ϛομὰ, os), a me antea huic generi inditum, magis placet. Hg.

* * * * * *Breuiroſtres femoribus dentatis.*

(p. 133)

340. *C. Nigrita* breuiroſtris, femoribus dentatis, niger, obſcurus, thorace ſcabro, elytris crenato-ſtriatis. F. Sp. 197. 211.

♀ F. E. S. I. 2. 485. 381.

Corpus ouato-globoſum. Antennae articulo primo praelongo. Elytra cum ſint in foueolis cinereo-tomentoſa, apparent puluerulenta. Hab. in ſiluis frequens. Long. 4½. lat. 2¼.

341. *C. Pyri* breuiroſtris femoribus dentatis, aeneo-fuſcus. F. Sp. 198. 217.

⊙ Linn. It., Sulz.

♀ F. E. S. I. 2. 487. 390.

Oblongus. Roſtrum breue, deflexum. Thorax punctatus. Elytra crenato-ſtriata, aeneo-fuſca, pedi-

pedibus antennisque rufis. Variat pedibus nigris. Femina maſculo fere duplo maior, et magis nitens. Hab. in Pyro. Long. 4. lat. 1 $\frac{2}{3}$.

Citatum Schaeff. Ic. t. 2. 11. ad *nubilum* pertinens, Fabricius in *Ent. ſyſt.* bene omiſit. Caeterum equidem magnitudinem conſtantem ferme eandem, nec tanto, vt Auctor dicit, diſcrimine variantem obſeruaui. Suſpicari licet, Auctorem aut alium pro vero C. pyri habuiſſe, aut plures ſpecies confudiſſe, cum eiusmodi viridium Curculionum magna copia exſtet, primo intuitu ſimilium, ſed ſi attentiore oculo luſtraueris, valde diuerſuorum. Hg.

342. *C. oblongus* breuiroſtris, femoribus dentatis, antennis elytris pedibusque ferrugineis. F. Sp. 199. 220.

♂ *C. pruni* Scop. E. C. 95. Schrank. E. I. 224. Schaeff. Ic. t. 163. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 489. 400.

Hab. intra corticem et lignum. Long. 2 $\frac{1}{4}$.

Mire variat. Varietates a me viſae ſunt ſequentes: α. totus niger, pedibus antennisque pallidis, flauoluteis. β. niger, antennis pedibusque flaueſcentibus, elytris caſtaneis: margine exteriore ſuperius nigro. γ. omnia eadem, ſed elytra pedibus concolora pallide teſtacea, margine illo nigro anguſtiore. δ - - - margine nigro deficiente. ε. totus ſubcaſtaneus; quae varietas iam a Geoffroyo obſeruata eſt. Hg.

(p. 134.)

343. *C. ouatus* breuiroſtris, femoribus dentatis, corpore nigro, pedibus antennisque rufis. F. Sp. 199. 221.

♀ F. E. S. I. 2. 490. 402. Herbſt. Arch. t. 24. f. 36.

Roſtrum

Roſtrum breuiſſimum. Antennae longiuſculae, fractae. Abdomen valde conuexum. Habit. in hortis frequens. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

344. *C. argentatus* breuiroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo. F. Sp. 198. 218.

⊙ Sulz.

♀ F. E. S. I. 2. 489. 398.

α. Variat pedibus antennisque rufis. *C. argyreus.*

β. Pod. M. G. p. 30.

β. Colore viridi argenteo.

γ. Colore viridi aurato. Scop. E. C. 91. Schrank. E. I. 223. Schaeff. Ic. t. 170. f. 1.

Hab. in variis plantis, frequens in Iaſmino officinali, et in Populo tremula. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Conferatur adnotatum ad *C. pyri.* n. 341. Hg.

345. *C. umbilus* breuiroſtris, femoribus dentatis, griſeus, elytris punctis obſcurioribus numeroſis. F. Sp. 197. 210?

♀ F. E. S. I. 2. 485. 380.

Griſeus, corpore ouato-globoſo. Roſtrum breue, apice non incraſſato. Elytra crenato-ſtriata, punctis numeroſis obſcuris aſperſa, et magnam abdominis partem ſubtus tegentia. Femora dentata. Hab. in ſiluis. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. 2.

(*p. 135.*)

* 346. *C. Fullo* breuiroſtris, femoribus omnibus dentatis, elytris nigris albopunctatis. Schrank. E. I. 221.

Abdomen ouatum. Color niger, ſed elytra albo maculata, vti in *Sc. Fullone*, etiam thorax, ſed punctis minimis. Pedes fuſci, femora omnia dentata, primi paris clauata. Roſtrum valde breue, craſſum.

Differt

Differt a *C. gemmato Scop.* et *Fabr.* antennis breuiſſimis non villoſis, et roſtro apice non dilatato. Habit. in locis ſiluaticis non rarus. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

XLI. RHINOMACER.

Palpi quatuor extrorſum craſſiores, articulo vltimo truncato. *Antennae* ſetaceae roſtro inſidentes.

* 347. *R. Brentoides* glaber, piceus, thorace punctato, elytris punctato-ſtriatis. *D. D'Antic. Soc. Linn.*

♀ *Pimelia anguſtata.* F. E. S. I. 1. 105. 32.

Inſectum apud nos frequens. A me an. 1789. cum aliis multis raris et indeſcriptis transmiſſum Pariſios ad *D. D'Antic.*, qui reſpondit, hoc habitare etiam Monſpeliae, et deſcriptionem affabre factam conceſſit, quae ſequens eſt:

Paullo maior *C. granario.* Caput ellipticum, depreſſum, thorace paullo maius, punctatum, ſubmarginatum, ſubuilloſum, piceum. Oculi nigri medio poſiti. Antennae moniliformes, craſſae, vix capite longiores, hirtae, nigrae, ante et ſubtus oculos poſitae. Palpi ferruginei. Thorax elongatus, marginatus, punctatus, glaber, piceus, paullo minor capite. Elytra elliptica connata, margine reflexa, punctato-ſtriata, picea. Abdomen piceum. Pedes picei. Tarſi villoſi articulis quatuor?„ Tab. III. f. 14. Hab. ſub arborum cortice. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Specimen meum longum eſt $2\frac{1}{4}$. lin. eiusdem iconis longitudinis. Fabricius inter Pimelias hoc inſectum retulit,

retulit, quod tamen minime eandem ſtaturam gerere videtur. Forte plures, huic ſimiles, nouum genus conſtituere poſſent. Hg.

(*p. 136.*)

XLII. ATTELABVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum palpos tegens. *Antennae* moniliformes inſidentes roſtro.

De hoc genere vide quae ſupra dicta ſunt ad *C. Bachum 286.* Hg.

348. *A. Coryli* niger, elytris rufis, reticulatis. F. Sp. 199. 1.

⊙ Linn. It., Sulz., Pontop., Schaeff. Ic. t. 75. f. 8. ♀ F. E. S. I. 2. 384. 1.

Deſcriptio Linnaei in Fn. Sv. 638. optima. In meis ſpeciminibus tamen femora ſemper rubra. Hab. in Coryli foliis, quae inuoluit in cylindrum vtrinque clauſum. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{2}{7}$.

Ille, quem vulgo *A. Coryli L.* putamus, minime verus eſt, cum thorax totus ruber ſit, quem Linnaeus in *A. Coryli* antice atrum, uti caput, poſtice vero rubrum, ut elytra, commemorat. Porro femora *nigra* dicit. D. de Paykull ſub nomine *C. Auellanae* verum *A. Coryli L.* deſcribit. *A. Coryli*, vulgo ſic dictus, autem *C. Auellanae* Linn. Syſt. Nat. p. 619. n. 1. eſt, vbi id tantum adnotandum, quod pro *thorax et pedes exceptis geniculis nigra* aperte legendum eſt *rubra.* Deinde Linnaeus ibidem *C. collarem Scop.*, qui ad *C. Auellanae* referatur, et Sulz. Hiſt. t. 4. f. 12. quod citatum ad *A Curculionoidem* pertinet, perperam citat. Sed vtrum *A. Coryli L.* diſtincta ſpecies, an varietas ſola ſit, equidem diſcernere non audeo. In omnibus enim

ſpeciminibus meis femora ſanguinea, baſi apiceque rubra ſunt, etiam in varietate quadam, vbi thorax ſutura antica et macula dorſali cum ſutura cohaerente nigris, notatus eſt. Caeterum variat: totus pallide teſtaceus, vbi ruber eſſe ſolet, interdum capite inſuper rufeſcente. Hg.

349. *A. Curculionoïdes* niger, thorace elytrisque rubris. F. Sp. 200. 3.

⊙ Sulz.

☽ Schrank. E. I. 193.

♀ F. E. S. I. 2. 386. 12.

Totus niger, thorace, et elytris rubris. Habit. in Corylo, Salice et Alno frequens. Long. 3. lat. $\frac{1}{2}$.

Variat pallide teſtaceus, vbi ruber eſſe ſolet. Nouam et quaſi intermediam inter *A. Auellanae L.* et *Curculionoïdem* ſpeciem breuibus verbis indicare iuuat, cui nomen *A. intermedius* dedi, et ita diſtinxi: *A. niger, elytris rubris, nitidis, punctato-ſtriatis.* Statura *A. Auellanae*, at duplo minor. Totus niger, nitidus, elytris ſolis rubris, nitidis, punctato-ſtriatis, ut in *A. Coryli F.*, nec obſcure ſtriato-punctatis, vti in *A. Curculionoïde.* Species plane diſtincta, quam tamen Fabricius in adnotato ad *A. Curculionoïdem* l. c. indicaturus videtur. Habitat in Corylo. Hg.

(*p. 137.*)

359. *A. pubeſcens* violaceus, hirtus, roſtro atro. F. Sp. 200. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 387. 14.

Facies *C. Bachi* et *Betulae*, ſed paullo minor. Roſtro longitudine thoracis, atrum, ſulcatum. Thorax cylindricus, gibbus. Elytra violacea, punctato-ſtriata, pilis fuſcis hirta. Hab. in plantis non frequens. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

XLIII. CLERVS.

Palpi quatuor, anteriores filiformes, posteriores longiores securiformes. *Antennae* moniliformes.

351. *C. formicarius* niger, elytris fascia duplici alba. F. Sp. 201. 4.

⊙ Ray., Sulz.

☽ *Attelabus formicarius.* Scop. E. C. 111.

Dermestes formicarius. Schrank. E. I. 35.

Schaeff. Ic. t. 186. f. 4. Elem. 137.

♀ F. E. S. I. 2. 207. 5. Panz. F. I. G. IV. 8.

Ruber, capite, thoracisque antica parte nigris, elytris nigris basi rubra, postquam interiecto spatio nigro fascia alba, tum spatium alterum nigrum maius, et alia fascia alba vltra elytrorum medium. Pedes colore variant, modo toti rubri, modo femoribus tibiisque nigris. Hab. vetustas arbores; inuentus etiam in Alno. Long. 4. lat. $1\frac{1}{2}$.

(*p.* 138.)

352. *C. vnifasciatus* niger, elytris fascia alba basi rubris. F. M. 125. 8.

Niger, nitens, thorace nigro, elytris basi rubris, apice nigris, in medio fascia vnica alba.

♀ F. E. S. I. 2. 207. 8.

Similis *C. formicario*, sed minor, et elegantior. Caput et thorax nigra, villosa. Thorax postice angustatus. Elytra striata, basi rubra, ante medium vsque ad apicem nigra. Fascia alba transit per nigredinem. Subtus totus niger. Inuentus in arbore trunca m. Septembris. Long. 3. lat. $\frac{1}{2}$.

353. *C. apiarius* elytris rubris, fasciis tribus caerulescentibus. F. Sp. 202. 9.

⊙ Sulz.

☽ Reaum. Inſ. 6. t. 8. f. 9. 10. Scop. E. C. 110. Schrank. E. I. 36.

♀ F. E. S. I. 2. 208. 14.

Trichodes apiarius. Herbſt. K. IV. 156. 1. t. 41. f. 11.

Si vera eſt opinio ingenioſa Cl. Schrankii de laruae domicilio, quod Schaefferus ponit in alueariibus Apum, ille vero in floribus; cur numquam laruae ab ouis excluſae hoſpitantes in floribus reperiuntur? — Hab. paſſim in floribus. Long. max. 6. lat. 2.

Duae ab auctoribus confuſae ſunt ſpecies probe diſtinguendae, quas Clariſſ. Fabricius bene ſeparatas habet, *C. apiarium L.* et *aluearium*. Ad hunc poſteriorem citata pertinent ſequentia: Geoffr. Inſ. 1. 304. 1. vbi deſcriptio optima eſt, in figura autem t. 5. f. 4. faſcia poſtica elytrorum caerulea haud diſtincta eſt, ſed vt in *apiario* apicem tegit, absque margine rubro, id, quod omnino vitio chalcographico irrepſit. Porro: Schaeff. Elem. t. 46. Icon. t. 48. f. 11. Haud bene itaque Fabricius Geoffroyum ad ambos refert Cleros, cum ad *C. aluearium* ſolum pertineat. Clariſſimus Herbſt. eandem adhuc putauit ſpeciem. Sunt quidem primo intuitu ſimiles, ſed differentiae ſatis reſtat. Thorax in *C. alueario* longior, pone minus anguſtatus, obſcurior, magis conuexo-punctatus, pilis, etiam capitis, longioribus ac denſioribus. Antennae vnicolores, nigrae; in *apiario* baſi rufae ſunt. Elytra in *alueario* profundius punctata, numquam nitida ſunt, faſciaque prima pone baſin, a margine exteriore oblique deſcendit, ad ſuturam declinans; faſcia tertia et vltima anguſta eſt, nec marginem attingit. Apex elytrorum ruber; inde cum rube-

dine

dine ſpatii inter faſciam 2. et 3. cohaeret; in *apiario* apex ſemper cyaneo-nigor eſt. *C. apiarius* in regionibus noſtris vulgaris, in floribus occurrit, ſed *C. alueārium* numquam reprehendi. Hinc habitatio mihi ignota eſt. Quem itaque habuerit auctor, extricare nequeo, cum deſcriptionem haud adiecit. Hg.

(*p. 139.*)

XLIV. NOTOXVS.

Palpi qnatuor ſecuriformes. *Maxilla* vnidentata. *Antennae* moniliformes.

354. *N. Monoceros* thorace in cornu ſupra caput protenſo. F. Sp. 203. 2.

♂ Schrank. E. I. 421. Schaeff. Ic. t. 188. f. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 211. 6.

Elytra teſtacea faſcia poſtica nigra, punctoque antice nigro. Non frequens.

β. Variat magnitudine, et numero faſciarum in elytris, mihi ſpecies diſtincta, et primum capta menſ. Iun. in ſiliqua ſicca Nerii Oleandri; poſtea inueni ſaepe multos per totum Iunii menſem in foliis Nucis Iuglandis regiae velociſſime curſitantes, qui differunt a ſpecie Linnaeana, nam pro puncto habent faſcias tres nigras, et cedunt magnitudine. Etiam Schrankius varietatem adnotauit; ſed mea ſpecimina maiora duas lineas tantum attingunt. Tab. II. f. 14.

♀ *N. triſaſciatus*. Roſſi Mant. 45. 113.

N. cornutus. F. E. S. I. 2. 211. 7.

Habitat Florentiae et Piſis.

Neſcio, qua de cauſſa Roſſius hunc Notoxum, qui ſpecies plane diſtincta eſt, ſtatim haud ſeparauit,

cum ſibi tamen differentiam ſpecificam perſuaſam haberet. In Mantiſſa quidem vt nouam exhibet ſpeciem. Color in ſpecimine meo haud flauus, ſed flauus in album vergens. — In *N. Monocero* punctum marginale elytrorum interdum deeſt. Hg.

(*p. 140.*)

* 355. *N. Schaedia* totus ſubflauus; villoſus, thoracis dorſo ſcabroſitate nigra cornea notato.

Statura et facies *N. mollis*. Palpi quatuor ſecuriformes. Elytra mollia flexilia. Scabroſitas apparet quaſi fruſtulum ligni cuti adhaereat. Lectus, ſi bene recordor, in floribus Scabioſae. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$.

XLVII. CERAMBYX.

Palpi filiformes. *Maxilla* obtuſa viiidentata. *Labium* bifidum. *Antennae* ſetaceae.

356. *C. moſchatus* thorace ſpinoſo viridis nitens, antennis cyaneis mediocribus. F. Sp. 210. 9.

☉ Ray., Liſter., Friſch., Mouff., Bergſtr.

☽ Scop. E. C. 105. Schrank. E. I. 249. Schaeff. Ic. t. 11. f. 7.

♀ F. E. S. I. 2. 251. 1.

Odorem ſpargit gratum, et ſoporiferum. Hab. in Salice paſſim. Long. max. 17. lat. 4.

Variat colore rubro-aeneo. Hg.

357. *C. Cerdo* thorace ſpinoſo rugoſo niger, elytris rotundatis, antennis longis. F. Mant. 132. 21. Sp. 212. 18.

☉ Bergſtr., Friſch., Mouff., Drury.

☽ Degeer. Inſ. 5. 69. 6.
C. piceus. Fourcroy. Ent. Pariſ. 74. 2,
Schaeff. Ic. t. 14. f. 8.

F. E.

♀ F. E. S. I. 2. 255. 14.

Antennae corpore longiores, in maſculis, et ad apicem cinereo-lucidae, articulis quinque vltimis compreſſis ſpinaque terminatis. Hab. in ſiluis. Saepe lectus in Thalictro paſcuorum. Long. 10. lat. 3.

Auctor cum Fabricio perperam citat Linnaei *C. Cerdonem*, qui aperte ad ſequentem referendus eſt. Linnaeus ipſe *C. Cerdonem F.* haud ſatis noſſe videtur, cum marem *C. Herois F.* coniiceret, ſigno quidem interrogationis adiecto. Ideo auctores *C. Cerdonem F.* a Linnaeo quaſi varietatem exhibitum, haud bene citant. Mas *C. Cerdonis*, vt in plerisque huius gentis, antennis longioribus diſtinctus eſt.

In omnibus Bergſtraeſſeri tabulis et figuris, a Fabricio citatis, nil niſi *C. Heroem F.* agnoſco, quia elytra apice ſemper picea ſunt, id quod numquam in *C. Cerdone F.* obſeruaui. Hinc eiusdem figurae praeter neceſſitatem multiplicatae ſunt. Tam paruum autem *Heroem*, vt t. 11. f. 6. habet, haud vmquam vidi. — Citatum Degeerii, ab auctore adductum, dubios nos relinquit, vtrum *C. Cerdonem F.* an *Heroem F.* habuerit. Hg.

(*p. 141.*)

358. *C. Heros* thorace ſpinoſo rugoſo niger, elytris apice ſubſpinoſis teſtaceis, antennis longis. F. Mant. 132. 22. Sp. *Cerdo.* 18. β.

♀ F. E. S. I. 2. 255. 15.

Magnitudo, infra indicata, apud nos communis et conſtans. Antennae plerumque corpore duplo longiores, ſed interdum breuiores, et vix corpori aequales. Reliqua vt in diagnoſi Fabricii. Sane pro ſpecie, a *C. Cerdo* diſtincta, habendus, etſi diffe-

rentias omnes in vno tantum ſpecimine a Scopoli adnotatas, mihi in plurimis obſeruare non datum. Occurrunt alii etiam, ſed rarius, antennis, corpore, elytrisque totis teſtaceis mollioribus, qui veterem confuſionem diſcuſſam in animis renouare non debent, nam varietas haec repetenda eſſe videtur a ſtatu eorum recens declarato. Hab. in ſiluis frequentiſſimus, et inuentus etiam in horto academico in caudice Salicis Babylonicae. Long. 20. lat. 6.

Specimina mea ferme $17\frac{1}{2}$ lin. longa, et 5 lata ſunt, latitudine baſeos elytrorum ſumta. Antennae in maribus duplo longiores ſunt, quam in feminis. Thoracis rugae inordinatae, nunc obliquae, nunc transuerſales, nunc longitudinales, atque hinc inde interruptae, in *C. Cerdone F.* ſemper transuerſales ſunt. Caeterum vide adnotata ad priorem. Hg.

(*p. 142.*)

359. *C. nebuloſus* thorace ſpinoſo, elytris punctis faſciisque nigris, antennis longioribus. F. Sp. 215. 26.

☉ Sulz.

☽ Schrank. E. I. 246. Schaeff. Ic. t. 55. f. 4. 5.

♀ *Cerambyx nebuloſus.* F. E. S. I. 2. 261. 35. Panz. F. I. G. XIV. 13.

Hab. in Salice, Pinu. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 1.

Citatum Geoffroyi excludi debet, quia ad *Lam. nebuloſam F.* pertinet. Schaeff. Ic. t. 14. f. 9. citanda videtur, quia id citatum, ab auctore exhibitum, ad eandem L. nebuloſam F. referri oportet. Laichartingius ſub hoc nomine *Lam. variam* nec verum *C. nebuloſum* deſcripſit. Fabricii *C. nebuloſus* idem cum illis mihi videtur, quos Schaeff. l. c. et Voet. II. t. 4. f. 4. depictos habent, hinc ille Cerambyx, qui in nonnullis Germaniae muſeis nomine *C. puſio Panzeri* occurrit, eadem ſpecies eſt.

eſt. In hoc elytra luteo-cinerea ſunt, femoraque baſi gracilia, in clauam deſinunt. Degeerii citatum dubium remanet. Hg.

360. *C. varius* thorace ſpinoſo tuberculatoque, corpore nigro cinereoque variegato, femoribus clauatis, antennis mediocribus. F. Mant. 130. 2.

An *C. clauipes*. Schrank. E. I. 256? Schaeff. Icon. t. 203. f. 5.

♀ *Lamia varia*. F. E. S. I. 2. 271. 18.

Lamia nebuloſa. Laich. Tyr. 25. 6.

Deſcriptio Fabricii l. c. iterata.

Habit. in locis ſiluaticis minime rarus. Long. 5, 5½. lat. 1⅔, 2.

Equidem de citato Schrankii haud dubito. Caeterum confuſio in hoc et ſimilibus maxima eſt. Hg.

(*p. 143.*)

361. *C. hiſpidus* thorace ſpinoſo, elytris apice bidentatis, antennis mediocribus hirtis. F. Sp. 215. 27.

☉ Schaeff. Ic. t. 14. f. 9. Friſch., Rai.

☽ Schrank. E. I. 248. Schaeff. Ic. t. 176. f. 5.

♀ Panz. Naturf. XXIV. 26. 35. t. I. f. 35. Eiusd. F. I. G. XIV. 16.

Femora variegata, elytrorum colore, in maſculis clauata. Habit. in pomariis, et pratis. Long. 2½. lat. 1.

Schaeff. Ic. t. 14. f. 9., ad *C. nebuloſum* referatur. Degeerii citatum. V. 71. 9. t. 3. f. 17. quod et Fabricius in Ent. ſyſt. iterum exhibet, aperte ad *C. faſciculatum* F. pertinet, cum ipſe adnotet, elytra apice minime dentata, ſed parum truncata, et integra ac rotundata eſſe. Celeb. Fabricius in Ent. ſyſt. I. 2. 262. 41. *C. piloſum* habet, a D. Hübnero illi miſſum, a quo ipſe quoque accepi.

Hinc pro mea parte contendo, omnia citata ſub *C. hiſpido* (Degeerii, ad *C. faſciculat.* pertinente, excepto,) quae Auctor noſter exhibuit Fabricium ſecutus, ad *C. piloſum* referri debere. Linnaei, Geoffroyi, Schrankii deſcriptiones in hunc omnino competunt. Fabricii *C. hiſpidus* omnino alius videtur. Cum Laichartingius Tyrol. II. 27. 7. Geoffroyi citatum dubium habeat, quia ſpinas, nec faſciculos pilorum videt, reſpondere liceat, tubercula illa elytrorum tria interdum ſpinarum inſtar indiuiſa eſſe, vti ipſe obſeruauit, interdum autem diffindi, et ſetoſa apparere, quod in aetate prouectioribus fieri videtur. Forte etiam alium habuit Cerambycem, quam noſtrum. Hg.

* 362. *C. Quercus* thorace ſpinoſo, elytris integris fuſcis piloſis, faſcia pone medium vndulata nigra, antennis longioribus hirtis.

Accedere videtur ad *C. faſciculatum* F. mant. 134. 37., at diuerſus. Statura fere *C. nebuloſi.* Antennae fuſco-nigrae, corpore paullo longiores, graues, pilis tenuiſſimis longis quaſi ciliatae, articulis vndecim, quorum primus craſſus, ſecundus breuis, tertius longiuſculus, reliqui ſenſim minores, extimo oblongo. Caput et thorax fuſca. Thorax vtrinque ſpina acuta inſtructus. Elytra griſea fuſca integra, pilis raris nigris longis vndique aſperſa, baſi ad latera nigricante, et faſcia pone medium transuerſa vndulata nigra. Pedes fuſci. Femora craſſiuscula. Habit. in Quercu. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 1.

XLVIII. LAMIA.

(*p. 144.*)

Palpi quatuor filiformes. *Màxilla* cornea bifida. *Labium* corneum, bifidum. *Antennae* ſetaceae.

363. *L. Textor* thorace ſpinoſo, elytris conuexis atris, antennis mediocribus. F. Sp. 217. 7.

⊙ Bergſtr.

☽ Schrank. E. I. 255.

♀ F. E. S. I. 2. 268. 8.

Variat admodum magnitudine. Aptera, rudimentis tantum alarum. Deſcriptio Scopolina optima. In meis ſpeciminibus ſane multis, elytra ſemper punctis nigris eleuatis, et antennae in nonnullis breuiſſimae, in aliis corpore duplo longiores. Stridet, vt maxima pars huius generis, non retrahendo caput in thoracem, vti afferitur, ſed attritu thoracis eo loco, quo ſuperius baſin elytrorum tegit: ſi cultro ea pars tantillum abraditur, ſtridor ceſſat. Hab. in ligno putrido, in ſiluis, in hortis vbique. Long. 13. lat. 5.

In permultis ſpeciminibus antennas ſemper corpore paullo breuiores vidi, et colorem haud variantem, ſed fuſco nigrum. Scopolii E. C. 164. varietas *L. triſtis F.* eſt. Laichartingius etiam ita ſuſpicatur; ſi autem contra *C. aſperum* Sulz. Hiſt. Inſ. t. 5. f. 3. varietatem coniicit, valde erat. Hanc Italiae idigenam Lamiam, quae eadem cum *L. lugubri* F. E. S. I. 2. 283. 63. eſt, miramur, cur auctor non reperit. — Figura Schaefferi mala eſt, et ſtaturam, et maculas elytrorum fuſcas ſi reſpiciamus, quas ferme inuiſibiles ſemper, obſeruaui. Bergſtr. Nom. t. 1. f. 8. melius congruit. Hg.

364. *L. Sutor* thorace ſpinoſo, elytris atris ferru-

ferrugineo-maculatis, ſcutello luteo, antennis longiſſimis. F. Sp. 218. 15.

☉ Vdm., Sulz., Scop.

☽ Schaeff. Ic. t. 65. f. 1.

♀ F. E. S. I. 2. 277. 41.

Voet. Coleopt. II. t. V. f. 6. 7.

Elytra fuſco-aenea, ferrugineis vel albidis atomis maculata. Scutellum luteum. Habit. apud nos rarior. Long. 9. lat. $2\frac{1}{4}$.

Elytra nonnumquam minus maculata, quod in maſculo obſeruaui, vbi tibiae anticae antennaeque valde elongatae, atque elytra pone magis attenuata ſunt, quod in maſculis huius gentis fieri ſolet. Maſculus talis mihi eſt, totus fuſco-aeneus, ſcutello ſolo luteo, et ſtatura minore, quam in reliquis, ſimillimus iconi Voet. II. t. V. f. 6. Inde *L. Sartor* F. l. c. 278. 42. mera tantum varietas videtur, elytrorum maculis detritis. Hg.

(p. 145.)

365. *L. Kaehleri* thorace ſpinoſo nigra, elytris ſanguineis, macula nigra. F. Sp. 119. 20.

☉ Scop.

☽ *Lamia Hungarica.* Herbſt. Arch.

♀ *Cerambyx Kaehleri* F. E. S. I. 2. 257. 24.

Voet. tom. II. t. 11. f. 48.

Thorax variat, immaculatus, et macula laterali rufa; forte ſexus diuerſitas? Elytra quoque nunc immaculata, nunc macula nigra; apice emarginata. Specimen habeo elytris ſanguineis, ſingulo macula vnica nigra rotunda in medio poſita. In omnibus alae ſemper atro-caeruleae. Hab. in ſiluis, ſed inuenta etiam in horto. Long. 7, 9. lat. $2\frac{1}{4}$, 3.

Linnaei

Linnaei *L. Kachleri* thoracem macula laterali rufa habet, hinc alia, quam Fabricii *L. Kachleri* eſt, ſi alias Schneiderum ſequimur, qui diuerſas ſpecies credit. Mihi tamen vtraque eadem ſpecies videtur. Attamen maculas thoracis minime differentiam ſexus indicare, mihi perſuaſum eſt, cum *L. Kaehleri* thorace immaculato, marem feminamque poſſideam. Huius ſpecimen vnicum elytro ſiniſtro, maculae communis dimidia parte excepta, aliam inſuper maculam transuerſalem gerit nigram, quod etiam variabilem colorum indolem prodere videtur. — Haud bene autem auctor *L. Hungaricam* Herbſt. Arch. t. 25. f. 6. citat. quae ſane diuerſa eſt, ſtatura multo anguſtiore, thorace aut lateribus ſanguineo, aut maculis lateralibus ita confluentibus, vt faſciam conſtituant, et macula communi elytrorum in medio incipiente, ſenſim dilatata, et elytrorum apicem obtegente, id, quod numquam in *L. Kaehleri* vidi.

Caeterum haec *L. Kaehleri* in Brunsvigae regionibus rariſſimum animal, circa Magdeburgum autem haud raro occurrit, numquam tamen, quod ſciam, macula thoracis laterali ſanguinea. Hg.

366. *L. funeſta* thorace ſpinoſo fuſca, elytris laeuibus: maculis duabus atris; antennis breuibus. F. Mant. 139. 38.

♀ F. E. S. I. 2. 284. 65.

Ceramb. pulverulentus. Scop. Ann. V. 95. 55.

Affinis *L. triſti*, at minor, et antennae breuiores. Tota ſupra terrei coloris. Antennae brenes, nigrofuſcae. Thoracis margo anticus pilis ſubalbidis ciliatus, mucrone craſſo. Elytra haud ſcabra: ſingulum maculis duabus tomentoſis, irregularibus, quae ſaepe figura variant. Corpus et pedes nigro-

nigro-fuſca tibiis mediis appendiculatis, vel dente notatis: character Scopolinus aliis huius generis communis. Habit. apud nos frequens in ſiluis. Long. 9. lat. 3.

Citatum e Scopolio celeberr. Panzer Naturf. XXIV. 26. 36., vbi figura huius inſecti elegantiſſima datur, iam exhibet. Linnaei *C. triſtis* num haecce *funeſta?* Certe elytra ab illo commemorata fuſca in hanc potius, quam in *L. triſtem. F.* quadrant. Hg.

(*p. 146.*)

367. *L. nebuloſa* thorace inermi ferrugineo, nigro-lineato, elytris fuſco ferrugineoque variis, macula marginali cinerea, antennis mediocribus. F. Sp. 213. 13.

♀ F. E. S. I. 2. 277. 38.

Deſcriptam habes a Fabricio l. c. Hab. in ſiluis. Long. 5. lat. $2\frac{2}{3}$.

368. L. *pedeſtris* thorace ſpinoſo, atra, vitta integra alba, antennis mediocribus. F. Sp. 223. 41.

♂ Schrank. E. I. 261. Schaeff. Ic. t. 55. f. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 288. 82.

Nigra, aptera, capite et thorace linea media longitudinali alba, quae per ſuturam decurrit vsque ad apicem elytrorum. Antennae breues, baſi fulua, vti etiam femora et tibiae. Pedes vero plerumque fuſci. Tibiae mediae ad latus externum appendiculatae. Elytra nigra albo marginata. Corpus ſuperne opacum, ſubtus cinereo polline adſperſum. Occurrit frequens varietas minor, quae differre videtur ab hac, elytris praeſertim punctatis, et nitidioribus, non referenda neque

neque ad *L. Morionem*, neque ad *L. lineatam* F. Mant. Forte mas praecedentis? — Hab. ruri in locis, et viis arenoſis frequens. Long. $6\frac{2}{3}$. lat. $2\frac{3}{4}$.

Variat colore, tomento elytra et corpus tegente nunc fuſco-nigro, nunc aterrimo. Fabricius in Entom. ſyſt. *L. rufipedem* habet, vbi referatur Schaeff. Ic. t. 55. f. 3. ſecundum Harreri deſcriptionem; Schrank. E. I. 261.; *L. arenaria* Laich. Tyr. II. 20. 4. Voet. II. t. 9. f. 31., quam Scopolius varietatem tantum putat, vti et Auctor noſter. — *L. pedeſtris* Herbſt. Arch. IV. 91. 9. t. 25. f. 9. alia eſt, quod ex icone adiecta apparet. Hg.

(p. 147.)

369. *L. Molitor Etruſca* thorace ſpinoſo, oleagineo-fuſca, futura, vittisque tribus albis a capite ad apicem elytrorum ductis.

Huc referre maluimus, at differre in multis videtur a *L. Molitore* F. Sp. 224. 42.

Facies *L. pedeſtris*, at corpore magis globoſo. Tota ſuperne tomento decumbente fuſco ſubuiridi holoſericeo nitens, antennis mediocribus fuſcis. Vittae tres albidae latae praeter futuram albam, a fronte per ſingulum elytrum excurrunt ad apicem, quarum maior marginalis eſt. Pedes fuſci. Hab. ſiluas. Long. $7\frac{1}{3}$. lat. 3.

Ipſe Lamias, h. l. deſcriptis ſimiles, poſſideo, quas olim ſub nomine *L. molitoris* F. miſſas accepi, a qua autem et vittarum figura et patria differunt, cum Fabricii Lamia Indiae indigena ſit, noſtra autem ex Hungaria nobis allata eſt. Herbſtii *L. pedeſtris* l. c. eadem mihi viſa eſt, ſed color ibi depictus niger, in meis oleagineo-fuſcus eſt. Omnibus ferme notis cum auctoris deſcriptione conueniunt, ſed deſcriptio breuis adiecta diſcernat.

Eadem

Eadem capitis thoracisque pictura, vt *L. pedeſtris*, colore atro excepto. Elytrorum ſutura et margo alba ſunt. Superne ad carinam elytrorum lateralem vitta alba decurrit in medio elytro ferme ſita, quae ſtatim, vbi excurrit, ſinditur, vt linea fuſca huic vittae intermedia iaceat. Verſus apicem vittae brachia rurſus connectuntur, eodem modo, vt in *L. lineata* F. vel *L. Scopoli*. Herbſt. Arch. t. 25. f. 11. Haec vitta elytro impreſſa eſt, vt ſpatium lineare intermedium emineat, quod praecipue in varietate quadam apparet, vbi tomentum vittae album detritum eſt. Color fuſcus etiam a tomento depreſſo originem ducit. Pedes antennaeque fuſci interdum nigricant. Hg.

* 370 *L. vnifaſciata* thorace inermi, ouato, ſordide nigro, elytris fuſcis nigro-punctatis, faſcia media atra flexuoſa flauo-marginata.

♀ Roſſi. Mant. 50. 124.

Corpus ouatum. Antennae longitudine corporis articulis ſubferrugineis, apice pallidis, tertio et quarto praelongis, arcuatis. Caput, et thorax fuſco-nigra. Elytra obtuſa punctis nigris raris excauata, faſcia lata nigra margine vtrinque flexuoſo angulato flauo, quae magnam partem abdominis tegunt. Femora fuſca tibiis apice albido. Tab. I. f. 5. Hab. ſub arborum cortice in ſiluis. Lecta m. Dec. et Feb. Long. 4. lat. 1½.

(p. 148.)

XLIX. STENOCORVS.

Palpi quatuor anteriores filiformes, poſteriores clauati. *Antennae* ſetaceae.

371 *S. Lamed* thorace ſpinoſo pubeſcente, elytris faſtigiatis liuidis taenia obſcura longitudinali ſinuata. F. Sp. 226. 3.

♂ *Leptura haſtata.* F. Mant. 157. 2. Petagna. ſp. I. C. f. XVII.

♀ *Leptura haſtata.* F. E. S. I. 2. 339. 2.

Geoffroyana deſcriptio noſtrum inſectum optime deſignat thorace non ſpinoſo, et macula haſtata in elytris. Totus ſubpubeſcens. Caput nigrum, palpis anterioribus porrectis triarticulatis, antennis nigris. Thorax niger rotundus, dorſo plano punctato, lateribus tuberculoſis; antice, et poſtice marginatus. Scutellum nigrum. Elytra rubeſcentia faſtigiata, praemorſa, apice nigro, et corpore paullo breuiora, macula haſtata nigra medietate futurae. Subtus totus niger corpore tomentoſo albo lucido. Pedes longi. Hab. flores praeſertim Rubi et Scabioſae paſſim. Long. 6. lat. $1\frac{2}{3}$.

Auctorem *C. Lamed* L. haud nouiſſe, ex his iamiam dictis ſatis apparet. Quomodo autem ob citatum falſum credere potuit, Celeberrimum. Fabricium idem inſectum bis et in diuerſis generibus deſcripſiſſe, quem ſcimus nullas in ſyſtema excipere ſpecies quas Ipſe haud vidit? Qua deinde ratione *thoracem* expreſſe dictum *ſpinoſum* in diagnoſi, negligere, eandemque diagnoſin in Lepturam thorace inermi, transferre potuit? — Citatum Sulzeri, Petagnae et Geoffroyi ad *L. haſtatam* F. pertinet, vbi etiam Fabricius in Ent. ſyſt. ſua habet, quamuis id nouiſſimum iterum ſub *St. Lamed* exhibeat, ſine errore quodam calami.

St. Lamed ſemper e Suecia accepi. Statura eadem, quae *Lept. 4-maculatae*, elytraque eiusdem liuido-teſtacei coloris. Caput nigrum iniquum, oculis brunneis. Antennae dimidia corporis longitudine. Thorax niger, pubeſcens, punctatus, antice anguſtatus: futura ibi capitis collum arcte cingente; in dorſo linea longitudinalis im-

preſſa eſt; latera ſpina valida armata ſunt. Scutellum mediocre, atrum. Elytra liuido-teſtacea, pone attenuata, vt in congeneribus, excauato-punctata. A humero faſcia decurrit verſus ſuturam obliqua, ſinuata, *Hebraïcum* ל *(Lamed)* tamquam referens, nigra. Verſus apicem macula nigra eſt, ſubconica, ſupra ſubemarginata. Corpus ſubtus cum pedibus nigrum ac pubeſcens eſt. Magnitudo variat. Longus 8, nonnumquam 11. lin. et 3-4 latus, latitudine baſeos elytrorum computata.

Pauca de genere *Stenocori* addere liceat. Fabricius in Entom. ſyſtem. ſua hoc genere plura coniungit coleoptera, quae ſeparanda, et ſingula ſuis generibus annumeranda videntur v. c. *St. Marylandicus* verum *Callidium*, vel potius *Clytus* (genus nouum, a Laichartingio conditum, bonum,) eſt. *St. Feſtiuus Prioni* genus ſubiret, vbi *P. depſarium* ſtatura ſibi ſimilem habet. *Leptura quadrimaculata* contra iure huic generi adiungenda videtur, et totum habitum, et thoracis ſpinas ſi reſpiciamus. Hg.

L. CALOPVS.

Palpi quatuor antici clauati, poſtici filiformes. *Labium* membranaceum bifidum. *Antennae* filiformes.

372. *C. ſerraticornis* fuſcus, antennis compreſſis. F. Syſt. Ent. 182.

♀ F. E. S. I. 2. 303. 1. Panz. F. I. G. III. 15.

Antennae mediocres, compreſſae, ſerratae. Palpi antici longiores clauati, ante mandibulas porrecti, poſtici filiformes. Labium membranaceum, apice ſubpiloſum. Oculi magni nigri. Caput pone elon-

elongatum, et thorax conformata omniño, vti in *Attelabo Coryli*. Lecti duo e terrae fiſſura exeuntes in loco montuoſo iuxta truncum Quercus Suberis d. 22. Aug. in ſtatu nonnihil incompleto, nempe elytris mollioribus abbreuiatis. Long. 8, 9. lat. 2, $2\frac{1}{2}$.

Antennae maris admodum compreſſae, latae: articulis latere exteriore rectis, interiore autem prominentibus ſubſinuatis; antennarum feminae articuli ferme lineares, parum compreſſi ſerratique. Haec longa eſt 9, ille 7. lin. hic latus $1\frac{1}{2}$. illa $2\frac{1}{2}$. lin. Caeterum miror, hoc pulcherrimum inſectum, quod ex Suecia ſemper accepi, etiam in Italia occurrere, quamuis mihi notum eſt, in Germania quoque repertum eſſe (vid. Celeb. Panz. l. c). Forte noua ſpecies, praecipue cum ſtatus tam iuuenis ac ſingularis, quem in eiusmodi inſectis nondum obſeruaui, determinationem certam fallere poſſet. Hg.

(p. 149.)

LI. RHAGIVM.

* 373. *R. Etruſcum* thorace obtuſe ſpinoſo ruſum, elytris violaceis.

Pallas Ic. Inſ. t. F. f. 17. exhibet Iconem quodammodo ſimilem, ſed paullo minorem.

♀ *Callidium Salicis.* Roſſi. Mant. 51. 12. 8.
F. E. S. I. 2. 329. 51.
Cerambyx bicolor. Schrank. E. I. 251.
Rhagium Schrankii. Laich. Tyrol. II. 118. 2.
Geoffr. Inſ. 1. 224. 4.

Statura *R. Inquiſitoris*, ſed maius. Antennae breues ante oculos poſitae, nigrae, quatuor primis articulis rufis. Palpi quatuor capitati, rufi.

Caput rufum. Oculi nigri. Thorax rufus, vtrinque ſpina obtuſiſſima, ſeu potius tuberculo inſtructus. Elytra violacea nitida. Abdomen, pedesque rufi, tarſis quatuor fuſceſcentibus. Pectus nigrum. Alae nigrae. Variat antennis totis rufis. Deſcriptum non inueni. Tab. I. f. 4.

Hab. Florentiae rarum. Long. 10. lat. 3.

Maius *St. Inquiſitore*, et anguſtius, nec pone attenuatum. Elytra nigro-caerulea, margine prope baſin flauicante. Variat elytris griſeo-teſtaceis: varietas aetatis videtur. Auctorem noſtrum deſcriptum inuenire non poſſe, id inde deducendum videtur, quod a Fabricio ad *Callidia* relatum ſit. Mihi cum multis aliis Entomologis verum Rhagium eſt. Hg.

(*p. 150.*)

LII. SAPERDA.

Palpi filiformes. *Maxilla* membranacea, bifida. *Labium* cordatum, truncatum. *Antennae* ſetaceae.

374. *S. cylindrica* cylindrica, nigra, pedibus anticis luteis. F. Sp. 232. 7.

☽ Schaeff. Ic. t. 48. f. 4.
♀ F. E. S. I. 2. 310. 14.

Villoſula. Caput inclinatum. Antennae corpori aequales. Elytra punctata femoribus rufis baſi nigris. Habitat in Corylo, etiam in floribus non frequens. Long. 4. lat. 1.

Citatum Geoffroyi 1. 208. 2. optime conuenit, ſed nihil *de pedibus anticis medio flauis* dicit, quos tamen ſemper praeſentes obſeruo. Ne ſit *S. dubia Laich.* prohibent praecipue illa verba: *on voit ſur les étuis deux raies longitudinales plus élevées,* quod exacte cum elytris *S. cylindricae,* ſed etiam *S. cae-*

S. caeruleſcentis. n. 378. quadrat. Hinc pedum colorem aut tranſiit Geoffroyus, aut varietatem quamdam pedibus omnibus vnicoloribus, aut *S. caeruleſcentem* deſcripſit, vbi autem color haud bene *nigro-caeruleus* vocatus eſſet. Cuius linea thoracis medii alba, quae nonnumquam paullo ſcutellum vltra extenditur, ſaepius deleta eſt. Citatum Roeſel. Inſ. 2. Scar. 2. t. 3. aperte ad *S. linearem F.* referri debet. Hg.

375. *S. Cardui* fuſca, thorace lineato, ſcutello flauo, antennis longis. F. Sp. 233. 16.

♀ *S. nigricornis.* F. E. S. I. 2. 314. 31.

Cerambyx Cardui. Schrank. E. I. 140. 265.

Corpus tomentoſum flaueſcens, thorace fuſco lineis tribus longitudinalibus flauis, quarum vna in medio, et vna ad ſingula latera. Scutellum flauum. Antennarum primus articulus ater, reliqui cinerei apicibus nigris. Variat admodum magnitudine. Habit. ruri in Carduis frequens. Long. 7. lat. 2.

Linnaeus lineam longitudinalem a capite per thoracem atque elytra ductam eſſe memorat, cuius tamen in elytris imo rudimentum detegere nequeo. Magnitudo tam variabilis eſt, vt ſaepius triplo minor occurrat. Pili flauicantes, qui animalculum in ſtatu integro viridiflauum reddunt, maculis immiſtis raris nigris, vbi tomentum deficit, interdum ferme toti detriti, hinc nonnumquam nigricans apparet. Hg.

376. *S. punctata* thorace cylindrico viridis, punctis nigris numeroſis, antennis mediocribus. F. Sp. 234. 20.

♂ Schaeff. Ic. t. 201. f. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 315. 39.

Femina multo maior maſculo. Antennae et pedes elytris concolora, at facile nigra euadunt ob iacturam tomenti. In feminis abdomen etiam ſaepe nigro-punctatum. Hab. in ſepibus non frequens. Long. 5, $7\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$, $1\frac{1}{2}$.

Auctor cum Fabricio Schaeff Ic. t. 101. f. 1., vbi *S. tremula F.* bene repraeſentata eſt, citat. *S. punctatam Lin.* et *Fabr.* me nondum nouiſſe, confiteor. Hinc neſcio, vtrum icon Sulz. Hiſt. tab. 5. f. 10., quam Auctor ſigno interrogationis adiecto exhibet, an Schaeff. Ic. t. 201. f. 4. vera ſit. Sulzeri figuram Dns. Herbſt. (Fuesl. Arch. IV. 94. 7.) apud *S. punctatam F.*, quam *octopunctatum* vocat, allegat. Ex ibi adnotato, licet breuiſſimo, concludere poſſumus, illum veram *S. tremulam F.* habuiſſe, et Sulzeri figuram perperam allegaſſe. Hg.

377. *S. populnea* thorace flauo-lineato, elytris punctis quatuor flauis, antennis mediocribus. F. Sp. 234. 18.

⊙ Gadd.

☽ Schrank. E. I. 266.

♀ F. E. S. I. 2. 315. 37.

Mea ſpecimina thoracem habent lateribus tantum flauo-lineatis. Hab. in Alno. Long. $4\frac{1}{2}$. lat. 1.

Bergſtraeſſ. Nomencl. t. 2. f. 4. huc referenda eſt. Magnitudo quidem variat, ſed haud inſolito modo. Linea thoracis intermedia ſaepius detrita eſt; rarius integra, ſed paullulum interrupta, conſpici ſolet. Maculas elytrorum quinque, haud eadem directione diſpoſitas, numero, quas tamen inconſtantes obſeruo: nunc albicantes minores, nunc maiores, ac luteas. Quarum poſteriorum maculae quaſi confluentes e duabus minoribus apparent,

vt

vt faſciae obliquae ſpeciem prae ſe ferant, quod Bergſtraeſſerus l. c. ſpectare videtur. Hg.

(*p. 152.*)

* 378. *S. caeruleſcens* thorace mutico cylindrica, albo-caerulea, lineis tribus thoracis, ſcutelloque pallidioribus. Schrank. E. I. 271.

Leptura caeruleſcens. Scop. E. C. 160. Fuesly. Arch. Ent. t. 26. f. 5. Petagn. Inſ. Cal. f. 18.

♀ Laichart. Tyrol. II. 45. 9.

S. vireſcens. F. E. S. I. 2. 315. 40?

Thorax lineis tribus albicantibus, vti etiam elytrorum ſutura. Antennae albo nigroque maculatae corpore longiores. Tota tomentoſa albo-caerulea. Habit. flores. Long. 4½. lat. 1½.

Citatum e Scopolio ſemper obſcurum manebit. Omnes illae Saperdae, quas Celeb. Herbſtius ac Panzerus (Naturf. XXIV. t. 1. f. 37.) depictas exhibent, antennas vnicolores habent, ſuturam albam inſuper in ſpeciminibus meis conſpicere nequeo, nec Schrankium eiusdem mentionem feciſſe, video. Hinc Auctoris *Saperda* noua ac diſtincta videtur ſpecies. Noſtram paucis deſcribere iuuat. Elytra eiusdem cum *S. cylindrica* fabricae. Qua ratione Geoffr. 1. 208. 2. *Lept. ardoiſés* haec *S. caeruleſcens* eſſe poſſet. Vid. Adn. ad *S. cylindricam.* n. 374. — Eadem ſtriata, punctis, quamuis diſſitis, vocat Schrank. l. c. ſed punctata appellare mallem, punctis quidem, ſed admodum irregulariter, in ſtrias approximatas, diſpoſitis. Aliquando ſub nomine *S. nigricornis. F.* mihi miſſa eſt. Locus idoneus viſus eſt, breuia de translatione quadam nominum h. l. adiicere. In Entom. ſyſtem. Fabr. nempe *S. nigricornis* eſt *S. Cardui Mant.*, dein *S. futuralis: S. nigricornis,*

ac denique *S. annulata*: olim ſic dicta *S. futuralis*. Hg.

379. *S. futuralis* thorace rotundato, lineato, virescens, elytris acuminatis: ſutura alba. F. Mant. 149. 25.

♀ *S annulata*. F. E. S. I. 2. 314. 33.

Statura *S. Cardui*. Magnitudo *S. linearis*. Antennae longitudine corporis baſi albae, apice nigrae, primo articulo toto nigro. Thorax rotundatus, fuſco-viridis, lineis tribus flaueſcentibus. Elytra glabra fuſco-viridia, ſubmarginata, apice acuta, ſutura prominula alba, punctata, ſed punctis vix nudo oculo conſpicuis. Hab. in plantis minime frequens. Long. 5. lat. $2\frac{1}{3}$.

Ex Italia Saperda mihi miſſa eſt, quam futuralem puto, cui autem color fuſco-niger, elytraque aperte punctata ſunt. Caetera deſcriptioni conueniunt. Hg.

* 380. *S. Filum* thorace cylindrico, nigro-fuſca, antennis nigris corpore duplo longioribus.

♀ *S. hirta*. E. S. I. 2. 317. 51.

Facies, et color *S. populneae*, ſed triplo minor, et immaculata, vix cinereo-pubeſcens. Caput, thorax, elytra punctulata vnicoloria. Pedes nigri plantis albidis. Tab. 5. f. 10. Lecta in prato ſilueſtri. Long. 3. lat. $\frac{1}{2}$.

Citatum e Fabricio, auctoritate Celeb. Viri, exhibeo. Hg.

(*p. 153.*)

LIII. CALLIDIVM.

Palpi quatuor clauati. *Maxilla* membranacea bifida. *Labium* bifidum laciniis tenuiſſimis acutis. *Antennae* ſetaceae.

381. *C. Bajulus* thorace villoſo tuberculis duobus, corpore fuſco. F. Sp. 236. 1. Sulz.

⊙ Sulz., Friſch.
☽ Geoffr. Inſ. 1. 218. 1. Schrank. E. I. 281. 17.
♀ F. E. S. I. 2. 318. 2.

Totum nigricans, capite, et thorace praeſertim villoſo, tuberculis duobus lucidis atris. Elytra punctis prominulis ſcabra. Femina caudata elytris pallidioribus. Variat magnitudine minori. Linn. confer in Fn. Sv. — Habit. in arborum truncis. Long. 7. lat. 3.

Mas duplo minor femina. *C. Linneianum* Laich. Tyrol. II. 69. 6. varietas tantum videtur, cum magnitudinem, et elytrorum macularum numerum inconſtantem obſeruarem. Si deinde Geoffroyi inſectum ad *C. Linneianum* ſuum, nec ad *C. Baiulum* referre mauult, idem, quod apud *C. Baiulum*, obſtat ſecundum opinionem Laichartingii, thoracem vtriusque haud rhomboïdalem eſſe; ſed verba Geoffroyi tam anxie legere, haud bene factum mihi videtur. Hg.

* 382. *C. holoſericeum* thorace mutico rotundato globoſo, corpore elytrisque cinereis holoſericeis.

An *C. ſericeum*. F. Mant. 152. 14?

Statura et magnitudine proximum *C. ruſtico*, ſed totum tomento cinereo obtectum. Differt etiam oculis magis lunulatis, thorace punctis elevatis non concauis, femoribus craſſioribus. Pedes, antennaeque cinereae pilis adſperſae. Tab. I. f. 6.

Repertum pluries in horti pariete. Long. 9. lat. 3½.

Fabricius in Ent. ſyſt. I. 2. 322. 17. apud *C. ſericeum* ſuum allegat. Hg.

(*p. 154.*)

* 383. *C. Omega* thorace rotundato, nigro-

fuſcum, elytris punctis quatuor transuerſis faſciaque arcuata cinereis.

Differt a *C. Baiulo* magnitudine paullo minori, et thorace magis rotundato, minus depreſſo, neque villoſo, neque tuberculoſo.

An *C. licitatus.* Linn. Syſt. Nat. 636. 78?

Antennae nigrae, breues. Caput ſub oculis cinereo-tomentoſum, linea nigra lucida inter antennas ad os decurrente. Thorax vix pubeſcens, niger, fuſcus, punctis griſeis ſparſis. Elytra nigra, obſcura, punctata, pone medium punctis quatuor transuerſis cinereis, vno vtrinque marginali, altero ad ſuturam trilobo. Mox faſcia anguſta, arcuata, obſolete cinerea. Apex quoque cinereo-albidus. Pedes nigri, femora ſubclauata longa, ad baſin exilia, ſubruſa.

Reperi in Populo tremula. Long 6. lat. $1\frac{1}{4}$.

C. Omega Auctoris *C. liciatum L.* eſſe, libenter equidem credo, cum raro ſpecimina thoracis ſignatura integra occurrant, qualia Panz. Naturf. XXIV. t. 1. f. 38. exhibet. Elytrorum quoque puncta albida villoſa ſaepius deteruntur. Tale ſpecimen detritum Celeberrimus Fabricius ipſe pro *C. atomario* ſuo determinauit, quamuis bene ſciam *C. liciatum. L.* ab eodem apud *C. Hafnienſe* ſuum allegatum eſſe. Anne itaque *C. atomarium F.* varietas tantum detrita *C. Hafnienſis?* Hg.

384. *C. Femmicum* thorace tuberculato, ruſo, elytris violaceis, antennis mediocribus. F. Sp. 236. 2.

☉ Udm.

☽ Schrank. E. I. 282. Schaeff. Ic. t. 4. f. 12.

♀ F. E. S. T. 2. 319. 3.

Lectum in ſiluis ſub Iulii finem. Long. $4\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Con-

Confuſio in hoc et *variabili* maxima eſt, quam extricari, vix ſperare licet. Specimina mea cum deſcriptione Schrankii exacte congruunt. Plures Entomologi vtrumque Callidium idem putant, mihi tamen ſemper aliquid incerti reſtat, praecipue de citato Linneano, quia incredibile videtur, Linnaeum tam leues, ac primo intuitu recognitas varietates ad ſpeciem vnam haud reuocauiſſe. Geoffroyi citatum dubium habet Auctor, nil tamen impedit, quo minus n. 18, 19, 20, huc referantur.

Fabricius in Ent. ſyſt. apud *C. variabile* ſuum (321. 16.) *C. aeneum* (id, quod legendum pro *C. Hungaricum*) Herbſt. Arch. t. 26 f. 12. allegat, quod errore quodam factum eſſe putaremus, niſi Ipſe, idem *C. aeneum* Herbſtii, (quod *C. aeneum* Degeerio quoque audit,) *C. variabile* ſuum eſſe, nos certiores feciſſet. Qua de cauſſa citata Linnaei, et Schaeff. Ic. t. 4. f. 12. deleantur; *C. Fennicum* vero Fabricii, *C. variabilis* nomen optime meretur, cum numquam idem reperiatur. Hg.

385. *C. violaceum* thorace ſubpubeſcente, corpore violaceo, antennis breuibus. F. Sp. 237. 5.

⊙ Gadd., Friſch.

☽ Pod. M. G. 36. 18. Schrank. E. I. 277. Schaeff. Ic. t. 4. f. 13, t. 234. f. 1.

♀ F. E. S. I. 2. 320. 9.

Abdomen pedesque atro-violacea. Elytra pone rotundata. Hab. in hortis. Long. 4. lat. 1⅓.

(p. 155.)

386. *C. ſanguineum* thorace ſubtuberculato, elytrisque ſanguineis, antennis mediocribus. F. Sp. 238. 16.

⊙ Schaeff. Ic. t. 64. f. 1.

☽ Pod. M. G. 36. Schrank. E. I. 284. Schaeff. Ic. t. 64. f. 7.

F. E.

♀ F. E. S. I. 2. 326. 35.
Supra fericeo-ſanguineum, ſubtus totum nigrum.
Hab. in ſiluis. Inuentum etiam in pariete externo.
Long. 5. lat. 2.

387. *C. teſtaceum* thorace ſubtuberculato, corpore teſtaceo, antennis mediocribus fuſcis. F. Sp. 239. 17.

♀ F. E. S. I. 2. 326. 36.
Habit. flores vmbellatos. Long. $4\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.
Figuram Schaeff. Ic. t. 64. f. 6. Harrerus l. c. apud *C. Fennicum* allegat. Hg.

(*p. 156.*)

398. *C. arcuatum* thorace rotundato, elytris faſciis quatuor flauis prima interrupta, reliquis retrorſum arcuatis. F. Sp. 241. 35.

☉ Vdm., Friſch., Leche., Rai., Petiv., Schaeff. Ic. t. 107. f. 2. 3.
☽ Schrank. E. I. 308.
♀ F. E. S. I. 2. 333. 64.
Schrankii deſcriptio iterum exhibetur.
Hab. in floribus obuium. Long. 5. lat. $1\frac{1}{3}$.
Schrankii deſcriptio, quam Auctor optimam vocat, haud omnibus conuenit notis. et Callidium aliud deſignat, forte ſequens *C. floreale*, cum et minimus quisque character illi congruat. *C. arcuati* deſcriptionem adiiciam, vt comparare liceat. Magnitudine *C. Arietis F.* ſuperat, cui ſtatura ſimilis eſt. Color toto corpore niger. Antennae rufae ſunt. Caput, pone antennas, annulo cingitur, qui, vti et frons, luteus eſt. Thorax baſi interdum flauo-marginatus eſt, ſed inſuper pone medium ab vtroque latere maculam transuerſalem, anguſtam, (rariſſime ac ne vix quidem coniunctam,) flauam gerit, quae, vti ſutura antica, punctumque late-

laterale ſubtus ad pedem, flauum, numquam deeſt. Faſciam baſeos elytrorum haud vmquam vidi, ſed, ſcutello computato, puncta quatuor flaua ita diſpoſita ſunt, vt rhombum conſtituant, cuius apex alter ſcutellum, alter huic oppoſitus, macula futuralis communis eſt. Ad humeros macula alia flaua conſpicitur. Faſciae tunc quatuor flauae numerantur; prima anguſta, nec marginem, nec futuram attingens, ſinuata in figuram ferme litterae ſ iacentis. Secunda ac tertia, futuram tantum attingunt, ibique coniunguntur, et ita curuatae ſunt, vt inflexura elytrorum baſin, ſinus autem apicem ſpectet. Apex quartam atque inſimam habet, extremo tamen margine nigro. Abdominis ſegmentorum margines, pectorisque latera, luteſcunt. Pedes rufeſcentes. Femora clauata ſunt, clauis, in primis parium anteriorum, nigricantibus.

Schaeff. Ic. t. 107. f. 2. omnino huc pertinet, eiusdem tabulae autem figura 3. ad *C. Gazellam* F. I. c. n, 66. Suturam thoracis poſticam interdum flauicare, iam ſupra notatum eſt, atque Geoffroyus. 212. 10. ita deſcripſit. Varietates, ab eodem, enumeratae, nullo modo huc ſpectant, prior *C. detritum*, poſterior Callidium ſiſtit, quod nondum noui. Hg.

389. *C. florale* thorace globoſo, albo-faſciato, elytris nigris, faſciis quinque albis. F. Sp. 241. 33.

♀ F. E. S. I. 2. 332. 61.

Clytus aulicus. Laich. Tyrol. II. 103. 5.

Leptura arcuata. Schrank. E. I. 308?

Habit. in floribus. Long. $5\frac{2}{3}$. lat. $1\frac{1}{6}$.

Pallas, quem Auctor cum Fabricio citat, *C. floralem* ſuum maiorem eſſe *C. arcuato* dicit, et D. Roſſius menſuram h. l. exhibet *C. arcuati* menſuram ſupe-

ſuperantem. Specimen meum maximum, quod et magnitudini a Laichartingio, et Herbſtio, datae conuenit, 5. lin., *C. arcuatum* vero 7. lin. longum eſt. De citato Schrankii vide, quae ſupra ad *C. arcuatum* adnotaui. Hg.

(*p. 157.*)

390. *C. Arietis* thorace rotundato, nigro, elytris nigris, faſciis flauis, ſecunda antrorſum arcuata, pedibus ferrugineis. F. Sp. 242. 36.

⊙ Petiv., Friſch.

☽ Schrank. E. I. 307. Schaeff. Ic. t. 38. f. 8.

Deſcriptio Linnaei in Fn. Sv. optima, cui addi poteſt, thorax etiam margine poſtico flauus. Magnit. variat. Hab. in floribus; apud nos primo vero iam declaratum. Long. 5. lat. $\frac{2}{3}$.

Duae ab auctoribus confuſae ſunt plane diſtinctae ſpecies, quas Schneiderus primus fere ſeparauit. Fabricius quoque in Ent. ſyſt. I. 2. 333. *C. arietis* (n. 65.) et *C. Gazellam* (n. 66.) habet, ſed citata, ibidem exhibita, diſponi neceſſe eſt. Apud *C. Arietis* F. l. c. n. 65. citata: Linnaeus, Oliuier, Geoffroyus, Schaeff. Ic. t. 107. f. 3. ad *C. Gazellam* n. 66. pertinent, quibus adiungantur: *Clytus Arietis.* Laichart. Tyrol. II. 92. 2; Schaeff. Ic. t. 38. f. 8. et Panz. F. I. G. IV. 15. Equidem *C. Arietis F.* diſtinctam ſpeciem habeo, cum ſemper conſtans ſit, ac notae haud varient. Si enim thoracis lineam caſu detritam putaremus, cur idem caſus in *C. Gazella F.* vel *C. Arietis L.* nondum apparuit, cur ſemper huic cum antennarum apice nigricante, atque faſcia ſecunda elytrorum ſtatim ad ſuturam coniuncta, nec verſus ſcutellum aſcendente, lineae thoracis interruptae propriae ſunt? At alii inſuper characteres adſunt. In *C. Arietis F.* inter oculos lineae duae longitudinales

dinales a fronte ad os deſcendunt, et thorax elytris latior, et verſus baſin angulatus eſt, in *C. Arietis L.* autem globoſus atque aequalis. Elytrorum baſis in *C. Arietis F.* detrita atque fuſca eſſe ſolet. Hg.

391. *C. Verbaſci* thorace rotundato nigro-maculato, elytris ſubuireſcentibus, faſciis tribus nigris, prima lunari. F. Sp. 244. 43.

☉ Geoffr. Inſ. 1. 216. 14. Schrank. E. I. 309. Schaeff. Ic. t. 203. f. 4.

♀ *C. ornatum.* F. E. S. I. 2. 336. 77.

Color glauco-cinereus, vel pallide ſulphureus. Thorax globoſus, tomentoſus, faſcia media nigra. Elytro ſingulo prope baſin faſcia literam C. referens, ita poſita, vt conuexa pars alterius oppoſitae conuexam pariter partem reſpiciat. Tum faſciae duae communes nigrae. Antennae pedesque nigri coloris, tomento glauco cinereo. Vnum mihi prodiit declaratum e ſedili fagineo domeſtico, quod diem noctemque erodendo tandem terebrauit. *Stenocorus C. duplex* Scop. Fl. et Fn. Inſ. p. 2. f. 5. videtur huic nimis affinis? Hab. paſſim in floribus. Long. 5. lat. $1\frac{1}{4}$.

Duae iterum ſpecies inter ſeſe confuſae ſunt ab auctoribus, quas differre, nunc demum nobis perſuaſum eſt. Fabricius *C. Verbaſci* (l. c. n. 76.) et *C. ornatum* (n. 77.) vocauit, ſed haud quaeque citata ſuae attribuit ſpeciei. Sulz. Hiſt. Inſ. t. 5, f. 12. ad *C. ornatum* pertinet, cui, cum Auctore noſtro, adiungantur: *Clytus Verbaſci* Laichart. Tyrol. II. 105. 6. Geoffr. Inſ. 1. 216. 14. et Schaeff. Ic. t. 203. f. 4. Imo Linnaeus ipſe ibidem allegari debet, cum nullam faſciarum interruptarum mentionem faciat, quod tamen haud

leuis

leuis momenti eſt; cum vero vnicum tantum *C. ornati* ſpecimen mihi ſit, diſcernere nequeo: vtrum faſcia thoracis transuerſa nigra, interdum e punctis tribus connata ſit, an non. Illam priorem notam Linnaeus, quem Schrank. l. c. ſequutus eſt, dedit. *Oliuier* haec *C. Verbaſci* atque *ornatum* meras putat varietates, cui tamen aſſentire non poſſum. Hinc in Ent. ſyſt. alterum *Oliuierii* citatum ad *C. ornatum* referatur, vtrum, diſcernant, qui habent eiusdem opus. Deſcriptionem in comparatione niſam adiicere placet, atque pro breui expreſſione *C. Verbaſci F.* littera *A.*; *C. ornatum* contra, littera *B* deſignaui.

A. elongatum eſt, ac proportione gracilius. Longum e. g. 6. lin. latum 1½. vix. *B.* autem incraſſatum, ac breuius. long. 5. lin. lat. 1½ vltra. *A.* Thorax breuior, globoſior, in medio faſciam transuerſam gerit integram, ferme linearem. *B.* dorſo maculam magnam, latereque ſingulo punctum habet multo minus. *A.* Elytrum maculam humeralem, aliamque huic oppoſitam, inflexam, ſinuque humerum ſpectantem, nec cum illa cohaerentem, habet. *B.* Signatura in eodem loco adeſt vnica, litteram G. reuerſam (Ɔ) repraeſentans. *A.* In ſingulo elytro dein maculae duae ſequuntur, nec marginem, nec ſuturam attingentes, plerumque ſubrotundae: altera in medio, altera verſus apicem. *B.* Macularum loco faſciae duae, cum iisdem elytri alterius faſciis coniunctae, conſpiciuntur anguſtae, quarum poſterior, latior, marginem quoque occupat. — Omnes ſignaturae defectu tomenti luteo-vireſcentis quod totum corpus obducit, efficiuntur, atque nigrae ſunt. Icones in Arch. d. Inſ. a D. Herbſt exhibitae, adhiberi poſſunt bonae. Hg.

392.

(p. 158.)

392. *C. trifasciatum* thorace globoso ferrugineo, elytris nigris, fasciis tribus albis, prima annulari. F. Sp. 244. 42.

♀ F. E. S. I. 2. 336. 75.

Describit. F. l. c.

Habit. Florentiae rarum. Long. 3. lat. 1.

393. *C. luridum* thorace subtuberculato nudo, nigrum, elytris testaceis. F. Sp. 239. 18.

♀ F. E. S. I. 2. 327. 41.

Simillimum *C. Baudo*, sed triplo minus, immaculatum. Thorax nudus, subtuberculatus. Elytra lurida. Inueni quatuor in pariete horti. Long. 4. lat. 1.

Pedes nunc nigri, nunc castanei sunt. Variat colore toto nigro, pedibus non exceptis; interdum vero nigrum est pedibus obscure castaneis. Hg.

394. *C. Alni* thorace rotundato nigrum, elytris fasciis duabus albis, elytrorum basi, antennis, tibiisque ferrugineis. F. Sp. 245. 46.

♂ *Stenocorus Alni*. Scop. Del. Fl. et Fn. Inf. t. XX. f. 3. A.

Totum subnigrum, villosulum. Antennae rufae, elytris longiores. Thorax rotundatus. Elytra basi rufa fasciolis duabus albis subobliquis. Abdomen nigrum. Pedes ferruginei femoribus clauatis. Hab. in Alno non frequens. Long. 3. lat. $\frac{2}{3}$.

(p. 159.)

395. *C. plebeium* thorace globoso, immaculato, elytris nigris, fasciis linearibus albis. F. Sp. 243. 37.

⊙ Rai., Petiv.

♀ F. E. S. I. 2. 334. 67.

Herbst. Arch. V. p. 98. n. 15.

Clytus funebris. Laichart. Tyrol. II. 111. 8.
Nigrum, tomentoſum. Scutellum album. Elytra faſtigiata, vnidentata, faſcia vna alteraue lineari albida vndulata. In pectore antice poſticeque lineae albae vtrinque vti et in primo abdominis ſegmento. Hab. etiam in hortis. Long. 3¼. lat. 1.

Deſcriptio auctoris nimis laxa eſt, nec noſtrum deſignare videtur inſectum. *L. ruſtica* Linn. iam diu mihi ſuſpecta fuit, atque *C. atomarium F.* coniiciebam; ſed, ob deſcriptionem datam nimis breuem, coniecturam meam publici iuris facere haud auſus eſſem, niſi Oliuier in Encyclopaediae methodicae libro, qui Pariſiis prodit, Hiſt. Nat. Inſ. Tom. V. p. 266. n. 75. contenderet, ſe in Muſeo Linnaei ſub nomine *L. ruſticae* verum *C. liciatum L.* vidiſſe. Idem auctor contendit: citatum Geoffr. Inſ. 1. 215. 12. ad *C. Maſſilienſe* ſuum, quod Fabricius in Entom. ſyſtem. I. c. n. 68. excepit, pertinere, cui libenter aſſentio. Hoc *C. Maſſilienſe* etiam in Germania occurrit, et a Schneidero *Clytus Achilleae* vocatum eſt. Harrerus in Deſcr. Schaeff. Icon. 8vo p. 215 355. verum *C. plebeium* ſub nomine *L. lamdae* deſcribit, *C. plebeium* autem ſub *L ruſtica* 354. citat, quae tamen figura Callidium deſignare videtur, quod Herbſt. *C. hieroglyphicum* vocat: Arch. t. 26. f. 20. et quod certo nil, niſi *C. myſtici* varietas eſt, cui color baſeos elytrorum ruber deeſt.

Antea, quam genus *Callidii* mittam, pauca de bona Laichartingii diſtributione in genera: *Callidium* et *Clytum* addere liceat. Illis *Callidia F.* annumerat, quae thorace depreſſo-globoſo gaudent, quaeque Linnaeus genere *Cerambycum* comprehendebat. *Clytus* autem illa *Callidia F.* continet, quibus thorax ſubgloboſus eſt, et quae Linnaeus

naeus *Lepturis* annumerabat. Transitus ab altero genere in alterum quidem, haud deeſt. Hg.

LIV. DONACIA.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* membranaceum, integrum. *Antennae* ſetaceae.

396. *D. craſſipes* femoribus poſticis clauatis, dentatis. F. Sp. 245. 1.

⊙ Rai., Friſch.

♀ Scop. E. C. 147. Schrank. E. I. 291. Pod. M. G. 36. 1. Schaeff. Ic. t. 84. f. 1-4.

Variat magnitudine, colore, femoribus poſticis clauatis, muticis. Antennae elytris breuiores. Elytra ſtriato-punctata, interdum rugulis transuerſis criſpata: hinc natae varietates *L. conſimilis*, et *aſſimilis* Schrankii E. I. 292. 93. Confer etiam De Geer. 5. 140. 80. — Habit. in locis paludoſis frequens. Inuenta etiam in hortis in Portulaca, et ſub arborum cortice in ſiluis, hieme. Long. 4. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 160.*)

397. *D. ſimplex* femoribus ſimplicibus. F. Sp. 245. 2.

♀ Schaeff. Ic. t. 116. f. 7.

Nimis affinis priori. Habitat cum praecedenti.

Auctor cum multis aliis Entomologis magnam ſpecierum multitudinem confundit, quas tamen differre, mihi perſuaſum eſt. Quomodo enim ſtatura abhorrens, elytrorumque ſculptura atque iniquitas, quae diuerſae in diuerſis reperiuntur, varietates ſolas ſtatuere poſſunt? Plures copula iunctas reperi, et in muſeo aſſeruo, ſemper tamen eidem ſpeciei ob notas, ſupra memoratas, easdem, annumerar-

merandae erant, quamuis saepius colore differrent. Bene itaque Fabricius in Entom. syst. I. 2. p. 115. species antea confusas separauit. Hg.

LV. LEPTVRA.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata, apice setosa. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennae* setaceae.

398. *L. melanura* (a) nigra, elytris rubescentibus lituisne sutura, apice nigris: F. Sp. 245. 2.

☉ Gadd., Rai.

☽ Scop. E. C. 149. Pod. M. G. p. 37.

♀ F. E S. I. 2. 340. 5.

L. Sutura nigra. Degeer. V. 138. 15.

Hab. in floribus passim. Long. 5. lat. ½.

Insectum valde dubium est. Citata admodum multa exhibentur, sed pauca certo huc referri possunt. Degeerius 5. 137. 14. sane aliam, et, vt mihi videtur, *L. sanguinolentam F.* descripsit; eiusdem enim *L. Sutura. nigra.* l. c. huc pertinet, vti descriptio bona edocet; citatum ibidem, et ab aliis, exhibitum: Geoffr. 1. 226. 6. *L. hastatae. F.* annumerandum est. Geoffr. 1. 226. 7. t. 4. f. 1. etiam dubius est, forte quoque ad *L. sanguinolentam* amandandus. Schaeff. Ic. t. 39. f. 4., ab Auctore cum Fabricio citata, varietatem sistit, quam Schrankius (E. I. 298.) *L. bisasciatam* vocat, et quae saepius cum *L. hastata. F.* confusa est. Scopolius (E. C. 149.) *L. sanguinolentae* marem descripsisse videtur, eiusdem vero *L. dubia.* 151. apud *L. melanuram* potius produci potest, aut varietatem rarissimam *L. sanguinolentae* designat, cuius elytri margo externus cum

(a) L. hastata *vid.* Stenocorus *Adnot. Auctor. ipsius.*

eum apice, vittaque longitudinali, futuram legente, niger eſt.

Mas, duplo minor femina, elytra pallidiora, ſummo apice ſuturaque intima ſolis nigris, gerit, ſaepius copula iunctus inuentus cum femina multo maiore, ac craſſiore, elytris obſcure ſanguineis ſutura apiceque late atris. Margo externus interdum quoque nigreſcit. *L. bifaſciata* Schrankii l. c. minime mas, ſed varietas fortuita, eſt.

In Lepturarum genere talis differentia ſexus ſaepius occurrit. Mares feminis graciliores, et multo minores eſſe ſolent. Color ſi feminis ruber, his teſtaceus eſt. Praecipue id in *L. rubra* et *teſtacea* F. E. S. I. 2. 342. 13. 14., apparet, quas aegre adhuc ſpecies diſtinctas exhibitas video, etſi Fabricius earum ſexus ſolam diuerſitatem perſuaſam ſibi habeat. Hg.

(*p. 161.*)

399. *L. linida* nigra, elytris teſtaceis, immaculatis, pedibus nigris. F. Sp. 246. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 340. 7.

Similis praecedenti, at plus dimidio minor, elytris integris ſordide flauis immaculatis. Hab. in floribus. Long. 2¼. lat. 1.

Similitudo inter hanc et praecedentem, quod ad ſtaturam attinet, ſane exigua eſt. Haec enim pro portione longitudinis craſſa, atque ferme linearis eſt, illa contra tenuis, et pone admodum anguſtata. Elytra in *L. linida* paullulum truncata, angulis rotundatis, in *L. melanura* vero acute oblique truncata ſunt, angulo externo longiore acuminato. Hg.

400. *L. villica* ferruginea, antennis elytrisque fuſcis. F. Sp. 246. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 341. 12.
L. reueſtita. Linn. Syſt. Nat. I. 2. 638. 61
Laicharting. Tyrol. II. 153. 101.

Antennae nigrae, longitudine corporis, baſi rufae. Caput rufum oculis nigris. Thorax rufus angulis poſticis acutis ſubſpinoſis. Pectus nigrum. Abdomen et pedes ferruginea tarſis poſticis nigris. Habit. in Populo tremula. Long. 5. lat. 1½.

Fabricius in Ent. ſyſt. l. c. citat.; Schaeff. Ic. t. 69. f. 1, et quidem, vti videtur, optime. Nil enim, niſi antennae totae rufae obſtant, quas tamen in iconibus, quales Schaefferus exhibuit, haud reſpicere licet. Harrerus l. c. ad *C. Fennicum* allegat. Neſcio quidem, cur Schaefferus *Lepturam thorace plano*, et non *conico*, vti ſolebat, vocare maluit. Hg.

401. *L. 4-faſciata* nigra, elytris teſtaceis, faſciis quatuor dentatis nigris. F. Sp. 248. 19.

♀ Schrank. E. I. 294.

Haec admodum variare videtur. Habeo, quae variant a deſcriptione Linnaei, thorace antice et poſtice flauo-marginato, elytrisque apice truncato, vnidentato; a deſcriptione vero Scopolina antennarum articulis totis fuluis, tibiisque omnibus, non dente, ſed ſpinis duabus apice inſtructis, palpis totis flauis, et corpore ſupra rufo, ſubtus nigro lucido quatuor vltimis ſegmentis flauo-ſubmarginatis. Figura Schaefferi citata quodammodo conuenit, ſed differt pedibus nigris, thorace immaculato, et faſciis paullulum diuerſimode figuratis. In meis ſpeciminibus pedes ſemper fului, femoribus baſi nigris; antennae modo fuluae, modo totae nigrae. Habitat in pratis

pratis ſiluaticis, in Altheae floribus. Long. 7½. lat. 2½.

Iterum vltro examinandi locus datus eſt, cum plures diuerſas ſpecies confuſas videamus. Id ſatis perſpectum habeo, auctorem veram *L. 4-faſciatam L. et F.* non nouiſſe.

Fabricius, Degeerius, Linnaeus eandum habuere Lepturam, quam Schaefferus Ic. t. 59. f. 6. repraeſentat. *C. faſciatus.* Scop. E. C. 172. idem cum *L. Scopoliana* Laich. Tyrol. II. 145. 7. et *L. elongata.* Roſſi. Mant. 54. 133., vbi citata, bene adhibita, vltro conferantur. Fabricii *L. calcarata.* E. S. I. 2. 347. 41. quoque huc ſpectat, citato Geoffroy. Inſ. 1. 226. 1. in Inſ. 1. 224. 5. emendato. *L. armata.* Herbſt. Arch. t. 26. f. 24. etiam ad eandem pertinet. Spinae enim tibiarum poſticarum maribus tantum propriae ſunt, quod et Geoffroyus notauit; hinc differentia in deſcriptionibus nata eſt, et hinc concludi poteſt *L. ſubſpinoſam.* F. E. S. I. 2. 347. 42. feminam deſignare.

Auctor pedes fuluos femoribus baſi nigris; antennas nunc fuluas, nunc nigras obſeruauit, quae nota cum *L. arcuata* mea, quam Celeb. Panzerus F. I. G. VIII. 12. optime depingi curauit, cum margine thoracis antico poſticoque aureo-flauo conuenit. Fabricii. l. c. 348. 45. *L. aurulenta,* quae huic affinis videtur, an eadem cum Leptura Auctoris? Hg.

(p. 162.)

402. *L. villoſa* nigra villoſo-flaua maculis duabus in elytro ſingulo glabris, nigris. Geoffroy. Inſ. 1. 211. 8. *La lepture velours jaune?*

Tota colore ſubuiridi flaueſcente, et maculis plerumque ſex nigris non margini annexis, ſed diſtinctis

ctis rotundis, in ſingulo elytro tribus longitudinaliter poſitis. Elytra apice truncata. Pedes nigri. Statura *L. arcuatae:* at magnit: variat. Habit. etiam in hortis non rara. Long. 4, $4\frac{1}{2}$. lat. 1, $1\frac{1}{3}$.

Geoffroyi citatum minime huc referri poteſt, cum, ob deſcriptionem haud quadrantem, tum ob genus atque familiam, vbi inſectum ſuum habet. Eiusdem enim *Lepturae thorace globoſo*, Fabricii *Callidiorum* diuiſionem iſtam deſignant, cui Laichartingius *Clyti* nomen dedit. Hg.

403. *L. ſexguttata* nigra, elytris maculis tribus flauis. F. Sp. 249. 21.

♀ F. E. S. I. 2. 349. 47.

Tota nigra, ſingulo elytro maculis tribus flauis obliquis, anteriore baſeos minori, ſubrotunda. Hab. in floribus rarior. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 1.

Harrerus Deſcr. Schaeff. Ic. 8vo 225. 375. citat t. 39. f. 10. figuram certe male expreſſam, dein nomine *L. Vddmannianae* n. 376. tab. 39. f. 11. et t. 182. f. 4., varietates prioris, maculis elytrorum in vnicam aut duas coadunatis, ſuſpicans. Ne ſexus varietas ſit, vti cum Vddmanno. *Diſſert. ed. Panz. p. 19. n. 36. obſerv.* coniicit, experientia mea, de hac Leptura facta, prohibet. Eſt enim varietas quaedam fortuita. In vno ſpecimine integerrimo maculae elytrorum optime conſpici poſſunt, ita poſitae, vt duae ad baſin reliquis magis appropinquatae ſibi ſint, ſubrotundae; binae, dein ſequentes, remotiores, ante medium poſitae ſubobliquae; pone medium vero duae aliae transuerſales. Quae maculae interdum tam exiguae decreſcunt, vt vix conſpici queant; hinc nata illa varietas, quae Schaeff Ic. t. 182. f. 4. depicta eſt. Nonnumquam autem maculae illae poſteriores vtrinque in lunulam conflatae ſunt, cuius finus

mar-

marginem, flexura vero futuram ſpectat. Haec eſt. *L. Vddmanniana* Harr. l. c. atque *L. Exclamationis*. F. E. S. I. 2. 343. 20. ſecundum ſpecimen a Paykullio celeb. ipſo, a quo Fabricius quoque acceperat, mihi miſſum. Hg.

(*p. 163.*)

404. *L. ſcutellata* nigra, ſcutello albo. F. Sp. 247. 10.

♀ F. E. S. I. 2. 343. 22.

Deſcribit Fabricius l. c. Hab. in pratis ſiluaticis minime frequens. Long. 6. lat. 1¼.

Laicharting. Tyrol. II. 140. *L. noctis* ſuam eandem cum *L. ſcutellata F.* credit, cui tamen permulta reſiſtunt; praecipue thorax tuberculatus, lateribus ſpinoſus, elytra haud excauato-punctata. etc. Hanc *L. noctis* Stenocoris annumerare mallem; Fabricius inter Rhagia locum illi dedit; mihi *Stenoc.* (Rhag. F.) *Curſoris* maris varietas videtur. Hg.

405. *L. atra* corpore toto nigro. F. Sp. 247. 9.

♀ F. E. S. I. 2. 342. 18.

Stenocorus totus niger. Geoffr. Inſ. 1. 228. 10. varietas. Abdomen ſerico albo nitet. Habit. in ſilueſtribus frequens. Long. 3. lat. 1.

L. atra. Laichart. Tyrol. II. 148. 8. eadem cum *L. Melanaria.* Herbſt. Arch. V. 101. 8. eſt, numquam tamen variat pedibus rufis, hinc alia, quam Fabricii, videtur. Hg.

406. *L. nigra* elytris attenuatis, corpore nigro, nitido, abdomine rubro. F. Sp. 247. 13.

♀ F. E. S. I. 2. 344. 27.

Praecedentibus minor. Thorax in hac lateribus

posticis magis acutis. Abdomen rufum. Hab. in floribus, Rubo frequens. Long. 3. lat. $\frac{1}{4}$.

Abdomen basi saepius nigricat. Hg.

407. *L. attenuata* elytris attenuatis flauis, fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis. F. Sp. 248. 18.

⊙ Scop., Ann.

♂ *Cerambyx fasciatus.* Scop. E. C. 172. *mas.* Schrank. E. I. 295. Schaeff. Ic. t. 65. f. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 346. 40.

Caput et thorax nigra. Elytra flaua attenuata, apice fasciisque tribus atris. Fascia anterior variat, iam integra, iam interrupta, interdum omnino deest. Marem *L. 4-fasciatae* esse monet Scopoli; sed haec numquam inuenta Pisis.

Habitat Florentiae. Long. $5\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Citatum e Scopolio ad hanc minime pertinet. vid. adnot. ad *L. 4-fasciatam.* n. 401. Fascias numquam interruptas vidi. Hg.

(*p. 164.*)

408. *L. ruficornis* nigra, antennis pedibusque rufis. F. Sp. 247. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 344. 25.

L. pumila. Schall. Act. Soc. Hall. I. p. 299.

Descripsit Fabricius l. c. Abdomen subtus albidum. Habit. flores in siluis non infrequens. Long. 3. lat. $\frac{1}{2}$. *vix.*

Antennae rufae, articulis, primo excepto, apice nigricantibus. Femora pedum anteriorum supra nigrescunt, quae nigredo in secundo pari dimidiam clavae partem tegit et circumdat, in postico vero totam femorum clauam occupat. Hg.

409. *L. abbreuiata* elytris dimidiatis ferrugineis

gineis immaculatis, antennis breuibus. F. Sp. 250. 25.

♀ *Molorchus abbreuiatus.* F. E. S. I. 2. 356. 1.

Habitare dicitur Florentiae Long. 11. lat. 2.

LVI. LAMPYRIS.

Palpi quatuor anteriores ſubclauati, poſteriores ſecuriformes. *Maxilla* biſida. *Labium* corneum. *Antennae* filiformes.

410. *L. Italica* elytris fuſcis, thorace transuerſo ruſo. F. Sp. 253. 16.

⊙ Sulz.

♀ F. E. S. I. 2. 102. 20.

Antennae nigrae. Oculi magni, atri, nitentes. Thorax transuerſus, omnino ruſus, immaculatus, vtrinque marginatus, ſcutello pariter ruſo. Elytra fuſca, mollia, ſubmarginata. Pectus, pedesque thoraci concoloria. Abdomen nigrum vltimis duobus annulis albis phoſphoreis. Alae fuſcae. Femina aptera, nigra, ſingulo ſegmento macula vtrinque marginali flaueſcente. Hab. vbique menſ. Iun. Long. 4½. lat. 1.

(p. 165.)

411. *L. ſplendidula* oblonga, fuſca, clypeo apice hyalino. F. Sp. 251. 2.

⊙ Rai., Column., Bradl.

☽ Schaeff. Elem. t. 74. Icon. t. 268. f. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 98. 2.

Antennae apice attenuatae fuſcae articulis vndecim. Palpi quatuor, antici longiores ſubclauati. Oculi nigri. Thoracis clypeus ſupra vtrumque oculum pellucidus, pallidus, antice rotundatus, pone

porie truncatus macula media postica nigra. Elytra fusca, flexilia, lineis tribus eleuatis. Abdomen luride flauum segmentis ad latera dentatis, postremis duobus albis lucem in tenebris emittentibus. Pedes abdomini concolores. Femina aptera frequens. Mas declaratus raro inuentus mensi Iul. Habit. in agris. Long. 5½. lat. 1½.

(p. 166.)

LVII. PYROCHROA.

Palpi quatuor subfiliformes. *Maxilla* integra. *Labium* corneum, lineare, integrum. *Antennae* filiformes.

412. *P. sanguinea* nigra thoracis lateribus, elytrisque sanguineis. F. Sp. 254. 2.

☉ Rai., Schaeff. Ic. t. 7. f. 1.

☽ Schaeff. Ic. t. 24. f. 1?

♀ *Lycus sanguineus*, F. E. S. I. 2. 108. 10.

In meis discus thoracis, scutellum attingens, semper ater. Hab. in sepibus rara. Long. 3½. lat. 1.

Valde variat, magnitudinem quod attinet, longus interdum 4¼. lin. et latus ferme 2. nonnumquam vero longitudo 3. lineas latitudo autem 1. lin. vix aequat.

Fabricius in Ent. syst. I. 2. 108. 11. *L. Auroram* habet, valde affinem *L. sanguineo*, vti ait, elytris solis reticulatis diuersum. Hinc concludere fas est, Linnei et Degeerii *Lamp. sanguineam* nullum alium, quam hunc *L. Auroram* designare, quia vterque elytrorum reticulatorum mentionem facit. Verus *L. sanguineus F.* elytra leuiter striata habet, et Geoffroyi Ins. 1. 168. 3. descriptio

ſcriptio optimè quadrat. Sulzerus Hiſt. Inſ. abbr. t. 6. f. 4. effigiem exhibuit, cuius thorax omnino ruber eſt, quod negligentia factum, ex aliis Sulzeri iconibus coniicere licet; eiusdem vero deſcriptio, quae ex opere alius Auctoris deſumta videtur, *L. Aurorae F.* congruit. Num *P. Aurora.* Herbſt. Arch. V. 105. 4. eadem cum Lyco Fabriciano ſic vocato? Scopolii *Caſſid. ſanguineam* Ent. Carn. 119., quam D. Roſſi cum Fabricio apud hunc allegauit, eandem cum *P. Aurora* Herbſtii. l. c. eſſe, ex deſcriptione data vtriusque ſatis patet; id quod etiam de *L. ſanguinea.* Schrank. E. I. 322. concludi poteſt. Cuius adnotatum de *elytris ad lentem reticulatis*, coniecturam de identitate cum *L. Aurora. F.* vel *L. ſanguinea. L.* confirmat. Talis elytrorum ſculptura in *L. minuto* F. l. c. 13. conſpicitur. Voetius t. 46. f. 8. *L. ſanguineum Fabr.*; t. 47. f. 9. *L. Auroram eiusdem* repraeſentauit, teſte Panzero, qui ambos poſſidet.

Celeb. Fabricius a Pyrochroae genere *Lycorum* genus, in Oliuierii veſtigium, optime ſeparauit, cum, excepto colore, nulla conueniens nota, coniunctionem vtriusque gentis, iuſſerat. Hg.

LXI. CVCVIVS.

Palpi aequales articulo vltimo truncato, craſſiori. *Labium* breue, bifidum laciniis linearibus diſtantibus. *Antennae* moniliformes.

413. *C. flauipes* thorace denticulato nigro, pedibus flaueſcentibus, antennis filiformibus, longitudine corporis. F. Mant. 166. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 95. 8.

C. planatus. Herbſt. Arch. II. 7. t. 7. f. 7. 8.

Totus

Totus fuſco niger. Corpus depreſſum. Antennae ſetaceae villoſulae longitudine corporis, articulo primo longiſſimo. Thorax margine vtrinque ſcabro, mucronato. Elytra ſtriata, ſtria laterali elevata. Hab. in ſiluis intra corticem. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Variat corpore toto flauo-teſtaceo. Hg.

(*p. 167.*)

LXII. CANTHARIS.

Palpi ſecuriformes. *Maxilla* bifida. *Labium* integrum. *Antennae* filiformes.

414. *C. fuſca* thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuſcis. F. Sp. 257. 1.

⊙ Rai., Friſch., Sulz., Schaeff. Ic. t. 26. f. 9-12.

☽ Scop. E. C. 120. Schrank. E. I. 325. Schaeff. Ic. t. 16. f. 10. 11.

♀ F. E. S. I. 1. 213. 1.

Varietates mihi notas huius ſpeciei enumerare placet:

α. *C. fuſca* proprie ſic dicta.

β. thorace absque macula nigra; femoribus paris anterioris totis rufeſcentibus, ſine nigredinis rudimento.

a, thorace e rufo nigricante.

b, thorace ſaluo-rufo.

1. femoribus ſecundi paris rufis, aut ſummo tantum apice nigricantibus.

2. apice nigro.

γ. elytris liuidis, thorace rufeſcente.

a. macula frontis anguſta nigra.

b. macula frontis deficiente, pedibusque omnibus absque vlla ferme nigri coloris tinctura.

Varie-

Varietates β. et γ. coniunctas, Geoffroyus a *C. fusco* separauit et Inf. L. 171. 2. vt distinctum exhibuit speciem. *C. dispar.* F. E. S. I. 2. 213. 3. quoque huc pertinere videtur. Varietas γ. *C. liuida.* F. et Auctoris est. Invicem inter sese copula iunctae reperiuntur. — E Schaefferi Iconib. t. 16. f. 9. 10. 11. 12. allego, adiecta f. 14. secundum Harrerum varietm. γ. *C. liuidam* repraesentante. Hg.

415. *C. liuida* thorace marginato, tota testacea. F. Sp. 258. 2.

☉ Rai.

♀ F. E. S. I. 2. 213. 2.

Forte habenda pro varietate *C. Fuscae* vt aiunt, sed mihi diuersa. Habit. in plantis minus frequens. Long. 4½. lat. 1.

Vide adnotata ad priorem. n. 414. Hg.

(*p. 168.*)

416. *C. obscura* thorace marginato, marginibus rubris corpore nigro. F. Sp. 258. 3.

☉ Act. Nidros.

☽ Goetze. Ent. Beytr. 1. 230. 5. Schrank. E. I. 335.

♀ F. E. S. I. 1. 214. 6.

Variat thoracis margine rubro, et pallide fusco; pedibus rubris et nigris. Habitat in floribus. Long. 2⅔. lat. 1.

In omnibus speciminibus meis pedes nigri sunt. Aliam possideo huic simillimam ex America septentrionali allatam, cuius characterem specificum vix, ac ne vix quidem, eruere potui. Margo thoracis vndique flauus; in nostrate autem thoracis macula nigra cum sutura antica etiam posticam occupat, lateribus solis flauis aut luteis. Haec sola differentiae

rentiae nota, patria tam remota computata, sufficiens videtur. Hg.

417. *C. pallipes* thorace marginato atra, elytris pallidis apice fuscis. F. Sp. 259. 10.
♀ F. E. S. I. 1. 216. 14.
Descripta est a Fabricio l. c. Habit. in hortis non frequens. Long. 3¼. lat. 1.

Variat elytris apice concoloribus, quae varietas saepius occurrit, quam illa elytris apice nigricante. Fabricii *C. pallida*. l. c. 16. eadem cum hac varietate videtur, praecipue cum citet Geoffroy. Inf. 1. 173. 6. quod citatum iterum ad *C. testaceam*. l. c. 220. 33. allegat. Geoffroyus nempe varietates credidit, cui tamen assentire nequeo, cum thoracis forma diuersa sit. Deinde *C. pallipes*. *F.* gracilior, et pro portione longior est *C. testacea F.* Hg.

418. *C. nigripes* thorace rotundato lutea, abdomine, pedibus elytrorumque apicibus atris. F. Sp. 260. 15.

Caput et thorax lutea. Antennae fuscae. Elytra pallide testacea, basi et apice nigra. Abdomen et pedes atra. Similis. *C. Melanurae*. An eadem quae *C. fulua*. Scop. E. C. 124? — Hab. ruri. Long. 3¼. lat. 1.

Auctor minime veram *C. nigripedem*. *F.* habuit, quam ipse a Dn. Lund. a quo et Fabricio missa erat, accepi. Habitus illam prorsus a Cantharidum genere remouet, et mihi vera Necydalis videtur, ubi *N. ustulatam* sibi valde similem habet. Descriptionem adiicere placet.

Caput cum thorace antennisque luteum est, mandibularum apice oculisque, atque interdum macula frontis obsoleta, nigris. Thorax capitis lati-

latitudinis, depreſſiuſculus, ſubcordatus, inmarginatus, punctulatus, nonnumquam maculis quibusdam obſoletis ac fere exſtinctis nigricantibus. Elytra mollia, punctata, pone acuminata, e luteo colore in liuidum vergunt, apice atro. Striae duae in medio carinulam eleuatam gerentes deſcendunt parum viſibiles. Marginem ſtria inſculpta ſimplex legit. Alae fuſceſcunt. Abdomen pedesque nigricant, ano geniculisque rufeſcentibus. Magnitudo et ſtatura *Necyd. uſtulatae.*

Scopolii *C. fulua* eadem cum Auctoris *C. nigripede* eſſe poteſt, ſed nullo modo ad Fabricianam *C. nigripedem* pertinet. Hg.

(*p. 169.*)

419. *C. ruficollis*? atra, thorace abdomineque rufis. F. Syſt. Ent. 206. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 217. 17.

Facies *Cantharidis.* Antennae filiformes nigrae, baſi rufae fere longitudine corporis, piloſae, articulis vndecim, ſecundo breuiſſimo. Caput nigrum mandibulis palpisque quatuor rufis, aequalibus, articulo vltimo craſſiori oblique truncato. Thorax rufus, planus, tuberculoſus, marginatus. Elytra nigra. Abdomen rufum. Pectus nigrum. Pedes rufi, tarſis quatuor fuſcis. Variare videtur thorace lateribus denticulato. Hab. in floribus. Long. 3¼. lat. 1.

420. *C. Melanura* thorace rotundato corpore luteo, elytris apice luteis. F. Sp. 260. 16.

⊙ Rai.

☽ Goetze. E. B. 1. 538 27. Schaeff. Ic t. 58. f. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 219. 26.

Antennae nigrae baſi lutea, longiores quam in praecedenti: reliqua omnia lutea, exceptis elytrorum

trorum apicibus nigris. Hab. paſſim in floribus praeſertim Dauci Carotae, et Athamantae Oreoſelini, ad minora inſecta praedanda.

Thorax minus recte rotundatus vocatur, eſt enim ſubquadratus, antice paullulum anguſtatus, vndique vero marginatus. Schaeff. Ic. t. 16. f. 14. auctor incertam habet; Harrerus, ad *C. liuidam* pertinere, ait. T. 58. f 7. mihi tamen dubia eſt, licet Harrerus ipſe ſic habeat. Necydalis ſpeciem prae ſe fert, et forte *N. vſtulata* eſt. Hg.

421. *C. biguttata* thorace marginato medio atro, elytris abbreuiatis nigris apice flauis. F. Sp. 261. 20.

♂ Schaeff. Ic. t. 18. f. 12. 13.

♀ F. E. S. I. 1. 221. 34. Panz. F. I. G. XI. 15.

Caput et thorax omnino atra. Elytra nigra ſummis apicibus flauis. Hab. in plantis. Long. 1½. lat. ¼.

Duas habeo Cantharides, ſibi ſimiles, ſed diligentiore intuitu admodum diuerſas. Altera noſtra *C. biguttata* eſt, vti Panzerus l. c. depinxit, quae variat thorace luteo-marginato, et toto nigro. Altera longior, elytris liuido-nigricantibus, apice, corpore reliquo, pedibus, ore antennarumque baſi flauis, thorace flauorufo dorſo atro, ſtria longitudinali media flaua; capite vero praecipue diſtincta, nigro, thorace latiore, poſtice valde attenuato, vt in Attelabis. An Fabricii *C. minima?* Linnaei Cantharis ſic vocata, Malachii ſpecies videtur.

Citatum: Schaefferi Icon. t. 18. f. 12. 13. quod Auctor cum Fabricio habet, nullo modo ad hanc pertinet, ſed ad *M. aeneum*, ipſo quoque conſentiente Auctore. vid. n. 423. Citatum: Geoffr. Inſ. 1. 176. 11. a Fabricio in Ent. ſyſt. omiſſum eſt, et Malachii ſpeciem deſignare videtur,

tur, forte *M. pedicularium.* In huius locum Fabricius Geoffr. 372. 1. t. 7. f. 2. substituit. Elytra vero corpore haud breuiora sunt, quod tamen Geoffroyus et descriptione et figura expressit, et tarsos vt in Cantharide esse solent, aspicio. Hocce citatum Fabricius ad *C. minimam* suam iterum refert, vbi etiam Auctor habet. Hg.

(*p. 170.*)

422. *C. minima* thorace marginato rufo, macula nigra, corpore fusco, elytris apice flauis. F. Sp. 160. 18.

♀ F. E. S. I. 1. 220. 32.

Antennae subserratae. Thorax marginatus rufus, macula nigra. Hab. in hortis. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{2}$.

De citato Geoffr. Inf. 1. 372. 1. vide adnotata ad priorem. Hg.

LXIII. MALACHIVS.

Palpi filiformes, articulo vltimo setaceo. *Maxilla* vnidentata. *Labium* rotundatum, membranaceum. *Antennae* filiformes.

423. *M. aeneus* corpore viridi-aeneo, elytris sanguineis. F. Sp. 261. 1.

⊙ Rai., Schaeff., Mon., Sulz.

♂ Scop. E. C. 126. Schrank. E. I. 329.

♀ F. E. S. I. 1. 221. Panz. F. I. G. X. 2.

Describitur a Linnaeo in Fn. Su. 708. Hab. in variis plantis. Long. 3. lat. $1\frac{1}{3}$.

Variat interdum elytris fere totis rufis, macula scutellari sola viridi-aenea.

Raium citare haud iuuat, quia descriptiones eius raro ad insectum cognoscendum sufficiunt. Citatum huc a Fabricio relatum 77. 12. ad *M. sangui-*

ſanguinolentum pertinet. Sulzer Hiſt. t. 6. f. 5. a Fabricio citata, ad *M. bipuſtulatum* referatur. Hg.

(*p. 171.*)

424. *M. bipuſtulatus* aeneo viridis, elytris apice rubris. F. S. 262. 2.

⊙ Schaeff. Ic. t. 19. f. 14.

☽ Scop. E. C. 127. Schrank. E. I. 230.

♀ F. E. S. I. 1. 222. 2. Schaeff. Ic. t. 18. f. 14. Sulz. Hiſt. Inſ. t. 6. f. 4.

Deſcriptus eſt a Linnaeo in Fn. Sv. 709. Os flauum. Habitat in variis plantis, frequens in Auena ſatiua victitans rapina minimorum inſectorum. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Antennarum formae ſingularis plures iam mentionem fecere. Sed haud in omnibus iſtos appendiculos videre licet. Etiam in *M. aeneo* interdum adſunt.

De citato e Sulzero vide adnotata ad praecedentem. Citatum Schaeff. Ic. t. 19. f. 14. in Entom. ſyſtem. l. c. deleatur, errore calami pro t. 18. f. 14. ſcriptum. Hg.

(*p. 172.*)

425. *M. ſanguinolentus* nigro-aeneus thoracis margine, elytrisque ſanguineis. F. Mant. 169. 4.

♀ F. E. S. I. 1. 223. 6. Rai. Inſ. 77. 12.

M. rufus Herbſt. Arch. V. 108. 5.

Deſcribit Fabricius. l. c. Hab. in floribus frequens. Long. 2. lat. $\frac{1}{2}$.

Aliquando in Arundine copioſiſſime captus eſt. Hg.

426. *M. pedicularius* ater, elytris apice rubris. F. Sp. 262. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 224. 11.

Hab. in hortis menſ. Iun. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{4}$.

LXIV. NECYDALIS.

Palpi ſubfiliformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* membranaceum, late emarginatum. *Antennae* filiformes.

427. *N. viridiſſima* thorace teretiuſculo, corpore caeruleo ſubopaco. F. Sp. 263. 1.

⊙ Degeer., Geoffr.

♀ F. E. S. I. 2. 350. 2. Schaeff. Ic. t. 94. f. 7.

Hab. in floribus frequens. Long. 3. lat. 1.

Thelephorum glauceſcentem Harrer. l. c. 84. 135. quoque citarem, niſi deſcriptio nimis breuis prohiberet. Geoffroyi Inſectum, a Fabricio huc relatum, minime huc ſpectare videtur. Hinc citatum ab Auctore bene omiſſum eſt. Fabricius pedum anticorum flaueſcentium mentionem facit, quos in figura Schaefferi citata bene conſpicere licet. Sed nec Linnaeus, nec Degeerius, nec Auctor ipſe pedes anticos flauos commemorauere. Inde colligere fas eſt, diuerſas ſpecies deſcriptas eſſe ab vtraque parte.

Thorax, in Fabriciana, teretiuſculus, inaequalis. Elytra ſtriata ſunt: in ſingulo ſtriis eleuatis, praeter marginalem et ſuturalem, duabus, quarum altera, ſuturae propior, abbreuiata eſt, et medium non attingit, altera vero integra, et per totum decurrens elytrum. Femora poſtica nunc clauata, clauis craſſis, ſubincuruis, nunc ſimplicia. Color pedum anteriorum luteo-flauus, quatuor vero poſticorum viridi-aeneus eſt. Hg.

428. *N. caeruleſcens* thorace teretiuſculo, corpore caeruleo ſubopaco. F. Sp. 263. 2.

♀ F. E. S. I. 2. 350. 3.

Similis *N. viridiſſimae*, at paullo maior, et minus nitens. Hab. in floribus. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 1.

(p. 173.)

429. *N. ruficollis* thorace teretiuſculo, abdomineque rufis, capite, elytrisque viridi-aeneis. F. Sp. 263. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 352. 9.

Fabricius l. c. deſcripſit. Habit. ruri in floribus frequens. Long. 3½. lat. 1.

430. *N. atra* elytris ſubulatis nigra, femoribus omnibus clauatis. F. Sp. 263. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 352. 11.

Tota nigra ſcutello excepto, et faſciis tribus albis, quae ad latera cingunt abdomen. Antennae elytro ſubaequales. Thorax trituberculatus. Elytra ſubulata marginibus, lineaque media eleuatis. Clauae femorum quatuor anticorum ſubrotundae, poſticorum vero magis elongatae. Interdum faſciae abdominales latera non attingunt, ab elytris occultatae. Hanc cum *N. rufa* ſemper copula iunctam vidi. Habit. frequens in Vmbellatis. Long. 4. lat. 1.

Hinc eadem ſpecies cum *N. rufa* eſt. Einsmodi enim ſexus varietates in hoc genere ſemper ferme occurrunt, Hg.

431. *N. rufa*, elytris ſubulatis, nigra, femoribus omnibus clauatis, elytris antennisque rufis. F. Sp. 263. 6.

♂ Schrank. E. I. 311. Goetze. E. B. 1. 512. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 353. 17.

Antennae ſubruſae baſi nigra. Caput nigrum. Thorax niger tuberculis tribus lucidis, margine antico et poſtico quaſi ſemper bimaculato luteis vel albidis pilis. Scutellum luteum vel albidum.

Humeri

Humeri nigri. Elytra attenuatà rufa, marginibus lineaque media prominulis. Abdomen ad latera ſaepe luteis vel albis faſciis cinctum. Femorum baſis, tibiae et tarſi plerumque rufi. Clauae pedum quatuor anticorum nigrae et ſubrotundae, poſticorum rufae, apice nigro, et magis elongatae. In nonnullis tamen etiam clavae poſteriores nigrae ſunt. *Mas N. atrae.* Habitat cum priori frequens. Long. 3½, 4. lat. ⅔, 1.

Harrerus, praeter Schaeff. Icon. t. 94. f. 8., etiam t. 85 f. 7. citat, de quo ob defectum copiae ſpeciminum ſufficientium iudicare nequeo. Thoracis forma inſolita Geoffroyum ſatis excuſat, quod hoc inſectum Lepturis potius annumeraret. Hg.

432. *N. Podagrariae* elytris ſubulatis teſtaceis, corpore nigro, femoribus poſticis clauatis baſi teſtaceis. F. Sp. 264. 8.

⊙ Schaeff. Ic. t. 85. f. 7?

♀ F. E. S. I. 2. 354. 20.

Specimina habeo, quae variant thorace etiam teſtaceo, puncto vtrinque impreſſo, an *Canth. flaueſcens* ſubuilloſa elytris attenuatis. Geoffr. Inſ. 1. 343. 5? *N. flaueſcens F. et Linn.*

Femora poſtica craſſiſſima, gibba, arcuata, nigra, vti in *N. caerulea.* Femora primi et ſecundi paris teſtacea, vti tibiarum baſis: digiti vero nigri. Alae fuſcae. Occurrit etiam alia mihi varietas praecedentis, pedibus ſimplicibus, thorace, elytris, abdomineque teſtaceis; in omnibus tamen elytrorum color magis flaueſcens, quam teſtaceus. Habit. in ſiluis minus frequens. Long. 4. lat. 1.

Confer, quae habet Auctor. *N. flaueſcens.* Mant. 56. 139.

Femora poſtica craſſiſſima, flauo-teſtacea, apice nigra. Elytra teſtacea, margine exteriore apiceque nigris. Deſcriptio Geoffr. Inſ. 343. 4. nimis breuis eſt, et hoc inſectum non ſatis deſignare videtur, id quod etiam de 343. 5. dicere licet, quod Auctor apud varietatem allegat. Ipſe varietatem puto, ſed *N. flaueſcentem L.* aliam eſſe, mihi perſuaſum habeo. Videtur potius *N. praterana.* Schrank. E. I. 316. femoribus poſticis ſimplicibus, apice atris. Differt praeterea elytris minus ſubulatis, vnicoloribus. *C. femorata.* Scop. E. C. 145. ab Auctore, Fabricium ſecuto, citata, alia eſt, et praecipue pedibus omnibus nigris differt. Hg.

(*p. 175.*)

433. *N. caerulea* elytris ſubulatis, caerulea, femoribus poſticis clauatis, arcuatis. F. Sp. 264. 7.

⊙ Sulzer.

♀ F. E. S. I. 2. 354. 19.

Schaefleri Icon. t. 94. f. 7. mala eſt. Colore viridi-caeruleo nitens, villoſula. Antennae nigrae, elytro ſubaequales, attenuatae. Palpi triarticulati. Thorax cylindricus, tuberculoſus, in medio coarctatus, antice et poſtice ſubmarginatus. Elytra ſubulata, modo viridia, modo caerulea, linea media eleuata apicem non attingente. Femora poſtica globoſa, plerumque caerulea. Femora, tibiaeque primi et ſecundi paris concoloria. Abdomen viride, at tarſi fuſci. Variat colore toto viridi, et pedibus omnibus ſimplicibus, vti et magnitudine. Femora clauata in hoc genere,

genere, nec ſexum, ſed varietatem tantum indicare videntur. Habitat in hortis frequentiſſima, tam femoribus poſticis ſimplicibus, quam globoſis. Long. $4\frac{1}{3}$. lat. 1.

Schaefferi Iconum figuram citatam ad *N. viridiſſimam.* n. 427. pertinere, ibidem adnotatum eſt. Hg.

434. *N. humeralis* elytris ſubulatis nigris, baſi flauis. F. Sp. 263. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 352. 12.

Primo intuitu, ſi caput inſpiciatur, videtur *Meloe*, aut *Lytta.* Tota nigra praeter humeros, qui fului ſunt. Elytra ſubulata absque lineis. Pedes ſimplices, fuſci. Corpus molle. Alae nigrae. Habit. ſuper herbam in ſilueſtribus rara. Long. 5. lat. $1\frac{2}{3}$.

(p. 176.)

LXV. ELATER.

Palpi ſecuriformes. *Maxilla* vnidentata, obtuſa. *Labium* bifidum. *Antennae* filiformes.

435. *E. aterrimus* thorace atro nitido, elytris ſtriatis nigris. F. Sp. 267. 14.

♀ F. E. S. I. 2. 221. 24.

Corpus totum aterrimum, villoſulum. Thorax punctatus. Elytra ſtriata. Hab. in hortis frequens. Long. $6\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

Elaterum ſpecies difficillime verbis diſtinguuntur, hinc confuſio in his maxima eſt. Deſcriptiones breuiores eſſe ſolent, et ratio partium inter ſeſe, ab auctoribus rariſſime obſeruata eſt, quae tamen praecipue diſtinctionem ſpecierum iuuat. Auctor noſter deſcriptiones aut nullas, aut breuiſſimas ad-

adiecit; diſcernere itaque nequeo, an verum ſemper habuerit Elaterem. Hg.

436. *E. obſcurus* piceus, thorace elytrisque obſcure nigris. F. Sp. 269. 26.

♂ Scop. E. C. 284. Schrank. E. I. 347. Schaeff. Ic. t. 19. f. 2. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 226. 44.

Habitat ſaepe in floribus Paſtinacae. Long. 5. lat. 1¼.

Elater Linnaei diuerſus ab Elatere Fabricii mihi videtur. Schaefferi figurae citatae, quas et Celeb. Schneiderus in recenſione ſua (N. Magaz. d. Entomol. v. Fueſsly. III. 2. 131. 269.) approbat, Elaterem aenei coloris repraeſentare videntur, hinc nullo modo tolerari poſſunt, cum nec Fabricius, nec Linnaeus talis coloris mentionem faciant. Hg.

(*p. 177.*)

437. *E. ſputator* thorace fuſco nitido, elytris cinereis, corpore nigro. F. Sp. 272. 39.

☉ Schaeff. Ic. t. 19. f. 11.

♂ Schaeff. Ic. t. 199. f. 8.

♀ F. E. S. I. 2. 230. 62.

Antennae ruſae. Thorax fuſcus, nitidus. Elytra ruſo-fuſca. Pedes ferruginei. Hab. in Salice. Long. 4½. lat. 1½.

Et ſi pro Schaff. Ic. t. 19. f. 11., vti Fabricius habet, legeres f. 2., tamen *Sputator* ibidem non repraeſentatus eſt; figurae 3. et 5. eiusdem tabulae potius allegari poſſent. Figura 8. tabulae 199, quam apud hunc exhibent, alium repraeſentare videtur, quem ipſe poſſideo, cuius elytra apicem verſus nigreſcunt. Paullo longior eſt illo, quem verum *E. Sputatorem* habeo, duplo vero craſſior. Hg.

438.

438. *E. filiformis* cinereo-fuſcus, immaculatus. F. Sp. 270. 28.

♀ F. E. S. I. 2. 227. 48.

Cinereo-fuſcus immaculatus; antennae longitudine thoracis. Hab. in ſiluis. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. 1.

* 439. *E. niger* niger, thorace laeui, elytris, pedibus, corporeque nigris. Linn. Syſt. Nat. 656. 33. Fn. Sv. 743.

Geoffr. Inſ. 1. 134. 8.

♀ F. E. S. I. 2. 221. 25.

Habit. in paſcuis. Long. 5. lat. 2.

Geoffroyi citatum falſum eſſe, omnis mecum ſentiet, qui oculo, et fugitiuo, eiusdem deſcriptionem perluſtrauerit. Fortaſſe ad *E. murinum* amandandum eſt. Hg.

* 440. *E. carbonarius* ater, atro-farinoſus, punctis minutiſſimis albis interiectis, antennis ſerratis. Schrank. E. I. 343.

Schrankii deſcriptio l. c. iterata. Variat magnitudine. Hab. ſub arborum cortice frequens in ſiluis; at inuentus ſemel etiam in hortis ſub cortice Populi tremulae. Long. 8. lat. $3\frac{1}{2}$.

Inſectum ſingulare, atque pulcherrimum eſt. Magnitudo et ſtatura eadem cum *E. faſciato*, ſed thorax magis elongatus, et linearis, atque ſupra inaequalis: foueola impreſſa longitudinali obſoleta. Elytra thorace haud latiora, nec duplo longiora ſunt. Caetera, vt in deſcriptione Schrankii. Specimen meum, quod ex Italia accepi, cum menſura, ab Auctore data, conuenit; Schrankius $6\frac{1}{2}$. lin. longum, et 2. lin. latum eſſe, dicit. Hg.

(*p. 178.*)

441. *E. murinus* thorace obſcure cinereo, elytris cinereo-nebuloſis, plantis rufis. F. Sp. 267. 15.

F. E.

♀ F. E. S. I. 2. 221. 26.

Elater nigrofuſcus. etc. *Le taupin brun nébuleux.* Geoffr. Inſ. 1. 134. 8. Schaeff. Ic. t. 45. f. 5.

Corpus nigro-cinereum, antennis plantisque ferrugineis. Hab. ruri frequens. Long. 4, $5\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Citatum Geoffroy. I. 135. 10., quod auctor cum Fabricio ad hunc allegat, in Entomol. ſyſtem. bene omiſſum, et ad *E. holoſericeum.* 222. 27. relatum eſt. Mihi Elater Geoffroyi, ſupra citatus, et a Dn. Roſlio ad *nigrum* relatus, huc ſpectare videtur. Fabricii *E. holoſericeus* l. c. an idem cum *E. vndulato* Herbſtii Arch. V. 111. 8? Hg.

442. *E. teſſellatus* elytris aeneis, maculis pallidioribus confertis, vnguibus rubris. F. Sp. 267. 16.

⊙ Gad.

♀ F. E. S. I. 2. 222. 28.

Fuſcus, maculis albidis variegatus. Confer *Scopolium.* l. c. Habitat in campis ſilvaticis. Long. 6. lat. 2.

Geoffroyi citatum. 1. 135. 9. incertum habet auctor, et bene quidem, vt mihi videtur, nullam enim coloris cuprei mentionem facit. Idem obſtat, quo minus Scopolii *E. thoracicus* E. C. 282. ab Auctore cum Fabricio, adductus, imo *E. teſſallatus* auctoris noſtri ipſius, admitti poſſit. Schaeff. Ic. t. 4. f. 7. ad alium amandare vult Herbſtius, ſed mihi noſtrum Elaterem ſatis bene repraeſentare videtur. Hg.

(*p. 179.*)

443. *E. ſanguincus* ater, elytris ſanguineis. F. Sp. 271. 36.

⊙ Bergſtr.

☽ Schrank. E. I. 341.

F. E.

♀ F. E. S. I. 2. 228. 55.
Panz. F. I. G. V. 13. Schaeff. Ic. t. 31. f. 2.

β. Variat rarius macula elytrorum magna communi atra.

E. ſanguinolentus. Schrank. E. I. 341. Beytr. 69. 16. t. 3. f. 15. Schaeff. Ic. t. 31. f. 5.

♀ *E. ephippium.* F. E. S. I. 2. 228. 56. Panz. F. I. G. V. 14.

Habitat ſub arborum cortice non rarus. Long. 5. lat. $1\frac{1}{3}$.

Errore typographico ſub α. pro Schaeff. Ic. t. 31. f. 7., auctor habet f. 5.

Elaterum ſpecies colore admodum variare, iam dudum notum eſt, inprimis autem in illis, quibus color ruber, liuidus, aut aeneus eſt, id obſeruare licet. Variabilis color huius Elateris permultos induxit, vt ſpecies haberent, quae merae varietates ſunt; imo de quibusdam adhuc incerti reſtamus. Variat quidem.

1) *magnitudine:* Quaedam ſpecimina longa ſunt $7\frac{1}{3}$. lin. lata vero $2\frac{1}{4}$; nonnulla contra longa $3\frac{1}{4}$, lata $1\frac{1}{4}$. lin.

2) *colore.*

a) elytris vnicoloribus.

α) laete rubris — β) obſcure rubris — γ) flauo-rubris, praecipue baſin verſus.

b) elytris rubris, nigro-pictis.

α) apice ſolo nigro (*E. praeuſtus.* F. E. S. I. 2. 229. 57.)

β) ſutura intima tantum nigra.

γ) macula dorſali maiore, elliptica, nigra, nec baſin nec apicem attingente. (*E. ephippium. F.*)

E. pomorum. Scheven. ſpecies diſtincta videtur, quamuis, elytrorum colore caſtaneo-rufo excepto, cha-

characterem alium detegere nequeam. Medius eſt, nec tanta magnitudinis varietate occurrit. *E. glycereus eiusdem*, minor eſt, et eadem cum ſpeciminibus iſtis paruis *E. ſanguinei* magnitudine gaudet. Color elytrorum flauicans, apice nigro. Nil obſtare videtur, quo minus *E niger, elytris flauis, Le taupin à étuis jaunes et corcelet liſſe* Geoffroy. Inſ. 1. 131. 3. idem cum *E. pomorum* et *glycereo*, iamiam dictis, eſſe poſſet, praecipue cum maximam *E ſanguinei* affinitatem commemor ret Geoffroyus.

Varietas talis, qualem Schaefferus Ic. t. 11. f. 9. exhibet, et cuius mentionem Geoffroyus locis allegatis, facit, a me nondum viſa eſt. Hg.

444. *E. balteatus* elytris antice dimidiato-rufis, corpore nigro. F. Mant. 174. 41. Sp. 271. 37.

⊙ Rai.

♀ F. E. S. I. 2. 229. 59.

Hab. in pratis non frequens. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $\frac{3}{4}$.

445. *E. ruficollis* niger, thorace poſtice rubro, nitido. F. Sp. 270. 33.

☽ Geoffr. Inſ. 1. 132. 5.

♀ F. E. S. I. 2. 227. 52.

Antennae nigrae. Thorax antice niger, poſtice ruber. Elytra atra, nitida, ſubtiliſſime ſtriata. Pedes rufi. Hab. intra corticem et lignum, rarus. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Geoffroyi citatum, ab Auctore additum, falſum eſſe, et ad *E. thoracicum* pertinere, ſatis perſpectum habeo. Ad eundem referatur *E. gramineus*. Scopolii E. C. 290. Sic et Auctor noſter in Mantiſſa ſua, ad *E. thoracicum*. p. 59. n. 143. correxit. Schaeff. Ic. t. 31. f. 3. ad eundem pertinet. Hg.

446.

Digitized by Google

(*p.* 180.)

446. *E. ferrugineus* thorace, elytrisque ferrugineis, corpore, thoracisque margine poſtico nigris. F. Sp. 266. 11.

♂ Degeer. Inſ. 4. 87. 1. t. 5. f. 18.

♀ F. E. S. I. 2. 220. 18. Panz. F. I. G. X. 10.

Color aetate variat. Antennae nigrae valde ſerratae. In adulto caput, et abdomen nigra, vti etiam elytrorum baſis, ſcutellum, thoracisque dentes. Hab. in ſiluis; captus etiam in hortis in Malua arborea flore rubro. Long. $8\frac{1}{4}$. lat. 3.

Panzeri figura citata, quae arte ſolita elaborata eſt, nimis paruum ſpecimen repraeſentat. Mea longitudinem 11 lin. ſuperant. *E. rufus* Degeerii, ab auctore citatus, idem cum *E. rufo* Fabr. E. S. I. 2. 219. 17. eſt, quod figura, a Degeerio data, ſatis oſtendit. Quem Celeberr. Panzerus l. c. 11. optime depinxit, hinc plura de differentia vtriusque: *E. rufi* et *E. ferruginei*, addere haud opus eſt. Hg.

* 447. *E. prolifericornis* oliuaceo-nitens, piloſus, antennis duplicatis. *D. D'Antic. Soc. Linn.*

Dermeſtes tentaculis etc. Geoffr. Inſ. I. 103. 11. *Le Dermeſte à oreilles.*

♀ *Parnus prolifericornis.* F. E. S. I. 1. 245. 1. Panz. F. I. G. XIII. 1.

Caput ſubretractile. Oculi nigri. Palpi poſteriores breuiſſimi, anteriores triarticulati, articulo vltimo maiori apice accuminato. Antennae duplices ſuperpoſitae. Prior inſidens capiti vniarticulata? breuis, lata, compreſſa, triangularis, ſubrecurua, piloſa, fuſca. Poſterior inhaeret dorſo praecedentis in eleuatione verſus baſin, et mouetur independenter vniarticulata, ſubpuncta-

ta, ſubcompreſſa, acuta ferruginea, piloſa, interne quatuor fiſſa, vel pectinata. Thorax eleuatus, piloſus, vix punctatus, latera poſteriora acuta, inferne medium mucronatum, craſſiuſculum. Elytra vix punctata piloſa. Abdomen ſubfuſcum, piloſum. Pedes ferruginei fuſci, tarſi articulis quinque vltimo maiori. *D. D'Antic.*

Habit. primo vere ſuper plantis, et ſub lapidibus, in locis aquaticis minime rarus. Long. 2. lat. $\frac{1}{2}$.

Nec victus, nec mores, nec ſtatura Elaterem indicant. Grauiter incedit, dorſoque iacens, nullum, ac ne minimum quidem pulſum, vt Elaterum ſpecies, habet. Antennae inſuper diſſimiles ſunt. Quid itaque auctorem, locum illi inter Elateres dandi, impulit? Hg.

(*p. 181.*)

* 448. *E. rufipes* niger, pedibus rufis. Geoffr. Inſ. 1. 136. 14. *Le Taupin noir à pattes fauves.*

♀ F. E. S. I. 2. 231. 70.

Totus ater, nitens, thorace lucido, elytris ſtriatis laeuibus, pedibus rufis. Habit. ſub arborum cortice. Long. 3. lat. $\frac{2}{3}$.

449. *E. minutus* thorace atro, nutido, elytris nigris. F. Sp. 272. 41.

♀ F. E. S. I. 2. 231. 71.

Niger, nitidus, immaculatus. Elytra obſcure ſtriata. Hab. in ſiluis. Long. $2\frac{2}{3}$. lat. 1.

450. *E. marginatus* thorace fuſco, elytris teſtaceis margine vndique nigro. F. Sp. 270. 30.

⊙ Act. Nidroſ.

☽ Schrank. E. I. 352. Schaeff. Ic. t. 194. f. 1.

♀ F. E. S. I. 2. 227. 50.

Caput

Caput nigrum. Thorax fuſcus lateribus ferrugineis. Elytra pallide teſtacea margine nigra. Pedes rufi. Antennae fuſco teſtaceae. Hab. in ſiluis. Long. 3. lat. $\frac{3}{5}$.

Schrankius l. c. "*magnitudine mire variare*" dicit; vereor, ne plures confuderit ſpecies, quas oculi bene quidem, minus autem verba diſtinguere poſſunt. Magnitudo enim huius ſatis conſtans eſt. Hg.

(*p. 182.*)

451. *E. pulchellus* capite thoraceque atris, elytris nigris maculis flauicantibus, pedibus flauis. F. Sp. 272. 44.

♀ F. E. S. I. 2. 233. 77.

Caput et thorax atra. Elytra nigra ſtriata, antice faſcia ſubinterrupta flaua, pone medium punctum flauum. Corpus nigrum. Pedes flaui. Hab. in ligno putreſcente. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

* 452. *E. maculatus* capite, thoraceque nigro-fuſcis, elytris pallidis, nigro-maculatis.

Antennae breues ferrugineae, apice nigrae. Caput nigrum. Thorax niger, minime nitens, conuexus, ſubcarinatus, lateribus poſticis parum eleuatis, puncto vtrinque albo villoſo obſoleto. Elytra ſtriata, pallida, macula nigra communi ad baſin, et punctis in ſingulo tribus maiusculis oblongis nigris notata. Abdomen nigrum. Pedes ferruginei. Tab. V. f. 7. — Captus in Quercu d. 3. April. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $\frac{3}{4}$.

* 453. *E. bimaculatus* thorace nigro, elytris antice dimidiato-fuluis poſtice nigris bimaculatis.

♀ F. E. S. I. 2. 233. 79.

Antennae longitudine thoracis rufae. Caput et thorax nigra, nitida; grifeo-tomentofa. Elytra fulua, feu potius in mortuo teftacea, ftriata, apice nigro maculis duabus pallide flauis. Pedes rufi. Tab. III. f. 10. — Hab. fub cortice, et lignis exficcatis cariofis frequens. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{2}$.

(*p. 183.*)

* 454. *E. crucifer* thorace teftaceo linea dorfali nigra, elytris concoloribus, cruce margineque nigris.

Facies *E. cruciati*, a quo tantum differt colore minus nitido, et magnitudine multo minori, in reliquis omnino illi fimilis. Hic tamen, etfi plures habuerim, numquam inuentus eft maior lineis duabus. Tab. V. f. 9. Hab. cum praecedentibus. Long. $1\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

455. *E. bipuftulatus* niger, nitidus, elytris puncto baleos rubro. F. Sp. 273. 47.

♀ F. E. S. I. 2. 235. 88.

Pedes fului. Elytra ftriata. Hab. cum aliis rarior. Long. 3. lat. 1.

LXVI. BVPRESTIS.

Palpi filiformes articulo vltimo truncato obtufo. *Maxilla* vnidentata, obtufa. *Labium* cylindricum acuminatum. *Antennae* filiformes ferratae.

456. *B. Mariana* elytris ferratis longitudinaliter rugofis, maculis duabus impreffis, thorace fulcato. F. Sp. 276. 20.

♂ Schrank. E. I. 362.

♀ F. E. S. I. 2. 195. 41.

B. Hiulca. Pallas Ic. Inf. p. 68. t. D. f. 8.

Elt

Eſt haec e maximis. Superne viridi-aenea rugis longitudinalibus impreſſis irregularibus, cauitates cupreo-auratas efformantibus. Subtus ſcabra, et aureo ignito colore diues. Antennae nigrae. Elytra integra. Hab. in ſiluis. Long. 15. lat. 6.

Variat colore nigro-cupreo, et nitidiore, absque nigredinis mixtura.

Citatum Degeer. Inſ. IV. 128. 1. t. 4. f. 8. omnino deleri, et *B. calcaratae* Schalleri Act. Hallenſ. I. p. 310. adſcribi debet, quae eadem eſt cum *B. oxyptera*. Pallas Ic. p. 70. t. D. f. 11. (quam figuram Fabricius perperam apud *lugubrem* ſuam citat. E. S. I. 2. 206. 86.) *B. Auſtriaca* Schrank. E. I. 364, *B. Berolinenſi* Herbſtii, et *B. plebeia* Harrer. l. c. p. 61. n. 90. Schaeff. Ic. t. 35. f. 7. vbi adnotare placet, *B. plebeiam F.* nullo modo eandem cum *Berolinenſi* Herbſt. eſſe poſſe. Priusquam hanc Bupreſtin mittam, animaduertere liceat, ſpinam tibiae, paris pedum intermedii, quam Schallerus primus et ſolus ferme commemoratus eſt, maribus tantum propriam eſſe, cum in minoribus ſolis reprehendatur.

Illam veram *B. marianam* credo, quam Pallas l. c. Herbſtius Arch. t. 25. f. 4. Schaefferus Ic. t. 49. f. 1. repraeſentauere. Certe elytrorum puncta duo impreſſa, vna cum rugis longitudinalibus, in nulla alia aequalis magnitudinis, conſpicio, quamuis reliqua deſcriptio Linnaei, haud bene conuenire videatur. Fabricius aliam deſcripſiſſe videtur, et cum Linnaei diagnoſin ſeruaret, haud bene diſcernere poſſumus, an eandem cum Linnaeo habuerit Bupreſtin. Praecipue autem patria, a Fabricio commemorata, dubitantem me reddidit. Ipſe ex America boreali Bupreſtin accepi, huic ſimilli-

mam, coloris nigro-cuprei, elytris profundius inſculptis, magis attenuatis, thorace aliter formato. Eſt *B. Virginenſis* Goetze. Drury t. 30. f. 3. An haec *Mariana* Fabricii? Hg.

(p. 184.)

457. *B. cuprea?* elytris integerrimis, thoracis lateribus ſcabris, ſcutello tuberculari, corpore cupreo. F. Sp. 280. 48.

☉ Linn.

☽ Pod. M. G. 43.

Mordella cuprea Scop. E. C. 191.

Videtur differre a *B. cuprea Linnaei.*

Caput aeneum, rugoſo-punctatum. Thorax et elytra viridi-aenea, concolora. Thorax lateribus ſcabriuſculis. Elytrum margine externo ad baſin duplicatura anguſtatum, bidentatum. Subtus tota cuprei pulcherrimi coloris, punctis varioloſis maiusculis excauata. Hab. in ſiluis: inuentae tres etiam in Beta vulgari. Long. 10. lat. $3\frac{1}{4}$.

Bupreſtum ſpecies difficulter extricari ſecundum deſcriptiones, absque iconibus adiectis, omni perſuaſum eſt, qui ipſe talem extricationem conatus eſt. Inde dubitare licet, an veram Bupreſtin habuerit auctor, cum Fabricius Americam patriam dicat, et cum deſcriptio ſupra data ſpeciem deſignet, *B. acuminatae* aut *Berolinenſi* ſimilem. Hg.

458. *B. ruſtica* elytris emarginatis ſtriatis, obſcure aeneis. F. Sp. 279. 40.

☽ Schrank. E. I. 363.

♀ F. E. S. I. 2. 205. 81.

Viridi aurea, lateribus thoracis elytrorumque cupreis; maxillis, tarſis antennisque nigris. Caput

put et thorax punctata. Elytra ſtriata, apice oblique truncata. Abdomen ſupra profunde caeruleum, infra viridi-aureum. Antennae fere ſerratae. Oculi obſcure rubri, a morte nigri. Elytra colore variant. Habit. in ſiluis. Long. $7\frac{1}{4}$. lat. 3.

Schaeff. Ic. t. 2. f. 1. ab auctore et multis aliis citata, colore nimis nigro tincta eſt, et aliam repraeſentare videtur; quam vero, diſcernere nequeo. Hg.

(*p. 185.*)

459. *B. Tenebrionis* atra, elytris integris truncatis, thorace varioloſo dilatato.

♂ Fuesly Arch. t. 28. f. 15.
Schaeff. Ic. t. 204. f. 5.
♀ F. E. S. I. 2. 207. 90.

Tota nigra, thorace ſcabro dilatato, ſuperficie cicatricibus varioloſis. Elytra ſubtiliſſime lineato-punctata, apice obtuſo, ſed integro.

β. Occurrit alia in ſiluis, quae accedit ad B. Tenebrioidem. *Pallaſ. Roſ. Ic. Inſ.* t. D. f. 7. Schaeff. Ic. t. 204. f. 5., adeo praecedenti ſimilis, vt absque diligenti inſpectione eadem iudicetur; mihi tamen his notis diſtincta ſpecies: nempe non atra, ſed aeneo-nigra, thorace minus varioloſo, minusque dilatato, punctis ſaepe quatuor maiusculis nigris glabris lucidis. Elytra laeuiora quam in *B. Tenebrionis*, punctis impreſſis minoribus, et non raro obſcure aeneis. Corpus ſubtus atrum, punctis minimis aeneis magis conſpicuis adſperſum, dorſo ſub elytris viridi; in praecedenti fuſco. Praetereaque elytra in hac ſemper minus dura, et acu facilius transfigenda; in *B. Tene-*

brionis duriſſima, et aciculas obtundentia. Hab. in ſiluis frequens. Long. 9. lat. $3\frac{1}{4}$.

Neſcio, quid auctorem impediit, quo minus illi Bupreſti, quam ſub ♀. deſcripſit, et cuius differentiam ſpecificam ſibi perſuaſam habet, ſpeciei peculiaris iura concederet? Fabricius in Ent. ſyſt. in Oliuierii veſtigium, nomine *B. tenebricoſae* (p. 207. n. 89.) ſeparauit. Auctor recte iudicaſſe videtur, Schaeff. Ic. t. 204. f. 5. et Pallas Ic. t. D. f. 7. ad hanc potius, quam ad *B. Tenebrionis*, referri poſſe. Pallaſius l. c. f. 6. aliam repraeſentat, cuius forma et deſcriptio bene cum *B. Tenebrionis* congrueret, niſi ſtatura gigantea illi attributa eſſet. Eadem cum *B. carioſa* F. E. S. I. 2. 207. 87. eſſe videtur. Pallaſius ibidem citatum exhibet, quod bene allegari poſſe videtur. Geoffr. Inſ. 1. 128. NB. *Cucuius ater, thorace ſcabro, puluere albicante conſperſo, elytris obſolete ſtriatis.* Hg.

(p. 186.)

* 460. *B. faſtidioſa* elytris ſerrato-vnidentatis, aureo-viridibus, faſcia media lata longitudinali violacea.

Ad *B. ruſticam* libenter retuliſſem; ſed nimia coloris diuerſitas, et apex elytrorum vnidentatus me ad nouam ſtatuendam ſpeciem induxit. Ab ea praeter antea dictas notas differre videtur etiam oculis obſcurioribus, fronte minus rugoſa, et thorace in medio ſulcato. Faſcia percurrit longitudinem elytri prope futuram. Hab. in ſiluis. Long. $9\frac{1}{4}$. lat. $3\frac{1}{4}$.

461. *B. acuminata* elytris attenuato-acuminatis obſcuris, corpore cupreo. F. Mant. 181. 59. ♀ F. E. S. I. 2. 206. 83.

Deſcri-

Deſcriptio Fabricii rurſus exhibetur. Hab. in ſiluis frequens. Long. 9. lat. 3.

Fabricius in E. S. citatum: Pallas Ic. t. D. f. 10. apud *B. Berolinenſem* p. 188. 12. iterum exhibet, cum tamen ad hanc *B. acuminatam* pertineat, vbi ipſe habet. *B. Berolinenſis Herbſtii*, quam Fabricianam quoque credimus, ſupra in adnotatis ad *B. marianam* n. 456. commemorata, et ſynonymis ſuis aucta eſt. *B. acuminatae F.* quidem ſimilis eſt, attamen ſatis diſtincta ſtatura latiore, thorace lateribus magis rotundato, nec ita angulato; elytris pone minus acuminatis, tum vero apice emarginatis, vt anguli promineant vtrinque acuti; porro ſpina tibiae intermedii pedum paris, maſculis propria, vt taceam elytrorum ſculpturam leuiorem et alia. Hg.

*462. *B. aurulenta* elytris faſtigiatis bidentatis, viridibus, margine corporeque auratis, thorace ſubpunctato. Linn. Syſt. Nat. 661. 10.

Schaeff. Ic. t. 35. f. 6.

Anceps diu haeſi, et adhuc dubito, vtrum meum ſpecimen foret huc referendum: a deſcriptione iudicent eruditi. Caput viridi-aureo-nitens, punctulatum. Oculi a morte fuſci. Antennae virides. Thorax viridi-aureus, rotundatus, vix marginatus, obſolete punctatus, vtrinque foueola excauata. Elytra punctato-ſtriata, truncata, ſubbidentata, vitta longitudinali caerulea futuram attingente, coloris eiusdem; reliqua pars elytri (margine quaſi intacto) nitens eſt aurea faſcia vsque ad apicem diducta. Subtus tota viridi-aurata, laeuis, ſubpunctata, ſterno antice poſticeque emarginato. Deſcriptio *B. decorae* Fab. Syſt.

Ent. 217. 6. quae mihi ignota; huic quodammodo competit. Hab. ſiluas rara. Long. max. 8. lat. 3.

Linnaei *B. aurulenta* Carolinae indigena eſt, et cum deſcriptio eiusdem haud omnibus quadret, aliam credere licet. Fabricius in Ent. ſyſt. I. 2. 208. 92. *aurulentam* habet, eiusdem magnitudinis et ſtaturae cum *B. manca.* Hanc a D. Hübnero, qui circa Halam Saxonum detexerat, acceepit, quae autem nullo modo eadem cum Linnaeana eiusdem nominis eſt, quod tamen Fabricius innuere videtur, cum Oliuierium citet, qui veram ſane habuit Linnaei *aurulentam*, quia ſe illam e muſeo Dni. Smith, quem collecta a Linnaeo, emiſſe ſcimus, accepiſſe aſſerit. Hg.

(p. 187.)

463. *B. 9-maculata* elytris ſerratis, nigra, fronte puncto vnico, thorace quatuor, elytris tribus flauis. F. Mant. 179. 36.

⊙ Sulz.
☽ Schaeff. Ic. t. 204. f. 4?
♀ F. E. S. I. 2. 198. 54.
Roſii Mant. 60. 145.

Tota nigra, ſubtus nitidior. Frons flauo-maculata. Thorax vtrinque maculis duabus luteis ad baſin ouatis. Elytra vix ſerrata, integerrima, ſubſtriata, maculis in ſingulo tribus ad marginem exteriorem transuerſis luteis, quarum prior maxima ſurſum biſurca. Variat rarius capite thoraceque immaculatis: *B. ſexmaculata Schaefferi.* Hab. etiam in hortis non rara. Long. 5. lat. $1\frac{1}{4}$.

Auctor in Mantiſſa ſua aſſerit, ſe thoracem maculis quatuor numquam notatum vidiſſe, vti Fabricius dicit, quamuis ſpecimina ſatis multa habuiſſet.

Plures

Plures Entomologi huic aſſentiunt, ideo peculiaris ſpecies eſſe videtur. Thorax et caput interdum immaculata ſunt, quod in ſpecimine, reliquis duplo minore, obſeruo.

B. 9-maculatam Linnaei aliam eſſe, et *punctis quatuor flaua abdominis* et *latera thoracis flaua*, cum maculae thoracis in noſtra in dorſo poſitae ſint, et patria, quam *Barbariam* dicit, nobis ſuadent. Hg.

* 464. *B. 4-faſciata* elytris integris, ſtriatis, nitidis, atro-caeruleis, faſciis quatuor albis, primis duabus obliquis interruptis.

Statura et magnitudo fere *B. 9-maculatae*. Antennae breues, nigrae, ſerratae. Caput nigrum fronte albo-punctata. Thorax niger vix pubeſcens, vtrinque lateribus albo-marginatis. Elytra ſtriata, ſubpiloſa, nitida, atro-caerulea faſciis quatuor transuerſis albis, prima antrorſum, altera retrorſum arcuata, interrupta.

Inter primam et ſecundam punctum album marginale. Subtus tota atro-aenea. Color albus vergit in flauum. Tab. IV. f. 6. et 7. — Hab. ſilvas in Plantagine rara. Long. 5. lat. 1½.

B. vndatae. F. E. S. I. 2. 207. 88. affinis videtur. Hg.

(*p. 188.*)

465. *B. Chryſtoſtigma* elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato. F. Sp. 277. 26.

⊙ Degeer., Schaeff.

♀ F. E. S. I. 2. 199. 57.

Pallas Ic. Inſ. t. D. f. 16.

Caput, thorax, et elytra rubro-aenea ſulcis quatuor vel quinque exarata: ſingulo elytro punctis

ctis binis in figuram quadratam poſitis, impreſſis, deauratis. Antennae ſetaceae, breuiſſimae, aeneae. Oculi oblongi. Abdomen dorſo caeruleum. Subtus colore aeneo nitidior. Hab. in ſiluis rara. Long. 5. lat. 2½.

Thoracis forma in effigie, a Herbſtio Arch. t. 28. f. 6. ſuppl. exhibita, cum meis ſpeciminibus haud congruit. Punctum tertium ante puncta bina cuiuscunque elytri, impreſſum, magis minusue viſibile, ab eodem celeberrimo Viro iam adnotatum eſt. Degeerium e citatis omiſit auctor, eiusdem deſcriptio imo haud in omnibus conuenire videtur notis. Hg.

466. *B. manca* elytris integris, obſcuris, thorace aureo ſtriis duabus nigris. F. Sp. 281. 52.

♂ *Mordella Hungarica.* Scop. Ann. Hiſt. Nat. 5. 104. 85.

Schrank. E. I. 365. *B. elegantula*, quam F. in *Mant.* remittit ad *B. Salicis.*

Schaeff. Ic. t. 151. f. 5. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 211. 109.

Deſcripſit Fabricius in Syſt. Ent. ſub nomine *biſtriatae.* 222. 37. Elytra punctata. Subtus tota aurea, dorſo ſmaragdino colore nitens. Capt. Menſ. Mai. Piſis in Roſae foliis. Long. 4. lat. 1¼.

Schaefferi Icon. figura citata noſtrum inſectum aut minime, aut peſſime repraeſentat. Priori coniecturae potius aſſentio, cum Schaefferus ipſe *Elaterem* vocet ibi repraeſentatum Coleopteron. *B. elegantulam* Schrankii, auctor, ſicuti Oliuierius, huc refert, vt videtur, iure potiore, quam ad *B. Salicis F.* Nihil enim quam color, quem *ſaturate viridem*, vocat Schrankius, vbi fuſcus eſt, obſtare videtur.

Digitized by Google

videtur. *M. Hungarica* Scop. l. c. quoque dubio ſubiecta eſt. Hg.

(*p. 189.*)

467. *B. Rubi* cylindrica nigra, elytris faſciis cinereis vndulatis. F. Sp. 280. 44.

♀ F. E. S. I. 2. 208. 91.

Nigro-aenea, fronte excauata, thorace magis nitente in medio globoſo, margine reflexo, poſticeque angulato, in baſi punctis quatuor impreſſo. Elytra integra faſciis cinereis quatuor obſoletis, vndulatis. Antennae breues, ſerratae. Hab. in Rubo frequens. Long. $4\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

498. *B. viridis* elytris integerrimis, linearibus, punctatis; corpore viridi, elongato. F. Sp. 281. 54.

⊙ Scop.; Schaeff. Ic. t. 76. f. 9.

☽ Schrank. E. I. 367. Schaeff. Ic. t. 53. f. 7. t. 67. f. 8. 9.

♀ F. E. S. I. 2. 213. 114.

Deſcriptio *Geoffroyana* optima conuenit exacte cum noſtris. Hab. ruri ſat frequens. Long. 3. lat. $\frac{2}{3}$.

Magna Bupreſtum talium anguſtarum copia exſtat, quas vtrum ſpecies peculiares, an varietates ſolas a ſe inuicem, credere oporteat, neſcio. Color nunc fuſco-metallicus, nunc viridi-cupreus, nunc atro-caeruleus eſt. Hg.

469. *B. cyanea* elytris integerrimis rugoſis, corpore cyaneo. F. Sp. 282. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 215. 128.

Praecedenti ſimilis, at diſtincta videtur. Tota caerulea corpore elongato. Antennae ſerratae, thorace breuiores. Oculi nigri. Elytra integra,

tegra, ad baſin rugoſa, punctata, margine, lineaque in medio prominulis. Thorax margine lateribus dilatato, poſticeque angulato, vtrinque ad baſin puncto impreſſo. Hab. cum priori rarior. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Caue, ne miſceas hanc et *B. cyaneam.* Herbſt. Arch. t. 28. f. 16. quae corpore lato, ac depreſſo, et eadem ſtatura cum *B. appendiculata* F. E. S. I. 2. 210. 102. gaudet. Haec enim Fabricii *cyanea* forte praecedentis mera varietas eſt. Hg.

(*p. 190.*)

470. *B. nitidula* elytris integerrimis, thorace marginato, vtrinque depreſſo, corpore viridi nitido. F. Sp. 282. 58.

♂ Schrank. E. I. 368.

♀ F. E. S. I. 2. 214. 123.

Corpus viridiſſimum. Thorax vtrinque depreſſus. Antennae nigrae. Hab. flores paſſim. Long. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

B. laetam. F. E. S. I. 2. 214. 124. varietatem huius eſſe, Linnaeo iam perſuaſum erat, vti ex deſcriptione ſua in Fn. Sv. conſtat. Ipſe copula iunctas reperi. Schaeff. Ic. t. 50. f. 7. t. 67. f. 5. 6. ob formam male expreſſam, haud citarem. Hg.

471. *B. Salicis* elytris integerrimis, viridis, nitens, coleoptris aureis baſi viridibus. F. Sp. 282. 60.

♀ F. E. S. I. 2. 215. 125. Panz. F. I. G. I. 12. Elytra aureo-ignita, baſi viridia. Hab. in Salice. Long. 3. lat. 2.

Celeberrimus Panzerus l. c. habet "Geoffroy. I. p. 126." ſane, quod ex citato ſequente: "*C. rubinus.* Fourcroy. E. P. 1. 33. 4." concludimus, Geoffr. p. 127. n. 4. t. 2. f. 3. ſpectaturus. Id autem

ſine

ſine dubio ad *B. mancam F.* pertinet. *B. elegantulam* Schrankii E. I. 365. iam ſupra ad eandem Bupreſtem retulit auctor; vide ibi adnotata n. 466. Herbſt. Arch. t. 46. f. 5. de qua icone Panzerus dubitat, huc tamen ſpectare videtur. Hg.

472. *B. minuta* elytris integerrimis transuerſe rugoſis, thorace ſubtrilobo laeui, corpore ouato nigro. F. Sp. 281. 53.

Linn. Syſt. Nat. 663. 23.

♀ F. E. S. I. 2. 212. 111.

Colore ſimilis *B. Rubi.* Non confundenda cum altera *B. minuta.* Corpus ouatum, obtuſum, nitidum, fuſco-aeneum. Antennae breuiſſimae. Frons impreſſa. Hab. ſub, et in plantis non frequens. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Haec altera *B. minuta*, cuius mentionem facit auctor, ſine dubio *B. minuta.* Linn. Syſt. Nat. l. c. n. 24. eſt, vbi confuſio haud leuis eſt. D. Roſſi in Mantiſſa ſua 63. 153. *B. minutam "alteram"* deſcribit, quae certo varietas mera eſt, pilis albidis detritis. Hg.

(p. 191.)

473. *B. biguttata* elytris integerrimis linearibus, viridibus, puncto albo, abdomine cyaneo punctis tribus albis. F. Sp. 281. 55.

♪ Schaeff. Ic. t. 279. f. 6. a. b.

♀ F. E. S. I. 2. 213. 115.

Corpore elongato fuſco-viridi. Caput virideſcens, ore oculisque nigris. Antennae breues, virides, ſerratae. Thorax marginatus, depreſſus, et in medio punctis binis notatus. Elytra integerrima, marginata, apice acuminato. In ſingulo elytro puncta duo excauata alba, vnum

ad

ad baſin, alterum pone medium ad ſuturam poſitum. Subtus caerulea nitens pectore vtrinque piſis albis pubeſcente; et abdomine ad lateta pariter tribus albis punctis maculato. Alii quoque faſciculi villoſi albi ab elytris occultantur. Mas. — Hab. in ſiluis rara. Long. 4. lat. $\frac{3}{4}$.

Variat colore fuſco-aeneo, et caeruleſcente. Thoracis puncta videre nequeo in meis. Punctum elytrorum baſeos album rariſſime conſpicitur obſoletum. Abdomen in medio elytris latius eſt, et quaſi margo prominet, puncto ibi impreſſo albouilloſo ſemper conſpicuo. Elytra acuminata, apice obtuſe rotundata, ſerrata ſunt. Hg.

479. *B. taeniata* elytris ſerratis, cinereo-villoſa, elytris nigris: faſciis duabus ferrugineis. F. Mant. 180. 42.

An *B. flauo-faſciata* elytris faſciis linearibus duabus vndatis, inauratis. Piller. It. per Poſ. Scl. 84. t. 7. f. 12?

♀ F. E. S. I. 2. 201. 62.

Facie ſimillima *B. Rubi*, at paullo minor. Supra nigra, hirſuta villis certa luce canis: ſubtus cinerea pubeſcens. Caput antennaeque nigrae breuiſſimae ſerratae. Frons villoſa piſis albis. Thorax latus, magis hiſpidus, margine reflexo. Elytra nigra, integra, ſtriata, punctata, emarginata, faſciis duabus aureis vndatis ſutura interruptis. Corpus aureum pube decumbente cinerea obductum. Variat magnitudine. In nonnullis interdum aſpicitur etiam punctum aureum, vel duo initio elytrorum ad margines, itemque vnum ad apicem. Color faſciarum certe auratus, non ferru-

ferrugineus. Hab. in pratis ſiluaticis in Hyperici floribus frequens. Long. 2, 4. lat. 1¼.

Deſcriptio ſatis bona. Elytra ferrata, punctato-ſtriata, ſtriis ſetoſis. In ſpeciminibus meis emortuis faſciae haud auratae, ſed ferrugineo-teſtaceae, nitidae ſunt. In Ent. ſyſt. in citato Oliuierii loco *B. blanda* legatur: *B. taeniata*. Oliuierius ſuſpicatur *B. hirtam* Villers E. Fn. Sv. 338. 35. huc ſpectare; figura t. 2. f. 42. quidem, quod ad formam attinet, bona, ſed in illa, vt in deſcriptione, nulla faſciarum mentio fit. Deinde latera thoracis, atque frons haud ſquamis, ſed pilis albidis tecta ſunt. Piller. It. per Poſeg. opus non poſſideo, hinc iconem adire non licuit, ſed e deſcriptionibus duabus datis, quas Borkhauſen in epitome (Scriba Ephem. Ent. I. p. 94.) ſeruauit, praecipue poſterior apta videtur. Hg.

(p. 192.)

LXVII. CICINDELA.

Palpi ſex filiformes, poſtici piloſi. *Labium* corneum tridentatum. *Antennae* ſetaceae.

475. *C. campeſtris* viridis, punctis quinque albis. F. Sp. 283. 3.

☉ Mouff., Liſt., Ionſt., Bergſtr., Sulz.

☽ Schrank. E. I. 357. Schaeff. Ic. t. 228. f. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 170. 9.

Deſcriptio Linnaei in *Fauna Suecica* affabre facta, ſed *Scopolina* magis conuenire cum noſtris videtur. Hab. in campis et viis arenoſis frequens. Long. 6. lat. 2¼.

Labium ſuperius flauicans. Mandibulae etiam flauescentes, apice dentibusque viridi-metallicis. Totum corpus, elytris abdomineque exceptis, pilis ra-

ris longis obſitum. Margo thoracis anticus et poſticus rubro-aureus. Elytra punctis quinque notantur, quatuor marginalibus, et vno pone medium in elytrorum diſco, albicante, vt reliqua, ſed limbo inaequali vſto circumdato. Punctum humerale ſemper adeſt, ſecundum vero marginale ſaepius deficit, aut minimum eſt. Apex elytrorum ſemper albicans. Margo elytrorum extimus non ſemper aureus, ſed viridis interdum. Maculae valde variabiles ſunt. Specimina habeo, vbi punctum marginale tertium, lunulatum, cum puncto in elytrorum diſco ſito cohaeret iſthmo tenui; in iisdem punctum marginale quartum cum macula apicis confluit. Sunt, qui habeant ante medium in ſingulo elytro, iuxta ſuturam, punctum impreſſum rotundum vſti coloris. Haec adiicere placuit, differentiam in deſcriptionibus, iamiam commemoratis, ſublatura. Hg.

476. *C. hybrida* ſubpurpuraſcens, elytris faſcia, lunulisque duabus albis. F. Sp. 283. 4.

⊙ Bergſtr.

☽ Schrank. E. I. 355.

♀ F. E. S. I. 1. 171. 10.

Habitat in locis ſabuloſis ſiluaticis rarior. Long. $6\frac{1}{2}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

Thorax pone minus anguſtatus, quam in *campeſtri*, ſed ferme quadratus. Liturae albae ſaepius obſcurae ſunt, vt vix conſpiciantur. Hg.

(*p. 193.*)

LXVIII. ELAPHRVS.

Palpi ſex filiformes. *Labium* rotundatum, acuminatum, integrum *Antennae* ſetaceae.

477. *E. riparius* viridi-aeneus, elytris punctis latis excauatis. F. Sp. 287. 1.

Liſt.

⊙ Liſt., Sulz.

☽ Pod. M. G. 42. 4. Schrank. E. I. 359.

Colore ſaepe variat. Nigro-cupreus, ſubtus virideſcens. Oculi nigri prominentes. Thorax anguſtus, teres. Elytra punctis latis excauata. Plantae nigrae. Facile dignoſcitur. Hab. in locis humidis paludoſis. Long. 3. lat. $1\frac{1}{3}$.

Fabricius in Ent. ſyſt. alium habet, quem *vliginoſum* vocat (178. 1.) ad hunc citatum Geoffroy 1. 156. 30, imo Linnaeus. Syſt. Nat. 658. et Schrank. E. I. 359. pertinere videntur. Oliuierius verum Fabricii *E. riparium* nomine *E. paludoſi* t. 1. f. 4. a. b. et *E. vliginoſum* nomine *E. riparii* t. 1. f. a. b. c. d. e. habet. Hg.

478. *E. aquaticus* aeneus, nitidus, capite ſtriato. F. Sp. 288. 4.

⊙ Liſt.

♀ F. E. S. I. 1. 179. 5.

Hab. ad aquas. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

(p. 194.)

479. *E. ſemipunctatus* aeneus, nitidus, elytris punctatis dorſo glaberrimo. F. Sp. 288. 5.

♀ F. E. S. I. 1. 180. 6.

Inſectum elegans, a *Degeerio* cum praecedente confuſum, et a *Fabricio* diſtinctum.

Caput denſe ſtriatum. Elytra ad marginem craſſiorem ſubtiliſſime ſtriata, et ad ſuturam nitidiſſima, laeuia. Hab. ad aquas in arena humente frequens. Long. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

Diagnoſis praecedentis ſpeciei, a Fabricio data, etiam huic competit. Apex elytrorum interdum flauicat. Statura a reliquis Elaphrorum ſpeciebus recedit. Hg.

480. *E. flauipes* obſcure aeneus, elytris ſubnebuloſis, pedibus luteis. F. Sp. 287. 2.
♀ F. E. S. I. 1. 179. 4.

Statura et magnitudo fere *E. ſemipunctati*, at thorax anguſtior. In ſingulo elytro puncta duo impreſſa prope ſuturam. Hab cum praecedente minus frequens. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{2}$.

Staturam huius Elaphri equidem cum illa *E. ſemipunctati* non compararem, ſed potius *E. riparii* habitum quodammodo ſimilem haberem. Hg.

(*p. 195.*)

LXIX. HYDROPHILVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, ſubmarginatum. *Antennae* claua perſoliata.

481. *H. piceus* niger ſterno canaliculato, poſtice ſpinoſo. F. Sp. 288. 1.
⊙ Act. Berol., Friſch., Sulz., Bergſtr.
☽ Scop. E. C. 293.
♀ F. E. S. I. 1. 182. 1.

Noctu volat, fortaſſe aquae defectu ad meliorem ſedem inueſtigandam. Inter alios vnum habeo, qui aeſtiua nocte ingreſſus Coenobitae cubiculum, non ſine quadam eius admiratione volauit ad lumen ardentis candelae. Hab. in lacubus, et piſcinis frequens. Long. 19. lat. 10.

Dyt. haſtatum Act. Berol. Fabricius poſtea e citatis ad *H. oliuaceum* transtulit E. S. I. 2. 182. 2. cuius femina ſtatura maiore, corpore latiore, colore obſcuriore, elytrisque apice non truncatis, ſed acutis differt, quodammodo *H. piceo* ſimilis. Hg.

482. *H. Caraboïdes* niger, nitidus, elytris ſubſtriatis. F. Sp. 289. 3.

⊙ Friſch., Bergſtr., Sulz.

♀ F. E. S. I. 1. 183. 4. Roſſi Mant. 65. 158.

Elytra ſubſtriata punctis ad marginem inordinate ſparſis. Caput antice vtrinque linea punctorum recurua conſtanter impreſſum.

Specimen habeo longum $3\frac{1}{2}$. praecedenti omnino ſimile, et forte *D. fuſcipes*. Linn. *Hydroph.* Degeer. et Geoffr. Inſ. 1. 184. 4? — — Hab. in aquis.

Variat elytrorum colore cyaneo-nigro. Hg.

483. *H. Scarabaeoïdes* niger, elytris ſtriatis, pedibus piceis. F. Sp. 289. 5.

♀ F. E. S. I. 1. 184. 8.

Antennae omnino perfoliatae, at palpi prominentes filiformes, triarticulati, rufi. Hab. in aquis rarior. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Citatum Linnaei quomodo Fabricius exhibere potuit, neſcio, cum elytra laeuia, et magnitudinem eandem cum *H. Caraboïde* dicat Linnaeus. Hg.

484. *H. luridus* elytris ſtriatis corpore cinereo fuſco. F. Sp. 290. 8.

♀ F. E. S. I. 1. 186. 19.

Panz. F. I. G. VII. 3.

Variat magnitudine. Oculi nigri prominuli. Caput aeneo-nigrum, deflexum, thorace lateribus flauicante in medio nigro. Elytra ſtriata lurida, punctis tribus nigris obſoletis. Inferne niger, pedibus elytro concoloribus. Hab. in aquis ſtagnantibus, frequens in Conferua. Long. 2. lat. 1.

(p. 197.)

485. *H. minutus* ouatus, niger, elytris, pedibus thoracisque lateribus griſeis. F. Sp. 290. 9.

⊙ Forſt.

♀ F. E. S. I. 1. 186. 20.

Noſtrum inſectum exacte congruit cum deſcriptione *Geoffroyana* l. c. at facies, palpi, tibiaeque anticae a *Scarabaeis* omnino remouere videntur. Hab. in aquis ſtagnantibus. Long. 2. lat. 1¼.

* 486. *H. coccinelloïdes* antennis perfoliatis niger, thorace lateribus flauicante, elytris pallidis, punctato ſtriatis. *Schrank. E. I.* 373.

♀ *H. bipunctatus.* F. E. S. I. 2. 186. 22?

(*Dyt. marginalis.* Herbſt. Arch. 129. 29.)

Habitus Coccinellae, et ita conuexus. Subtus niger, pedibus pallide teſtaceis. Caput nigrum ante acutum, vtrinque macula exigua flaueſcente. Thorax niger lateribus flauicantibus. Scutellum nigrum. Elytra flauicantia, ſed ſingula ſtriis 18. punctorum minutiſſimorum nigrorum. Hab. cum priori in plantis aquaticis. Long. 1. lat. ⅔.

Deſcriptio hic data, comparatio ſtaturae cum Coccinella, menſuraque, exacte cum Hydrophilo Fabriciano conuenire videntur, qui idem eſt cum *Dyt. marginello* Herbſt. l. c. Punctum poſticum album raro conſpicitur. Variat magnitudine. Citatum, a Linnaeo et Fabricio adhibitum: Geoffr. Inſ. 1. 184. 4. nullo modo tolerari poteſt. Hg.

(p. 198.)

LXX. DYTISCVS.

Palpi ſex filiformes. *Labium* corneum truncatum, integrum. *Antennae* ſetaceae.

487. *D. punctulatus* niger, clypeo, thoracis elytrorumque margine exteriore albis, elytris ſtriis tribus punctatis. F. Sp. 292. 4.

☉ Bergſtr.

♀ F. E. S. I. 1. 188. 4.

Femina ſulcis decem dimidiato-elytrorum, vti in *D. marginali*, at paullo maior, et thorace tantum lateribus flauo-marginato. A *D. marginali* recte diſtinguit *De Geer.* l. c., cuius optimae deſcriptioni addenda, color elytrorum magis in hoc virideſcens, lunulaeque flauae in fronte defectus. Hab. in aquis frequens. Long. 15. lat. 8.

Color in meis obſcurior eſt, quam in marginali. Lunula porro in fronte etiam in hoc interdum viſibilis eſt. Thoracis baſis paullulum luteſcit. Geoffroyi deſcriptio haud bene quadrat, praecipue quod dicat, elytra ſubtiliter transuerſe rugoſa eſſe, cum tantum leuiter punctata ſint. Inde Dyticus Geoffroyi forte ad D. ſtriatum referendus eſſet. — Variat duplo minor, et corpore ſubtus toto atro.

Hg.

488. *D. marginalis* niger, thoracis marginibus omnibus, elytrorumque exteriore flauis. F. Sp. 291. 3.

☉ Rai., Mouff., Liſt., Sulz., Bergſtr.

β *D. ſemiſtriatus* fuſcus, elytris ſulcis dimidiatis decem. Syſt. Ent. 231. 5.

☉ Rai., Friſch., Bradl., Bergſtr.

☽ Schrank. E. I. 374.

♀ F. E. S. I. 1. 187. 3.

Agilis in dorſo incubans, ſaltu ſe reſtituit; ſi diu in ſicco detineantur, aegre ſe immergunt. Maribus anteriorum pedum plantae hemiſphaericae ſcutatae ſeu patelliformes ad arctiorem copulam. Feminae ſemiſtriatae. Oua oblonga, magna, alba. F.

Inter mea ſpecimina vnum habeo, (ne dicam plures,) in quo *D. marginalis* notae ab auctoribus indicatae tam manifeſte apparent, vt euidenter pateat, bene fuiſſe aſſumtum pro *D. marginali*; attamen in eo ſtriae feminarum deſunt, et deſunt patellae pedum anticorum: ad quam igitur ſpeciem reducendum, ſi feminae *D. latiſſimi, punctulati et marginalis*, aut ſulcatae, aut ſemiſtriatae eſſe debent, et mares pedibus patellatis? Forte nequidem in his ſpeciebus palmulae, et ſtriae bene ſexum diſtinguunt? Hab. in foſſis et piſcinis frequens. Long. 14. lat. 7.

Maſculos horum Dytiſcorum, aliorumque, non ſemper patellis inſtructos eſſe, nunc nobis perſuaſum eſt. Ipſe tale ſpecimen poſſideo, quod patellis caret. Hg.

(*p. 199.*)

489. *D. diſpar* niger, depreſſus, thoracis elytrorumque margine exteriore ferrugineo flauescente, elytris in *femina* minus laeuibus, neque ſtriato-punctatis.

♀ *D. diſſimilis*. Roſſi Mant. 66. 161.
D. Roeſelii. F. E. S. I. 1. 188. 5.

Statura *D. punctulati*, at corpore magis lato, et magis depreſſo. Caput nigrum faſcia ſupra os flaua, puncto vtrinque impreſſo. Thoracis margo poſticus, et anticus haud flaui. Elytra obſcure

re nigra, fibroſa, minime nitida, absque ſtriis, vel punctis, margine flauo anguſtiore, quam in *D. punctulato*, et apicem non attingente. Femora, et tibiae flauae, tarſi fuſci. Femina. Mas autem vix differt a maſculo *D. punctulati*, neque vllas notas ſpecificas inuenire potui, quibus ab eo diſtinguerem: color tantum elytrorum et thoracis minus virideſcens, et forma corporis paullulum diuerſa. Pedes antici patellati. Hab. in aquis non frequens. Long. 15½. lat. 8.

Huius Dytiſci feminae ſpecimen ſolitarium poſſideo, a D. Paykullio benigniter mecum communicatum, quod deſcriptione breui magis diſtinguere placet. Thorax lineis vndulatis intricatis inordinatis inſculptus. Elytra lineis eisdem longitudinaliter decurrentibus intricatis confertis notata, ſutura poſtice intima, apiceque elytrorum late glaberrimis, nec punctatis, nec ſtriatis. Vitta marginalis luteſcens, pone anguſtior fit, et marginem quidem legit, numquam autem ipſum tangit, et ante apicem iam deſinit. In apice margo externus luteſcit. Color viridi-obſcurus. De maſculo iudicare nequeo. Haec a me deſcripta femina ſimillima eſt *D. aciculato* Herbſtii, nec vllam fere differentiae notam detegere potui, ſuturae regione excepta, in *D. aciculato* tota glabra, nitida, quae tamen in noſtro ſimiliter ſtrigata eſt. In ſpecimine meo *D. aciculati* vitta marginalis ad apicem vsque decurrit; color corporis ſubtus, piceus eſt, maculis in tribus abdominis ſegmentis lateralibus ferrugineis ſolitariis, in ſpecimine vero *D. Roeſelii* color ſubtus luteo-ferrugineus eſt. Priusquam hos mittamus, coniecturae Celeberrimi Herbſtii aſſentire liceat, qui *D. limbatum F.* marem *D. aciculati* putat, qnod etiam ex analogia tam affinis *D. Roeſelii* ſequi videtur. Hg. 490.

(p. 200.)

490. *D. cinereus* cinereus, elytrorum margine, thoracisque medietate flauis. F. Sp. 293. 11.

⊙ Hoefnag., Liſt., Act. Nidr., Petiv.

☽ Schaeff. Elem. t. 59.

♀ F. E. S. I. 1. 190. 15.

Omnes quot habui, plantis anticis patelliformibus. Marem ſequentis ſuſpicatur *Geoffroy*, aſſerit *Degeer*, qui copula iunctos ſaepe vidit. Hab. in aquis ſtagnantibus purioribus frequens. Long. 7. lat. 4.

D. cinereus Linnaei aliorumque certiſſime mas *D. ſulcati* eſt, quod experientia tam multorum confirmatum ſcimus. Fabricius, *D. cinereum* ſuum omnino diſtinctum eſſe a *D. ſulcati* mare, contendit, cur autem *D. cinereum* non deſcripſit, cur differentiam inter vtrumque non monſtrauit? Degeerius alium habet, quem bilineatum vocat, Inſ. t. IV. p. 400. 6. qui valde ſimilis eſt *D. ſulcato* maſculo, ſed paullo minor, magis conuexus et faſcia thoracis transuerſali integra cum margine confluente; margine antico et poſtico vero haud luteis. Hunc verum *D. cinereum F.* habeo, Oliuierii certe *D. cinereus* eſt, vide eius Encycl. Method. VI. p. 309. n. 10. Ab eodem autem iterum nomine *D. bilineati* p. 319. 1. ſub illis exhibitus eſt, quos haud ipſe vidit, ſed ex aliorum auctoritate enumerauit, animaduerſione tamen adiecta, ſe eundem cum *D. cinereo* ſuo ſuſpicari. Hg.

491. *D. ſulcatus* coleoptris ſulcis decem longitudinalibus villoſis. F. Sp. 292. 6.

⊙ Rai., Friſch., Bradl., Bergſtr.

♀ F. E. S. I. 1. 189. 8.

Mas elytris glabris omnino diſtinctus a *D. cinereo* F. Hab. cum praecedente. Long. 6. lat. 4.

Con-

Conferantur, quae ad praecedentem adnotata ſunt. Hg. (*p. 201.*)

492. *D. bipuſtulatus* ater, laeuis, capite poſtice punctis duobus rubris. F. Sp. 294. 15.

⊙ Geoffr.

☽ *D. immaculatus.* Schrank. E. I. 377?

♀ F. E. S. I. 1. 191. 20. Schaeff. Ic. t. 8. f. 9.

Deſcriptio Schrankii l. c. iterum exhibetur. Puncta rubra in mortuo non ſemper conſpicua. Hab. in aquis ſtagnantibus frequens. Long. $4\frac{2}{3}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

Geoffroyi citatum bonum videtur, quamuis difficillimum ſit, e tanta ſpecierum, ſibi admodum ſimilium, copia veram determinare, deſcriptionibus breuibus congruentem. Oliuierius l. c. p. 311. n. 19. Degeerii *D. atrum* Inſ. IV. 401. 8. citat, qui tamen alius eſt, et ſtatura maiore ac colore toto atro differt. Hg.

493. *D. feneſtratus?* ſubtus ferrugineus, ſupra niger, elytris punctis duobus feneſtratis. F. Sp. 294. 17.

♀ F. E. S. I. 1. 192. 23.

Deſcriptio a Fabricio data repetita eſt. Noſtra ſpecimina ſupra ſubaenea, ſubtus nigra, in reliquis conueniunt. Hab. in foſſis ſat frequens. Lectus menſ. Februar. Long. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

494. *D. ſtriatus* fuſcus, elytris transuerſim ſubtiliſſime ſtriatis. F. Sp. 293. 8.

♀ F. E. S. I. 1. 189. 10.

D. fuſcus, margine coleoptrorum thoracisque flauo. Geoffr. Inſ. I. 185. 1.?

Elytrorum ſtriae transuerſae, tenues, confertiſſimae facile diſtinguunt ab aliis. Noſtra ſpecimina

mina tamen praeter has ſtrias habent etiam in ſingulo elytro duas lineas longitudinales punctorum impreſſorum aeque diſtantium. Hab. in aquis. Long. 8. lat. 4.

Geoffroyi Dyticus citatus quidem ad *D. punctulatum* refertur, et audere videor, cum ad hunc allegare malo, ſed deſcriptio (confer. adnotata ad n. 487.) et menſura data, long. 8. lat. 4, huic congruunt. Hg.

(*p. 202.*)

* 495. *D. Leander* niger nitens, capite thoraceque rufis, elytris nigris ad marginem rufo-irroratis.

Affinis *D. transuerſali.* Caput rufum vertice nigro, antennis, palpis thoraceque rufis. Elytra nigra laeuiſſima, nitida, ſtriis punctorum armato oculo vix conſpicuis, et ad marginem verſus apicem rufo-variegata. Pectus ſubflauum. Abdomen nigricans. Pedes ferruginei. Differt a *D. transuerſali* praeſertim defectu faſciae. Hab. in aquis ſtagnantibus rarus. Long. $4\frac{2}{3}$. lat. $2\frac{1}{3}$.

496. *D. ouatus* ouatus, fuſcus, capite thoraceque ferrugineis. F. Sp. 296. 30.

♀ F. E. S. I. 1. 196. 45.

Habitat aquas ſtagnantes. Long. 4. lat. $1\frac{1}{3}$.

Geoffroyi Inſ. I. 191. 10. noſtrum inſectum optime deſignat, praecipue, cum dicat, colorem nitorem quemdam ſericeum habere. Hac nota inprimis ab alio, caeteris ſimillimo, differt, qui glaber, nitidus eſt, thorace elytrisque punctatis, quibus autem ille nitor ſericeus deeſt. Huic nomen *D. oualis* dedi. Hg.

497. *D. planus* ouato-oblongus, planus, niger, tibiis ſolis rufis. F. Sp. App. 501. 24.

F.

♀ F. E. S. I. 1. 195. 36.

Statura omnino *D. erythrocephali*, at caput nigrum. Corpus planum laeue, vix nitidum. Tibiae ferrugineae. Hab. in aquis ſtagnantibus. Long. $1\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

(*p. 203.*)

498. *D. erythrocephalus* ouato-oblongus, niger, capite pedibusque rufis. F. Sp. 295. 24.

♀ F. E. S. I. 1. 194. 35.

Habitat in aquis. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 4.

499. *D. lituratus* niger, elytris baſi, lituraque apicis pallidis. F. Sp. 296. 31.

♀ F. E. S. I. 1. 197. 47. Panz. F. I. G. XIV. 4?

Deſcribit Fabricius l. c. Caput nigrum. Habit. in riuulis et ſtagnis. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{2}$.

Panzerus l. c. Dytiſcum Germanicum depinxit, et hunc allegat, mihi tamen dubius eſt, praecipue cum deſcriptio haud omnibus quadret, vti Panzerus ipſe monet. Hg.

* 500. *D. ferrugineus* ferrugineus totus. Linn. Syſt. Nat. 966. 16.

Magnitudine *Cimicis*, totus rufus ſeu ferrugineus. Confer Schrankium. E. I. 383.

Hab. in aquis.

501. *D. paluſtris* laeuis, elytris lituris duabus lateralibus albis. F. Sp. 296. 29.

♀ F. E. S. I. 1. 196. 44.

Minor *D. erythrocephalo*. Thorax quandoque ferrugineus. Hab. in aquis.

502. *D. puſillus* ater, thorace elytrisque margine albis. F. Sp. 297. 37.

♀ F. E. S. I. 1. 201. 70.

Corpus

Corpus vix magnitudine pediculi nigrum. Thorax ater, margine albo. Elytra nigra margine inprimis antico, et apicis albo. Facile dignoſcitur. Hab. in Potamogeto, et plantis aquaticis frequens.

(*p. 204.*)

503. *D. granularis* niger, elytris lineis duabus flaueſcentibus, pedibus rufis. F. Sp. 296. 33.
♀ F. E. S. I. 1. 198. 54.
Habitat in aquis Thermarum D. Iuliani; Piſis.

LXXI. GYRINVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* cornea, vnidentata, acutiſſima. *Labium* emarginatum. *Antennae* cylindricae.

504. *G. Natator* ſubſtriatus. F. Sp. 297. 1.
⊙ Rai., Petiv., Merret, Sulz.
☽ Schrank. E. I. 72. Schaeff. Ic. t. 134. f. 5. a.
♀ F. E. S. I. 1. 202. 1. Panz. F. I. G. III. 5.
Habitat in lacubus frequens; velociſſime ſuper aquam per orbes curſitans. Long. 2½. lat. 1½.

LXXII. CARABVS.

Palpi ſex, articulo vltimo obtuſo. *Labium* integrum, truncatum. *Antennae* filiformes.

505. *C. coriaceus* apterus, ater, opacus, elytris connatis, punctis intricatis ſubrugoſis. F. Sp. 298. 2.
⊙ Pontop., Sulz., Bergſtr.
☽ Schrank. E. I. 388. Schaeff. Ic. t. 141. f. 1. femina.
♀ F. E. S. I. 1. 125. 3. Voet. t. 38. f. 43.

Dum

Dum acu transfigitur tenuiſſimum e corpore humorem emittit vrentem. Hab. in ſiluis frequens. Long. 16. lat. 5½.

Cum Fabricio aliisque auctor noſter citat *C. coriaceum* Scopolii E. C. 265, qui absque dubio verum non habuit *coriaceum L.* Comparata deſcriptio eiusdem euidenter probat, illum *C. violaceum F.* habuiſſe, huic enim margo elytri violaceus competit. Praecipue autem ex illo patet, quod dicit: "Linnaeus puncta excauata in *C. coriaceo* ponit, et "ſunt etiam, ſi pro his ſumantur ſpatiola depreſſa "punctulis eminentibus interiecta, alias minime." In *C. coriaceo* Linnaei excauata, in *C. violaceo* contra eminentia, ſpatium maius occupant. In *C. coriaceo* rugae exſtantes ne *puncta* quidem, minime vero *punctula* vocari poſſent; in *C. violaceo* bene ſic appellantur. Tandem menſura, a Scopolio data, coniecturam probat. Elytrorum longitudinem 8½ lin. ſiſtit; in *C. violaceo* imo nonnumquam longiora ſunt, in *C. coriaceo* vero lin. 11. ſuperant.

Omnes ferme Carabi, e maiorum praecipue numero, ſupra ab auctore dictum humorem ex ore ſpuunt, inprimis autem, dum acu transfixi igni appropinquantur, vt citius mortem obeant. Caue, ne oculis immittatur, quia maximos vrendo efficit dolores. Hg.

(*p. 205.*)

506. *C. hortenſis* apterus, niger, elytris laeuibus, punctis aeneis excauatis triplici ſerie. F. Sp. 300. 10.

⊙ Rai., Liſt., Stroem., Bergſtr.
☽ Schrank. E. I. 389.
♀ *C. auropunctatus.* Roſſi Mant. 75. 175.

Ater,

Ater, nitidus. Antennae filiformes nigrae, apice fuſcae. Thorax cordatus, baſi vtrinque impreſſus. In vtroque elytro ſeries punctorum triplex longitudinalis. Puncta viridi-aurea etiam in margine elytrorum, ſed vix oculo armato conſpicua; in ſingula autem ſerie plerumque duodecim minutiſſima. Mas habet tarſos pedum anticorum ampliores, quaſi palmatos; character communis etiam aliis Carabis. Tab. I. f. 3. Placuit huius Carabi iconem cum aliis minus notis rurſus hic exhibere. Hab. in pratis ſiluaticis frequens menſ. Iul. poſt foeniſecium. Long. max. 12. lat. 4.

Verum *C. hortenſem* auctor in Mantiſſa ſua habet 71. 170, animaduerſione ibidem adiecta, C. hortenſem huncce eundem cum *auropunctato* eſſe, quod etiam ita ſe habet. Variat elytrorum colore nigro et obſcure aeneo. Hg.

507. *C. clathratus* apterus, nigricans, elytris aeneis, ſtriatis, interiectis punctis excauatis cupreis. F. Sp. 302. 18.

♀ F. E. S. I. 1. 131. 29.

Bupreſtis longus. Voet. t. 38. f. 40?

Statura *C. hortenſis.* Caput et thorax atra immaculata. Elytra ſtriis plurimis exarata, punctisque maiusculis aeneis excauatis triplici ſerie. In noſtris puncta aurea, vel aenea etiam in margine. Apex elytrorum retuſus. Thorax valde marginatus, in medio ſulcatus, et poſtice foueolis excauatus. Puncta aenea aetate obſoleſcunt. Varietas. Hab. in ſiluis prope aquas: ſaepe captus circa cuniculum in terra effoſſum. Long. 14. lat. 4½.

Fabri-

Digitized by Google

Fabricius, in Paykullii veſtigium optimum, *C. aeneopunctatum* Degeer. IV. 87. 1. t. 3. f. 12. citat, cui adiungatur *C. aeneopunctatus* Herbſt. Arch. V. 131. 14. vbi perperam Voet. 1. t. 37. f. 35. citatum videmus, cuius t. 38. f. 40. potius adducendam credimus. Celeb. Schneiderus valde errat, *C. aeneopunctatum* Degeer. et Herbſtii eundem cum *C. gemmato F.* coniiciens. (vid. N. Mag. d. Ent. v. Fueſsly. III. 2. p. 135.) Id quidem ſingulare videtur, nec Degeerium, nec Herbſtium, nec Voetium, punctorum eleuatorum, puncta excauata coniungentium, mentionem feciſſe.

Color variat, nunc cupreus, nunc ater. Eſt e maximis, et *C. violacei* longitudinis, ſed duplo fere latior. Interdum vero *C. aurati* ſtaturae cedit.

Caeterum auctor, vt in aliis huius generis, in hoc quoque valde dubius mihi eſt. Tacet enim et puncta eleuata, excauatis interiacentia, et carinas longitudinaliter decurrentes. Quem autem Carabum habuerit, ob deſcriptionem breuiorem decernere nequeo. Hg.

(*p. 206.*)

508. *C. granulatus* apterus nigricans, elytris aeneis ſtriatis interiectis punctis eleuatis longitudinalibus. F. Sp. 301. 17.

⊙ Bergſtr., Sulz.

☽ Scop. E. C. 263. Schrank. E. I. 393. Schaeff. Ic. t. 18. f. 9.

♀ Roſſi Mant. 73. 173.
F. E. S. I. 1. 130. 28.
Oliuier. Inſ. t. 2. f. 20. a. b.
Bupreſtis Chalybeus. Voet. t. 37. f. 31.

Variat admodum magnitudine, et colore etiam purpureo. Confer Scopolium, qui diſtinguit *C. granulatum* a *C. catenulato* ſuo, vel *intricato* Linnaei.

naei. Hab. in ſiluis frequens ſub cortice arborum antiquarum. Long. 8, 10. lat. 3, $3\frac{1}{2}$.

Carabus hicce ſingulariter variat:

α. Vulgariter occurrit $10\frac{1}{2}$ long. $3\frac{1}{4}$ latus, ſtatura depreſſa, elytris quaſi formae quadratae, antennis totis nigris.

β. Raro autem $11\frac{1}{2}$ long. $4\frac{1}{4}$ latus reprehenditur, elytris conuexis, lateribus rotundatis, antennarum articulo primo rubro, thorace magis plano, magisque pone anguſtato, foueolis in angulis poſticis leuioribus et obſoletioribus. Hanc varietatem, vulgaribus immiſtam, rariſſime vero reperi. Vtriusque feminae et maſculi occurrunt. Var. α. femora rubra ſaepius habet, baſi apiceque nigra. Color viridi-et nigricanti-aeneus eſt. Geoffroyus varietatem β. habuiſſe videtur, cum dicat, latiorem *C. aurato* eſſe.

Alius inſuper Carabus exſtat, quem in Hungaria et circa Berolinum reperere, varietati α. colore antennarum toto nigro, β. vero, ſtatura conuexa, ouata, admodum quidem maiore, ſimilis. Quem *C. morbilloſum* F. E. S. I. 1. 130. 26. coniecere, et ita ipſe mihi determinauit celeb. Vir, ſed l. c. dicit, ſuum Mauritaniae indigenum eſſe.

Linnaei *C. granulatus* valde ſuſpectus mihi eſt. Nullam enim linearum eleuatarum, ſtriis punctorum interiectarum, mentionem facit, et eiusdem deſcriptio data omnibus notis *C. aruenſi* competit, cum inſuper colorem atrum praecipuum habeat, quod in *C. aruenſi* bene ita ſe habet, cuius ſpecimina atra ſeu obſcure violacea frequenter, laete aenea vero, rariſſime occurrunt. *C. granulatus F.* ſemper ferme aeneus reprehenditur. Iam Scopolius E. C. 263. hunc defectum commemoratus eſt.

Auctor *C. catenulatum* Scop. (qui idem eſt cum *catenulato* Fabricii) ſane non nouit, eundem cum

intri-

intricato Linn. et forte *C. granulati F.* varietatem coniiciens.

E Schaefferi figuris t. 18. f. 6. varietatem noſtram β; t. 156. f. 4. varietates α. illam mutationem femoribus rufis, repraeſentat. T. 18. f. 9. male picta eſt, ſed huc ſpectare dicitur. Hg.

509. *C. Sycophanta* alatus, violaceo-nitens, elytris ſtriatis, aureis. F. Sp. 203. 25.

⊙ Bergſtr., Rob., Sulz.

♀ F. E. S. I. 1. 149. 108.

Oliuier. Inſ. t. 3. f. 31. Voet. Coleopt. t. 37. f. 32.

In ſingulo elytro ſtriae ſexdecim, quarta, octaua, et duodecima, longitudinali ſerie punctorum impreſſa. Variat magnitudine. Larua nigra laruis Gloſſatorum victitat. Hab. in arboribus; inter folia Vitis etiam inuentus. Long. 12. lat. 5.

(*p. 207.*)

510. *C. caliginoſus* ater, thorace quadrato, laeui, antennis piceis. F. Syſt. Ent. 240. 25.

Deſcriptio Fabricii iterum exhibetur. Maior C. Leucophthalmo. Lectus Florentiae. Long. $9\frac{1}{2}$. lat. $3\frac{2}{3}$.

Auctor Fabricianum Carabum non habuiſſe videtur, qui Americae indigenus eſt. Pluribus deſcriptio Fabriciana competit.

In Ent. Syſt. *C. caliginoſum* reperire nequeo, quamuis in Mantiſſa adhuc exſtaret, vtrum alio nomine exhibitus, an ad aliud genus redactus, an plane omiſſus ſit, neſcio. Hg.

511. *C. Leucophthalmus* alatus, ater, elytris ſtriatis, thorace canaliculato. F. Sp. 304. 29.

⊙ Liſt., Bergſtr.

☽ Scop. E. C. 266. Schrank. E. I. 396.

♀ Roſſi Mant. 74. 174.
F. E. S. I. 1. 132. 36.

Variat magnitudine. Puncta quatuor *Geoffroyana* obſeruata in elytris, optime diſtinguunt ab aliis. Caput punctis duobus impreſſum. Hab. in ligno putrido, in campis. Long. 7. lat. $3\frac{1}{7}$.

Caraborum nigrorum tanta copia exſtat, vt omnes tantum, ab vno eodemque, impigro et indefeſſo, deſcripti, dubii eſſe ceſſarent. Cuine autem fortuna contigit, modicum tantum illorum numerum cogendi? Tempus futurum forte hanc ſecundam ſecum ducet fortunam, et interim illam, quam licuit, incertitudinis partem tollamus.

E horum numero *C. Leucophthalmus* haud modico ſemper ſubiectus fuit eritque dubio. Auctores citati aut prorſus tollendi ſunt, aut tam breuiter illum, quem ſub oculis habuere Carabum deſcripſere, vt nil certi de illis determinari queat.

C. Leucophthalmus Linn. absque vllo dubio haud idem eſt cum Carabo ſic vocato Fabricii et Paykullii. Magnitudinem illi *C. hortenſis* ſimilem eſſe dicit, elytra laeuia ſtriasque obſoletas vocat, thoracem ratione magnitudinis inſecti, minorem, quam in reliquis, appellat. Ipſe Carabum poſſideo, in quem omnia modo dicta competunt, cui Celeberr. Dn. de Paykull nomen *C. ſpinigero* (Monogr. Carab. 43. XXV.) tribuit, quem Celeb. Fabricius *C. planum* (E. S. I. 1. 133. 37.); noſter auctor vero *C. obſoletum* vocat (vid. n. 514.) cuiusque iconem Panzerus noſter (F. I. G. XI. 4.) et Scriba (*Beytr.* Faſc. I. t. 1. f. 4.) exhibent. Oliuierius quoque ſub *C. Leucophthalmo F.* verum Linnaeanum deſcribit. vid. Encycl. method. V. 334. 52.

Degeerii Carabus alatus eſt, et forte ad *C. Friſchii* Herbſtii amandandus. Caeteri omnes nimis breuem

breuem deſcriptionem dedere, quae tamen ſatis probat, ſe Linnaeanum *C. Leucophthalmum* ignoraſſe. Hg.

(*p. 208.*)

512. *C. arenarius?* pallidus elytris maculis duabus dorſalibus atris. F. Sp. 305. 34.

♀ F. E. S. I. 1. 133. 39.

Totus pallidus, exceptis maculis dorſalibus atris, quas inter iacent ſpatia quaedam pallida. Maxillae exſertae, pallidae apice nigrae. Palpi antennaeque pallidae. Caput pallidum ore ſubtus piloſo, oculis teſtaceis. Thorax obcordatus pallidus immaculatus. Elytra ſtriata pallida maculis duabus communibus, angulatis, atris, nec marginem, nec apicem attingentibus. Pedes pallidi. Tab. III. f. 4. Hab. in arena maris Tuſci. Captus d. 29. Mai. Long. 8. lat. $3\frac{1}{4}$.

Nec Fabricii, nec auctoris *C. arenarium* noui, ſed recte dubitare videor, an eundem prae oculis habuerint. Hg.

513. *C. ruficornis* ater, elytris ſulcatis laeuibus, antennis pedibusque rufis. F. Sp. 305. 35.

⊙ Liit.

☽ Schaeff. Ic. t. 18. f. 7.

Similis *C. Leucophthalmo*, at paullo minor, et thorace magis obcordato, ſtriisque ſubpunctatis. Elytra interdum colore fugaci aureo nitent. Hab. in ſiluis frequens. Long. 5. lat. 2.

Auctor noſter in Mantiſſa ſua 77. 180. *C. ruficornem F.* iterum exhibet, et ibidem *C. puluerulentum* ſuum, quem n. 526. ſequentem habemus, citat. Nullam autem huius Carabi mentionem facit, hinc neſcio, vtrum notae ſpeciei annumerandus, an nouus habendus ſit. Hg.

(p. 209.)

* 514. *C. obſoletus* alatus, niger, elytris obſolete ſtriatis, ſtriis obſolete punctatis.

♀ *C. Leucophthalmus.* Linn. Syſt. Nat. 2. 668. 4. Fn. Sv. 784. — Scriba *Beytr.* Ent. p. 7. n. 4. t. 1. f. 4.

Oliuier. Encyclop. method. V. 334. 52.

C. planus. F. E. S. I. 1. 133. 37.

Panz. F. I. G. XI. 4.

Magnitudo *C. clathrati.* Caput elongatum. Maxillae ferrugineae. Palpi picei. Antennae dimidiato-rufae. Thorax ſubcordatus, antice et poſtice margine ciliatus. Elytra laeuia nouem ſtriis obſoletis, et in iis puncta minima. *D. D'Antic. Soc. Linn.* Trochanter femoralis valde elongatus et acutus. Hab. ſub ſaxis in hortis incultis. Long. 11. lat. 4.

Color interdum brunneus, quod in nuper declaratis eſſe videtur. Caeterum vide adnotata ad *C. leucophthalmum.* n. 511. Hg.

515. *C. vulgaris* nigro-aeneus, pedibus antennisque nigris. F. Sp. 308. 52.

♂ Scop. E. C. 268?

♀ F. E. S. I. 1. 154. 128.

C. ouatus. Roſſi Mant. 89. 280.

Alis ſemper deſtitutum aſſerit *Scopoli.* An recte? — Hab. in ſiluis frequens ſub arborum cortice. Long. 4. lat. $1\frac{1}{3}$.

Confuſio in his et ſimilibus grauiſſima eſt. Equidem libenter contendam, *C. ouato.* Payk. Mon. Car. 132. 81. quem eundem cum *C. vulgari F.* habet, etiam *C. affinem* Schrankii E. I. 399, quem idem celeb. Vir varietatem *C. Protei* ſui l. c. 115. 72. exhibet, annumerari oportere. Carabus Scopolii citatus,

citatus, quem apterum dicit, nullo modo h. l. allegari poteſt, ſed *C. lepidus F.* videtur.

Si *C. vulgaris F.* idem cum *C. ouato* Payk. l. c. eſt, cui et auctor noſter in Mantiſſa l. c. aſſentit; citatum e Degeerio tolerari non poteſt. Carabum enim deſignat, quem *C. lepidum* aut illi admodum ſimilem habeo. Citatum Geoffroyi pariter delendum eſt. Schaeff. Ic. t. 13. f. 2. quoque ad alium transferatur Carabum. Hg.

516. *C. caeruleſcens* nigro-caeruleſcens, elytris ſtriatis. F. Sp. 308. 49.

♂ *C. elegans.* Scop. E. C. 269.

♀ F. E. S. I. 1. 152. 123.

Hab. cum priore. Long. 4. lat. 2.

Fabricius in Ent. Syſt. l. c. diagnoſin Linnaei accepit, hinc veriſimile videtur, illum *C. cuprei* varietatem deſcripſiſſe, cui et Paykullium Mon. 113. 71. aſſentientem video. Antea *C. lepidi* varietas pro Fabricii *C. caeruleſcente* aſſumta fuit. Scopolii *C. elegans* huius varietatem indicare videretur, cum nullam antennarum primi articuli rufi mentionem faceret, niſi alatum dixiſſet Carabum ſuum. Hg.

(*p.* 210.)

517. *C. lepidus* viridi-aeneus, thorace quadrato, poſtice vtrinque biſtriato, elytris ſtriatis. F. Mant. 200. 67.

♀ F. E. S. I. 1. 153. 124.

C. vulgaris. Scop. E. C. 268?

Deſcriptio F. iterum exhibetur. Hab. ſub corticibus tempore hiemali frequens. Long. 4. lat. 2.

Variat colore obſcure cyaneo. Rationes, quas habeo, qua de cauſſa *C. vulgarem* Scop. 268. ad hunc *C. lepidum* referre mallem, enumerare iuuat. Ne enim *C. vulgaris F.* (vel *C. ouatus* Payk. quem cum

hoc celeb. Viro *vulgarem F.* habeo,) ſit, prohibent praecipue diagnoſis Scopolinae verba: "Thoracis longitudo elytri latitudine maior. Idem antice paullo latior quam poſtice." dein comparatio huius et ſequentis *C. elegantis*, quem *C. cuprei* varietatem habere oportet. Haec, cum alarum defectu, optime in *C. lepidum* competunt. In *C. lepido* thoracis longitudo elytrorum latitudinem ſuperat, et thorax ipſe antice latior eſt. In *C. cupreo* thorax breuior, magisque linearis eſt. Hg.

518. *C. cupreus* cupreus, antennis baſi rubris. F. Sp. 308. 50.

♂ Schrank. E. I. 400. Schaeff. Ic. t. 18. f. 5.

♀ F. E. S. I. 1. 153. 126.

Variat admodum magnitudine et colore, at facile dignoſcitur. Hab. ſiluas et arborum cortices frequens. Long. 5. lat. 2.

C. caeruleſcentem F. et *Linn.* huius varietatem videri, iam ſupra ad *C. caeruleſcentem* n. 516. adnotatum eſt. Vide etiam, quae de *C. elegante* Scop. E. C. 269. ibidem et in animaduerſis ad priorem n. 517. monui. Hg.

519. *C. latus* niger, elytris ſtriatis, crenatis, antennis pedibusque ferrugineis. F. Sp. 308. 54.

♂ Schrank. E. I. 397.

♀ F. E. S. I. 1. 154. 129.

Totus ater. Thorax latitudine elytrorum, abdomini proximus. Elytra ſtriata. Tibiae et antennae verſus baſin rufeſcentes. Femora craſſa. Punctum baſi thoracis vtrimque impreſſum. Striae elytrorum octo, ſecunda a margine interno obliqua abbreuiata. Variat magnitudine. Hab. in terra frequens. Long. $4\frac{1}{2}$. lat. $2\frac{1}{2}$.

Cara-

Digitized by Google

Carabus Fabricianus *C. affini Schrank.* ſane ſimilis eſt, et deſcriptio auctoris idem probat. Hinc *C. Proteum* Payk. Mon. Car. 115. 72. citare neque, cum *C. azureum F.* inter varietates referat, quibus et *C. latum F.* annumerauit. Hg.

(*p. 211.*)

520. *C. interruptus* ater, thorace poſtice rotundato, abdomineque remotis. F. Sp. 306. 40. Fuesly Arch. t. 29. f. 4.

Magnitudine variat. Corpus totum atrum. Caput magnum vtrimque impreſſum latitudine thoracis. Thorax antice emarginatus, poſtice rotundatus, ab abdomine remotus. Elytra ſtriata. Ad *Scaritum* genus accedit, facies, habitus idem; pedes antici tamen in hoc non palmato - digitati: antennae vix differunt, et reliqua aequalia. Alatus. Habitat in terra, et ſub arborum cortice in ſiluis non rarus. Long. 7. lat. 2.

Auctor nec Fabricii, nec Herbſtii Carabum habuit. Ille Orienti indigenus, hicce vero idem cum *Scarite ſubterraneo F.* eſt. Fabricius ipſe hoc citatum relegat, contra autem in E. S. I. 1. 144. 87. apud *interruptum* ſuum citat *Scaritem clypeatum* auctoris noſtri n. 570; ſed idem, quod huic, obſtat. Specimen habeo, quod celeb. Dno. de Paykull a D. Roſſio ipſo miſſum erat. Scaritum generi palpis, pedibus anticis, thorace etc. admodum accedit; ſtatura autem conuexa, craſſa eſt, et verus Scarites non videtur. Conferantur, quae ad *Sc. Calydonium* n. 571. adnotata ſunt.

Antennae ferrugineae, ſubtomentoſae, vndecim articulis. Palpi ferruginei, articulo vltimo haud latiore, compreſſo, obtuſo atque oblique truncato, vti in Carabis eſſe ſolet, ſed ouato. Oculi cinerei.

Thorax antice parum emarginatus, ſed potius truncatus, baſi anguſta, truncata; vndique, apice excepto, marginatus. Glaberrimus et laeuiſſimus eſt, ſulco leui longitudinali medio. Elytra aeque lata, ac thoracis prona pars, conuexa, rotundata, laeuia, ſtriata, marginata, ad marginem paſſim punctata. Pectus et abdomen picea. Pedes atri, tibiis tarſisque ſetoſo-ſpinoſis ferrugineis, tibiis anticis apice ſingulariter fiſſis, fere palmatis, digitis nigris. Hg.

521. *C. ferrugineus* ferrugineus, elytris ſtriatis obſcurioribus. F. Sp. 309. 56.

♂ Schaeff. Ic. t. 137. f. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 155. 137.

Totus obſcure ferrugineus, pallidus, oculi tantum nigri, elytra punctato-ſtriata. Habitat cum praecedentibus minus frequens. Long. 4½. lat. 1½.

Duos Carabos poſſideo, huc ſpectantes, quos breuibus indicare iuuat verbis. Alter, maior, totus ferrugineus, thorace pone magis anguſtato, elytris ſimpliciter ſtriatis. Alter, duplo fere minor, obſcurior, elytrorum nitore quodam orichalceo, qui etiam in varietate tota flauo-pallida apparet, ſtriis in fundo punctatis. Prior *C. ferrugineus* Payk. Mon. 124. 76. videtur, quem Schaefferi figura citata optimo repraeſentat. Poſterior eiusdem *C. apricarius* 125. 77. eſſet, niſi varietas huius β. ibidem commemorata, a Viro celeberrimo beneuolenter mecum communicata, me edocuiſſet, vtrumque valde a ſeſe diuerſum eſſe. Paykullianus enim plus duplo minor eſt, elytraque aperte punctato-ſtriata gerit. Noſter vero numquam tam obſcurus occurrit, elytrorumque ſtriarum puncta vix oculo armato conſpici poſſunt. Nomen illi dedi *C. rufus*.

De auctoribus citatis iudicare non audeo. Geoffroyi et Degeerii inſecta a celeb. Paykullio ad *apricarium*

carium relata ſunt. Neuter nitoris illius orichalcei mentionem fecit. Geoffroyus 2 lin. longum vocat, quod cum illo ſpecimine, a D. de Paykull. miſſo, bene congruit. Fabricius, auctores modo dictos ad vtrumque retulit Carabum.

Ferrugineus noſter nunc nitide, nunc languide ferrugineus occurrit; ipſe totum *pallidum*, quam varietatem eandem cum *C. pallente F.* credunt, nondum reprehendi; inde deriuandum duco, quia rarus in noſtris occurrit regionibus. *Rufum* ſaepius ſic vidi, colore flauo-pallido toto, oculis vel cinereis, vel nigris, nitore orichalceo autem illo commemorato praeſente. Striarum puncta in talibus bene conſpici poſſunt, quod a colore fere hyalino deducendum videtur. Hg.

(*p. 212.*)

522. *C. Germanus* cyaneus, capite, elytris, pedibusque teſtaceis, elytris apice violaceis. F. Sp. 312. 71.

♂ Scop. E. C. 273. Schrank. E. I. 403.
♀ F. E. S. I. 1. 162. 167.
Roſſi Mant. 84. 191.
Panz. F. I. G. XVI. 4.

Caput fuluum oculis nigris, antennis rufis. Thorax atro-caeruleus, punctatus, villoſulus. Elytra teſtacea, ſtriata. Corpus ſubtus nigrum. Pedes elytris concolores. Variat capite nigro. Hab. in ſiluis frequens. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Schaeff. Icon. t. 31. f. 13. citata, ad *C. praſinum* F. E. S. I. 1. 163. 173. pertinet, vbi Fabricius quoque iterum citare in animo habuit. Hinc in Harreri Deſcr. Sch. Ic. p. 131. n. 209. omnia citata, atque diagnoſis ipſa, ibi data, deleantur.

De varietate modo dicta, capite nigro, vide, quae habet auctor in Mantiſſa ſua l. c. Hg.

523.

523. *C. cinctus* fuſcus, capite thoraceque viridi-aeneis, elytrorum margine pedibusque pallidis. F. Sp. 310. 62.

♀ Roſſi Mant. 77. 179.

Fere duplo maior *C. marginato*. Caput et thorax viridi-aenea, glabra, nitida. Antennae palpique pallidi. Thorax canaliculatus, poſtice vtrinque impreſſus. Elytra fuſca nitida, laeuia ſtriis, ſeu potius ſulcis ſexdecim exarata, margine pallido. Corpus atrum, abdominis margine pallido. Femora et pedes toti pallidi. Alae albae. Tab. V. f. 9. Inuentus ſub cortice Roboris menſ. Febr. Long. 9½. lat. 3½.

C. cinctus auctoris nullo modo idem cum Carabo ſic vocato Fabricii eſt, cuius patria ora Coromandeliana fertur. Deſcriptiones quidem quadrare videntur, ſed comparatio breuis adiecta nos docebit, ambos admodum differre a ſeſe. Specimen meum *C. cincti Roſſiani* e Sardinia miſſum erat, vtrum ibi captum, an ex Italia continenti translatum, neſcio.

1. *C. cinctus Roſſi* 11 lin. longus, 4¼ lin. latus eſt; *C. cincti F.* ſpecimen maius, vix 8 lin. longum, 3½ vero latum erat. Hinc Carabus Italicus hunc valde ſuperat magnitudine, et *C. plani F.* longitudinem aequat. Quod Dn. Roſſius duplo tantum maiorem *C. marginato* vocet, inde deducendum eſt, quia alium *marginatum*, ſolito multo maiorem, habuit.

2. Caput et thorax viridi-cyanea in *C. cincto R.*; viridi-cuprea in Fabriciano.

3. Elytra *laeuia*, glabra, nigra, longiora ſunt; in vero C. cincto autem *punctulis prominulis aſperſa*, ſaepius ſerico obtecta, viridia, breuiora.

Conueniunt ſtatura; thoracis capitisque forma; antennarum, pedum, marginisque, elytra abdomen-

que

que cingentis, colore flauicante, elytrorum ſtriis, et corpore ſubtus nigro. Hg.

524. *C. marginatus* viridis, elytris margine, tibiisque teſtaceis. F. Sp. 310. 61.

⊙ Pontop.

♀ *C. veſtitus* β. Roſſi Mant. 78. 181.

Caput et thorax viridi-aenea, antennis ferrugineis. Elytra viridia, pubeſcentia, laeuiter ſtriata, margine exteriore flauo. Abdomen nigrum, nitens. Pedes pallidi. Apud nos occurrunt aliae duae forte ſpecies diſtinctae, huic quodam modo ſimiles, et a nonnullis confuſae cum *C. marginato*, quarum icones dedit Schaefferus t. 109. f. 5. et Fuesly t. 29. f. 7. — Hab. in ſiluis frequens. Long. 6. lat. 3¼.

De varietatibus commemoratis conferatur Mantiſſa auctoris l. c. — Schaefferi figura citata ne vllum quidem marginis rudimentum habet, Herbſtii icon allegata vero *C. cinctum F.* repraeſentat, colore admodum obſcuro.

Hunc Carabum verum marginatum non eſſe, ipſe in Mantiſſa dicit auctor. Hinc conferantur auctoris ibi dicta verba, noſtraque et ad *veſtitum*, et ad *ſpoliatum* 79. 182. adnotata. Hg.

(*p. 213.*)

325. *C. limbatus* ſupra ferrugineus, thorace macula, elytris faſciis vndatis, viridi-aeneis. F. Mant. 202. 87.

♀ *Scolytus limbatus.* F. E. S. I. 1. 181. 2.
Panz. F. I. G. II. 9.

Facie diuerſus ab aliis. Statura *Chryſomelae.* Corpus glabrum, ouatum. Antennae filiformes, pallidae, thorace longiores. Palpi ſex pallidi filiformes,

formes, piloſi. Mandibulae acutae, nigrae, ſimplices. Labium integrum, edentatum. Caput pallidum, fronte ante oculos viridi nitente. Oculi prominuli, nigri. Thorax conuexus, punctulatus pallidus, lateribus ſubmarginatis, macula media baſeos viridi. Elytra gibba, punctato-ſtriata, pallida, maculis anticis quatuor angulatis, poſticis duabus vndatis, viridibus, omnibus ſuturae viridi-connexis in medio cruciformiter bis dilatatae. Abdomen pallide ferrugineum. Pedes pallidi, tibiis ciliatis. Poſtici longiuſculi femoribus trochanthere inſtructis. Tarſi quinque. Alae albae. Tab. VI. f. 12. Hab. in locis arenoſis, humentibus. Elytrorum fragmenta viſa etiam in ſtercore, quo Hirundines nidulantes domus meae feneſtras Arni aquas reſpicientes inquinant. Long. $2\frac{3}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Saepius locus quidem praebitus erat, laborem, diligentiam ſummamque elegantiam laudibus celebrandi, qua clariſſ. Panzerus noſter *Faunam Inſectorum Germaniae* orditus eſt, et in dies magis magisque auget. Icones ibi datae naturam religioſe legunt; colores aptiſſimi, tam bene adhibiti ſunt, vt ſculpturam (ſic *ſtrias*, *puncta* aliaque huc ſpectantia vocare iuuat,) quae ſane maximi in inſectis momenti eſt, et quam artifex optima elaboratione repraeſentauit, transparere ſinant, qui modus optimus eſt in inſectis depingendis, et quo neglecto opera quaedam grauiſſima laborant. Comparatio huius ab auctore datae effigiei, et iconis, in opere modo citato, exhibitae, laudes meritas confirmant.

Inſectum hocce ſemper dubium fuit, et merito nomen *C. dubii* geſſit. Caraborum genus minime aptum erat, hinc a nonnullis iure potiore Dytiſcorum familiae illi annumeratum fuit, quae *C. ouatum*

tum et *oualem* comprehendit. Optime autem peculiare genus conſtituit, ſed nomen illi a Fabricio inditum *Scolytus* haud aptum videtur, quia Geoffroyus eodem nomine iam vſus erat, ad deſignandum genus, quod celeb. Herbſtius poſtea nomine *Eccoptogaſter* deſignauit. Hg.

* 526. *C. puluerulentus* niger, fuſcus, pedibus antennisque rufis, elytris tomentoſis, ſtriatis.

♀ *C. ruficornis.* Roſſi Mant. 77. 180.
F. E. S. I. 1. 134. 42.

Caput nigro-fuſcum, nitens, antennis, palpisque rufis, maxillis parum elongatis. Thorax ſubquadratus, nigro-fuſcus, antice laeuis glaber. Elytra nigro-fuſca, ſtriata tomento flauo adeo pubeſcentia, vt transuerſim inſpecta, appareant holoſericea, et quaſi flauicante puluere aſperſa. Pedes toti rufi. Alae albae. Tab. III. f. 7. Hab. in ligno putreſcente rarior. Long. 6. lat. 2⅔.

Citatum, quod Fabricius habet: Geoffr. 1. 146. 8. admitti non poteſt, ſed Paykullii: Geoffr. 1. 160. 38. melius quadrat. Caeterum confer monita ad *C. ruficornem* n. 513. Hg.

(*p. 214.*)

527. *C. madidus?* thorace poſtice vtrinque impreſſo, niger, femoribus rufis. F. Sp. 306. 39.

♀ F. E. S. I. 1. 135. 48.

Corpus atrum, at vere quaſi oleo inunctum. Antennae rufae, apice ſuſceſcentes. Thorax obcordatus, baſi puncto maiori vtrinque excauatus. Elytra ſtriata, parum compreſſa. Pedes rufi. Hab. in ſiluis. Long. 6. lat. 2½.

C. madidus F. ſemper dubius fuit, eritque, ob deſcriptionem breuiorem, et ob copiam Caraborum atrorum nimis magnam. Hg.

528.

528. *C. oblongopunctatus* niger, elytris ſtriatis: punctis dorſalibus plurimis impreſſis. F. Mant. 202. 80.

♀ *C. aterrimus.* Roſſi Mant. 85. 194.
F. E. S. I. 1. 156. 141.

Paullo minor *C. Leucophthalmo.* Caput et thorax atra, nitida, immaculata. Thorax rotundatus linea dorſali, punctoque vtrinque impreſſus. Elytra atra, nitida, ſtriata punctis dorſalibus tribus vtrinque manifeſte impreſſis, margine etiam punctato. Puncta marginalia ad baſin, et apicem conferta, in medio rariora. Subtus totus ater. Habit. cum aliis minus frequens. Long. 6. lat. $1\frac{3}{4}$.

* 529. *C. dimidiatus* niger, thorace ſubquadrato, antice laeuiori aeneo-nitido, elytris obſcurioribus.

Statura praecedentis. Antennae nigrae, articulo primo rufo. Caput et thorax aeneo-nitida. Thorax ſubquadratus, antice magis eleuatus, magis laeuis, magisque ſemper nitidus, poſtice punctulatus, fere ſcaber, et caeruleſcens. Elytra fuſconigra, ſtriata, obſcuriora. Subtus totus niger. Habitat cum aliis rarior.

(*p.* 215.)

* 530. *C. punctulatus* niger, thorace quadrato, elytris ſtriatis, punctis plurimis longitudinalibus impreſſis.

♀ Roſſi Mant. 76. 177.

Medius, et totus niger, glaber, laeuis. Antennae ſubferrugineae baſi rufa. Thorax latus, vix gibbus, canaliculatus, margine laterali antice deflexo. Elytra depreſſa, ſtriata, ſtriis punctis raris pluri-

plurimis obſoletis longitudinalibus impreſſa. Differt a *C. multipunctato F.* punctis praeſertim elytrorum non vagis. Hab. in ſiluis ſub corticibus frequens. Long. 6. lat. 2¼.

Idem Carabus eſt, quem Panz. F. I. G. XI. 12. nomine *C. ciſteloïdis* Hellw. depinxit. Conferantur citata, ab auctore in Mantiſſa bene adhibita. Hg.

531. *C. pilicornis?* thorace rotundato, elytris ſtriatis, punctisque impreſſis, antennis piloſis. F. Sp. 307. 48. Varietas?

♀ *C. infidus.* Roſſi Mant. 88. 198.
C. breuicollis. F. E. S. I. 1. 150. 113?
(Panz. F. I. G. XI. 8.)

Facies *C. ſpinibarbis*, ſed fere duplo maior. Palpi, antennaeque ferrugineae pilis longioribus hirtae. Thorax rotundatus vti in *C. ſpinibarbi* fuſco-niger. Elytra fuſco-nigra ſtriata, vix gibba, poſticeque punctis tribus longitudinalibus impreſſis. Pedes ſubrufi; femora nigra. Colore variat. Hab. cum praecedentibus in locis iisdem minime rarus. Long. 5¼. lat. 2¼.

C. pilicornem F. alium eſſe, quisquis e deſcriptione atque e magnitudine concludet; Roſſio quoque ipſi ſic perſuaſum eſt in Mantiſſa l. c. Nil ferme obſtare videtur, quo minus hic deſcriptus idem cum *C. breuicolli* ſit, deſcriptione praecipue Mantiſſae omnibus fere notis quadrante, quam hanc ob cauſſam conferre ſuadeo. Comparatio ſtaturae, et magnitudinis duplo maioris *C. ſpinibarbis*, thoracis elytrorumque deſcriptio, puncta elytrorum ſtriae ſecundae impreſſa quatuor maiora, eorumque forma ſubdepreſſa, color, locus; omnia imo congruunt. Hg.

* 532. *C. ſylphoïdes* ater, depreſſus, thorace orbiculato, elytris apice ſinuatis, lineisque tribus eleuatis, ſpatio interiecto punctato.

C. ſinuatus. D. D'Antic Soc. Linn.

♀ F. E. S. I. 1. 148. 105.

Statura *C. Leucophthalmi*, ſed minus elongatus. Totus ater, non nitens. Caput punctatum. Thorax planus orbiculatus, in medio ſulcatus, late marginatus. Elytra compreſſa, abdomine paullo breuiora, apice ſinuato, lineis eleuatis, ac ſeriebus punctorum inter ſtrias punctatas. Subtus nitidior. Alatus. Tab. I. f. 7. Hab. in ſiluis ſub arborum cortice, primo vere frequens. Long. 5¼. lat. 2¾.

(p. 216.)

* 533. *C. carbonarius* niger, obſcurus, thorace orbiculato, elytris ſubſtriatis.

An *C. holoſericeus.* F. Mant. 199. 52? Totus ater, ſubpubeſcens, et quaſi puluere fuliginoſo aſperſus Thorax antice et poſtice rotundatus. Elytra parum depreſſa, punctulata, ſtriata. Pedes nigri. Mea ſpecimina differunt capite minime aeneo. Hab. cum praecedentibus. Long. 5. lat. 2¼.

Deſcriptio nimis breuis eſt, ſed tamen hicce Carabus a *C. holoſericeo F.* multum diſcrepare videtur, imprimis, cum et varietates taceat, quibus *C. holoſericeus* abundat ſingularibus. Hg.

534. *C. complanatus* thorace orbiculato rufus, elytris faſciis duabus nigris. F. Sp. 306. 41.

⊙ Linn.

Statura et magnitudo *C. crepitantis.* Caput prominens cum antennis rufum. Thorax rotundatus, canaliculatus rufus immaculatus. Elytra ſtria-

ta,

Digitized by Google

ta, truncata, rufa fasciis duabus magnis vndulatis nigris. Fasciae in meo specimine connexae. Pedes rufi. Hab. in siluis rarus. Long. 3. lat. 1¼.

Dubitare licet, num idem cum Fabriciano sit, qui insulae *St. Domingo* indigenus est. Hg.

535. *C. crepitans* thorace, capite, pedibusque ferrugineis, elytris nigris. F. Sp. 307. 44.

⊙ Rol., Bergstr., Voet.

♀ F. E. S. I. 1. 136. 53.

Elytra nigro-caerulea. Thorax longus angustus. Maiores Carabos, qui eum venantur, crepitu ventris repellit. Hab. in siluis, frequens intra corticem et lignum. Long. 3½. lat. 1⅓.

(*p. 217.*)

536. *C. Crux maior* thorace orbiculato rubro, coleoptris truncatis rubris cruce nigra. F. Sp. 311. 67.

♀ F. E. S. I. 1. 160. 158. Voet. t. 34. f. 7. Panz. F. I. G. XVI. 1.

In nostris sane non paucis, thorax semper niger, imo totus Carabus niger, exceptis elytris rufis fascia, basi et apice nigris. Hab. sub cortice Quercus, Vlmi frequens. Long. 3. lat. 1¼.

Carabus hicce, cum *C. Cruce minore, bipustulato* ac *lunato* admodum dubius fuit, nunc tandem extricatus. Auctor verum habuit Linnaei *C. Crucem maiorem*, quod ex animaduersione breui adiecta apparet. Fabricii Carabus in Speciebus et in Mantissa idem cum Carabo, ibidem vocato *bipustulato*, fuit. In Entom. syst., vbi Linnaei Carabi tandem suis nominibus enumerati sunt, l. c. citatum Geoffroy. 1. 150. 17. omissum, et ad *C. Crucem minorem* translatum est, cum tamen optime huc spectet. Hg.

* 537. *C. olens* rufus, capite nigro, elytris nigris macula baſeos rufa.

♀ F. E. S. I. 1. 139. 66.

Statura ſere C. crepitantis. Antennae rufae articulo primo praelongo craſſiuſculo. Palpi rufi. Caput nigrum, collo ſuſtentatum. Thorax obcordatus rufus. Elytra fuſco-nigra, obſolete ſtriata, macula ad baſin vtrinque rotunda, rufa, anguloque apicis interno plerumque rufo. Inferne totus rufus. Tab. V. f. 2. Hab. ſub cortice ad arborum radices rarior. Long. $4\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

(p. 218.)

538. *C. lunatus* thorace orbiculato rufo, elytris flauis maculis tribus nigris. F. Syſt. Ent. 247. 60.

☽ *C. Eques.* Schrank. E. I. 405. cum accuratiſſima
deſcriptione Schaeff. Ic. t. 41. f. 14.

♀ F. E. S. I. 1. 163. 172.

C. Crux minor. Sulz. Hiſt. Inſ. t. 7. f. 6.
C. Sulzeri. Brahm. Inſektenkalend. 246.
Panz. F. I. G. XVI. 5.

Inſectum elegans omnino diuerſum a *C. Cruce minori* et optime exhibitum in icone Schaefferi l. c.

Mea ſpecimina differunt tantum colore capitis viridi-aeneo nitente. Color thoracis, atque elytrorum ſaturate rufus, et fere ſanguineus, qui in cadauere ſubflauus euadit. Pedes pallidi femorum apice, digitisque nigris. Captus pluries ſuper herbam in ſiluis menſ. Mart. et April., ſed inuentus etiam inter corticem et lignum Populi tremulae: rarus. Long. 2^{3}. lat. $1\frac{1}{3}$.

Citatum e Sulzero allegatum Fabricius in Ent. ſyſt. ad *C. Crucem minorem* contulit. Hg.

539. *C. ſpinibarbis* thorace orbiculato cyaneus, ore, antennis, tibiisque rufis. F. Sp. 307. 47.

♀ F. E. S. I. 1. 137. 55.

Corpus totum cyaneum. Caput prominens, ore antennisque rufis. Maxilla ſuperior baſi dilatata, inferior dorſo ſpinis ciliato. Thorax orbiculatus. Elytra ſtriata. Pedes ſubrufi. Hab. in ſiluis ſub arborum cortice frequens. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{5}$.

Pedes nigri ſunt, in nuper declaratis vero, cum colore totius corporis fuſco-cyaneo, rufi.

C. breuicolli. F. E. S. I. 1. 150. 113. (qui idem videtur cum *C. infido.* Roſſi Mant. vel *C. pilicorni* ſupra memorato n. 531.) ſtatura thoracisque forma perquam ſimilis eſt, differt tantum magnitudine dimidio minore, et colore cyaneo. Mirum itaque eſt, quomodo Fabricius in Ent. ſyſt. ſua *C. ſpinibarbem* familiae: thorace cordato, *C. breuicollem* contra familiae: thorace rotundato margine prominulo obtuſo, annumerare, et ita tam ſimiles Carabos familia ſeparare potuit. Vterque inter Carabos familiae poſterioris locum optime capit.

Hg.

540. *C. cyanocephalus* thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis. F. Sp. 310. 65.

⊙ Ray.; Schaeff. Ic. t. 10. f. 14.

☽ Schaeff. Ic. t. 11. f. 14.

♀ F. E. S. I. 1. 159. 154.

Hab. in ſiluis ſub arborum cortice frequens. Long. 3. lat. $1\frac{1}{4}$.

Variat elytrorum colore nigro- et viridi-cyaneo: punctis in ſpatiis, quae ſtriis interiecta ſunt, magis minusue conſpicuis: pedibus, tarſis ſolis nigris exceptis, rufis, vel geniculis quoque nigris. In Ent. ſyſt., quae erratis typographicis abundat,

Geoffr. Inſ. 1. 140. legatur Geoffr. Inſ. 1. 149. 40. et ibidem loco: Schaeff. Ic. t. 10. f. 4. legatur t. 11. f. 14. Hg.

(p. 219.)

541. *C. melanocephalus* niger, thorace, pedibusque ferrugineis. F. Sp. 310. 64.
☽ Schaeff. Ic. t. 237. f. 5.
♀ F. E. S. I. 1. 159. 153.
Voet. Col. t. 35. f. 15.

Facies *C. cyanocephali*, ſed caput nigrum. Elytra atra ſubſtriata. Thorax, pedes, antennae omnino vnicolores, ferrugineae. Suſpicio *De Geeriana* hunc eſſe forte maſculum, minime improbanda: ſub corticibus enim hieme inueniuntur ſaepius vna cum iis, alii ſimillimi apteri, qui differunt tantum thorace elytris concolore; plerumque feminae. Hab. ſub corticibus. Long. 3. lat. 1¼.

Faciei ſimilitudo huius et praecedentis perquam exigua eſt. Notis illis, cuique Carabo conuenientibus, exceptis, colorumque diſtributione paullo ſimili exemta, nil ferme affinitatis reſtat. *C. melanocephalus* ſtatura fere eadem cum *C. vaporariorum*, cum quo et Linnaeus in Fn. Sv. comparat, et cum *punctulato Roſſii* n. 530. gaudet elliptica, thorace elytrorum pene latitudinis, antice caput arcte cingens, quaſi attenuatus, poſtice elytrorum baſin denſiſſime tegens, vt in *C. punctulato R.* Elytra ouata, thorace haud latiora, interdum fuſca euadunt, quod a ſtatu nuper declarato deriuare mallem. Hg.

542. *C. Turcicus* thorace orbiculato ruſo, elytris nigris lunula baſeos pallida. F. Mant. 203. 96.
♀ F. E. S. I. 1. 161. 161.

Deſcribit Fabricius l. c. Variat interdum elytris apice etiam rufis. Hab. intra corticem et lignum non infrequens. Long. 2. lat. 1.

(*p. 220.*)

543. *C. viridanus* viridi-aeneus, elytris ferrugineis, macula communi nigro-aenea. F. Mant. 204. 105.

♀ *C. praſinus.* F. E. S. I. 1. 163. 173.
C. marchicus. Herbſt. Arch. p. 13. n. 38.
B. viridis, elytro ſingulo ſtriis octo, pedibus, elytrorum antica parte et margine fuluis. Geoffr. Inſ. 1. 148. 13.
Schaeff. Ic. t. 31. F. 13.
Voet. t. 33. F. 5.
Panz. F. I. G. XVI. 6.

Dimidio minor *C. Germano.* Antennae nigrae articulo primo ferrugineo. Caput et thorax viridi-aenea, glabra, nitida. Elytra ſtriata, teſtacea, macula magna communi nigro-aenea, a medio futurae ad apicem. Corpus nigrum. Pedes rufi. Hab. in ſiluis non frequens. Long. 3. lat. 1.

Fabricii *C. praſinus.* Mant. 204. 109. idem eſt cum *C. viridano* eius ibidem exhibito l. c., vt Paykullius Mon. Car. 57. 34. citat, et Fabricius ipſe approbat. Thunbergii tractatum de nouis ſpeciebus Inſectorum, adire non licuit, deſcriptione autem Oliuierii Encycl. method. V. 352. 146. comparata, patriaque, quam Caput Bonae Spei dicit, computata, eiusdem Carabus diuerſus videtur. — Geoffroyi citatum optimum eſt, et ab Oliuierio l. c. quoque probatum video.

Inter ſpecimina ſane multa nullum aſpicio capite thoraceque nigris, quale Paykullius et Fabricius habuere. Hg.

* 544. *C. chryſocephalus* alatus, capite thoraceque auratis, elytris obſcure viridibus, pedibus rufis.

Forte affinis *C. amethyſtino.* F. Mant. 203. 92?

Statura *C. Crucis maioris.* Antennae fuſcae baſi ferrugineae. Caput auratum, nitens ore fuſco, palpis ſubrufis. Thorax obcordatus aureus ſulco medio longitudinali poſticeque puncto vtrinque impreſſus. Elytra aeneo-viridia, ſubſtriata, integra. Abdomen nigro-aeneum. Pedes ferruginei. T. II. f. 9. — Hab. in ſiluis ſub arborum cortice frequens. Long. $3\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

C. amethyſtinum F. alium eſſe, iam patria ſuadet tam remota. Hg.

545. *C. praſinus?* niger, capite, thoraceque viridi-aeneis, elytris macula magna communi poſtica nigra. F. Mant. 204. 109.

Deſcriptio Fabricii conuenit omnino, ſed antennae in meis ſpeciminibus ferrugineae incertum tenent. Crederem *C. dorſalem*, niſi caput et thorax eſſent viridi-aenea, margine nullo modo palleſcente. Hab. cum aliis frequens. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

De *C. praſino* vide animaduerſa ad *C. viridanum.* n. 543. Hg.

(*p.* 221.)

546. *C. teſtaceus* capite thoraceque ferrugineis, elytris teſtaceis. F. Sp. 313. 84.

♀ F. E. S. I. 1. 166. 186.

Oliu. Encyclop. method. V. 355. 158.

Hab. in ſiluis. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Oliuierium allegaui, quia optime annotat, citatum: Geoffr. Inſ. 1. 153. 25. ad *C. atricapillum* transferendum eſſe. Hg.

547.

547. *C. Crux minor* thorace orbiculato, ruſo, coleoptris apice nigris, macula ruſa. F. Sp. 311. 69.

⊙ Schaeff. Ic. t. 41. f. 13. Sulz.
☽ Schrank. E. I. 407.
♀ F. E. S. I. 1. 160. 159?
(Panz. F. I. G. XVI. 2.)

Caput nigrum palpis, antennisque ruſis, apice nigris. Thorax teſtaceus obcordatus. Elytra baſi nigra, tum macula magna flaua, dein faſcia obliqua nigra, poſteaque ad apicem, macula altera flaua. Abdomen atrum. Pedes ruſi. Variat elytris macula magna nigra rotunda communi. Hab. ſub arborum cortice frequens. Long. 2½. lat. 1.

Citata Fabricii e Sulzero. Hiſt. t. 7. f. 6. atque Schaeffero Ic. t. 41. f. 14. (ita legatur loco f. 13.) ad *C. lunatum* pertinent. Fabricii *C. crucem minorem* Spec. et Mantiſſae alium, quam Linnaei eſſe, ipſi Celeberrimo viro perſuaſum eſt, et in Ent. ſyſt. *bipuſtulatum* vocauit.

Auctorem verum *C. Crucem minorem L.* non habuiſſe videtur, praecipue cum in Mantiſſa 91. 205. apud *C. erratum* dicat, hunc a *C. C. minore*, praeter alia, etiam elytris truncatis diſcrepare, quae tamen illi propria ſunt. Imo idem ibi deſcriptus *C. erratus*, vel *C. Andreae* ſtatim ſecuturus (n. 548.), verus *C. Crux minor* L. videtur, omnes enim in illum competunt deſcriptionis in Mant. datae notae. An vere *C. C. minor* Auctoris idem ſit cum *C. bipuſtulato*. F. E. S. diſcernere non audeam.

Comparatio *C. Crucis maioris* ac *minoris* talem confuſionem optime extricare poſſe videtur. Hic *C. C. maiore* dimidio minor eſt, omnino glaber, nitidus, antennis baſi ruſis, capite maiore et aequa-

li, thorace multo minore, paullulum latiore quam caput, nitido, ſubcordato, in medio leuiter ſulcato, rubro. Thorax in *C. C. maiore* orbicularis, quaſi puluinatus, lateribus marginatus, admodum punctatus, fuſco - pubeſcens. Elytra eiusdem thorace paullo latiora, pubeſcentia, veluti crenato - ſtriata, vix nitida, apice integra: *C. C. minoris* contra thorace duplo latiora, pene quadrata, laeuia, nitida, glabra, vix ſtriata: ſtriis ſimplicibus, externe marginata, apice truncata. Hinc nigredo lata apicis, quae in *C. C. maiore* conſpicitur, deficit, et marginem ſummum ſolum circumdat. Pedes *maioris* omnino nigri, *minoris* vero teſtaceo - rubri ſunt, geniculis nigris. Ambo eidem familiae neutiquam annumerari poſſunt. *C. C. maior* a reliquis ſeparandus videtur, quia forma ſingulari gaudet, nullique cum eo communi.

Comparationem aliam *C. C. minoris* cum *C. bipuſtulato. F. E. S.* adiungam, quorum poſterior gracilior et ratione craſſitudinis anguſtior eſt, thorace maiore, capite craſſo, elytris thorace paullo latioribus, haud quadratis, nec apice truncatis, absque macula ſcutellari ſuturaque nigra; macula pone elytri ſinguli medium magna ſubrotunda nigra, nec ſuturam, nec marginem attingente, ad marginem diducta, vt iſthmo lunulato cum apicis macula tenui cohaereat, elytrorum margine ſemper intacto. Sic in poſtica parte ſpatium includitur latum elytris commune, freto ſuturali cum ſuperiore elytrorum parte connexum. Interdum vero id ſpatium valde diminuitur, atque vix apparet, interdum iſthmus, maculas coniungens, omnino deeſt; interdum maculae mediae cohaerere faſciamque ſingere videntur. Color corporis totius minime nitidus eſt, vt in *C. Cruce minore,* color

color niger vero nitorem quemdam caeruleum immixtum habet. Magnitudo, antennarumque color variat. Saepius *C. C. minore* duplo maior eſt, nonnumquam autem eiusdem magnitudinis, Icones optimas Panzeri Fn. Inſ. Germ. XVI. apud modo dictos compares Carabos. Hg.

548. *C. Andreae* thorace orbiculato nigro, nitido, elytris pallidis faſcia media nigra. F. Sp. 311. 70.

♀ *C. erratus.* Roſſi Mant. 91. 205.

An *C. Crux minor.* F. E. S. I. 1. 160. 159?

(Panz. F. I. G. XVI. 2.)

Statura omnino *C. Crux minor.* Elytra apice parum fuſca. Pedes pallidi. Faſcia in medio elytrorum ad ſuturam dilata. Hab. cum priori minus frequens. Long. 2¼. lat. 1.

Vide, quae ad praecedentem animaduerſa ſunt. Hg.

(p. 222.)

* 549. *C. cyathiger* thorace elytrisque fuluis, poſtice nigro-maculatis, maculaque nigra ad ſuturam caliciformi.

Statura et habitu ſimilis *C. Crux minor.* Caput nigrum nitens. Antennae nigrae articulo primo et ſecundo ferrugineis. Thorax fuluus, aut ſaturate teſtaceus, linea longitudinali exaratus. Elytra fulua, ſtriata, nitida, poſticeque maculis duabus nigris rotundis; in ſingulo elytro vna, quae intacto margine exteriore extenduntur vltra elytri dimidium, et quas interiacet diſtincta, et in ſutura poſita macula alia longitudinalis caliciformis nigra. Apex vero et baſis elytrorum immaculata. Subtus ater, pectore pedibusque fuluis. Tab. VII. f. 3. Hab. in ſiluis rarus. Long. 2. lat. 1¼.

550.

550. *C. azureus* cyaneus, antennis pedibusque rubris. F. Sp. 308. 53.

⊙ Bergstr.

♀ F. E. S. I. 1. 155. 132.

C. Proteus. var. δ. Rossi Mant. 86. 195.

Statura *C. lati;* caeruleo colore nitens. Thorax suborbiculatus. Elytra striata, antennae pedesque toti rubri. Hab. in locis arenosis silvestribus rarus. Long. 5. lat. 2.

Mire variat colore, nunc obscure, nunc laete cyaneo nunc nigro, nunc viridi, nunc fusco-cupreo, nunc fusco, pedibus semper ferme rufis, rarissime piceis.

Auctor in Mantissa sua ipse dubitat, *C. azureum* varietatem *C. Protei Paykull.* esse. Id certe perspectum habeo, Paykullium aut *C. affinem Schrankii*, quem *C. ouati Payk.* varietatem coniiciam, aut *C. azureum* verum non nouisse, nullo modo enim varietates a se inuicem haberi possunt. Hg.

551. *C. dentatus*, cyaneus, thorace cylindrico subaequali, ore, antennis pedibusque rufis.

♀ Rossi Mant. 83. 189.

Cicindela emarginata. F. E. S. I. 1. 177. 37.

Oliuier. Encyclop. method. V. 135. 39.

Oliuier. Ent. ou hist. nat. des Inf. t. 3. f. 38.

Magnitudo et habitus *C. crepitantis.* Totus cyaneus, nitidus. Os antennaeque rufae articulo primo praelongo, apice nigro. Mandibulae exsertae, elongatae, magis quam in *C. spinibarbi* ab hoc omnino diuerso. Caput punctulatum. Thorax angustus, fere cylindricus, et in medio canaliculatus. Elytra punctato-striata, apice truncata. Pedes toti rufi. Tab. II. f. 11. Hab. sub arborum corti-

ce,

ce, et in truncis emortuis, hieme non rarus. Long. 3. lat. 1⅛.

Corpus pube, quadam luce immissa, fuscescente tectum. Elytra quasi crenato-striata, apice truncata, angulis lateralibus parum prominentibus, vt emarginata dici possent. Celeb. Fabricius ad Cicindelarum genus nostrum insectum transtulit, quibus quidem mandibularum forma appropinquatur, mihi tamen Carabus videtur, illi familiae annumerandus, vbi *C. crepitans*, *fumans* etc. locum tenent. Ne mandibularum formam solam spectes, suadet similis earum fabrica *C. rostrati F.*, cuius partes oris a reliquis recedere videntur Carabis. Fabricius hunc *C. dentatum R.* illo nomine *C. emarginatae* missum accepisse videtur, quia Oliuierius idem nomen eidem dedit insecto l. c. addens, formam quodammodo Carabi habere. Hg.

(*p.* 223.)

* 552. *C. mendax* thorace suborbiculato, nigro aeneo, elytris pedibusque testaceis.

Statura omnino *C. Cr. maioris*. Antennae rufae. Caput nigro-aeneum, immaculatum. Thorax suborbiculatus, nigro-aeneus, linea dorsali impressa. Elytra testacea striata integra. Abdomen subtus nigro-aeneum. Pedes toti testacei. Non confundendus cum *C. testaceo*, qui multo minor est, et diuersus. Tab. II. f. 10. Hab. in ligno putrescente prope terram. Long. 3⅓. lat. 1⅓.

* 553. *C. fasciolatus* capite thoraceque nigro-aeneis, antennis pedibus, elytrisque testaceis, ad apicem nigro-marginatis.

Statura fere praecedentis. Antennae ferrugineae. Caput et thorax nigro-aenea immaculata. Thorax

Thorax obcordatus, anguſtus; linea dorſali impreſſa. Elytra ſaturate teſtacea ſtriata, abdomine paullo breuiora, et a dimidio ad totum apicem late nigro-marginata, faſciaque longitudinali nigra communi ſuturam occupante, et elytrorum apicem non attingente. Pedes toti teſtacei. Subtus niger abdomine elytris concolore. Tab. II. f. 8. Hab. ſub arborum cortice in ſiluis non frequens. Long. 4. lat. $1\frac{1}{3}$.

Specimen huius Carabi a Dn. de Paykull., quem inſecta multa a Dn. Roſſio accepiſſe ſcimus, dono mihi datum deſcribam. Statura *C. ſeſquiſtriato Panzeri* paullulum ſimilis eſt, ſed anguſtior. Capitis thoracisque colorem potius brunneum, quam nigro-aeneum vocarem. Elytra apice ſubtruncata cum reliquo corpore rufa ſunt, margine vndique brunneo-nigro cincta, vt vitta a humero per elytrum decurrere videatur rufa, quae tamen apicem non attingit. Haec diſcrepantia ab aetate minore deriuanda videntur, qua ſpecimen meum forte captum eſt. Hg.

554. *C. meridianus* niger, elytris antice, pedibusque teſtaceis. F. Sp. 312. 77.
♀ F. E. S. I. 1. 164. 177.

Elytra ſtriata baſi flaueſcentia. Pedes teſtacei. Antennae fuſcae baſi rufae: nitidus. Hab. in terra. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Celeberrimus Paykullius recte indicaſſe videtur, *C. dorſalem* F. E. S. I. 1. 165. 183. Roſſi Mant. 191. 204. varietatem huius eſſe, differentiam enim ſpecificam detegere nequeo, et tranſitus alterius ad alterum non deeſt. Hg.

Digitized by Google

(p. 224.)

* 555. *C. truncatellus* niger, ſupra ſubaeneus, elytris apice ſubtruncatis. Linn. Syſt. Nat. 672. 43. Fn. Sv. 814.

♀ F. E. S. I. 1. 168. 69.

Totus niger, ſupra ſubaeneus. Elytra ſubſtriata, apice oblique truncata. Hab. in ligno putrido. Long. 1. lat. $\frac{1}{4}$.

556. *C. atricapillus* thorace rotundato, ruſo, elytris obtuſis teſtaceis, capite atro. F. Sp. 313. 82.

♀ F. E. S. I. 1. 140. 69.

Geoffr. Inſ. 1. 153. 25.

Hab. ſub corticibus. Long. $\frac{2}{3}$.

Longus eſſe ſolet $2\frac{1}{2}$ lin. latus $\frac{3}{4}$. Sed interdum dimidio brevior occurrit. Color elytrorum variabilis eſt ſolito luridus; nonnumquam eandem cum *C. Cruce minore* ſignaturam nigram habent, apice excepto numquam atro. Interdum macula prope apicem communis reſtat, nonnumquam ſutura fuſceſcens evadit, macula pone ſcutellum communi fere deleta; ſaepius vero omnino pallide lurida ſunt. Statura quodammodo ſimilis eſt *C. angaſtato*, vel *Cicindelae anguſtatae* F. E. S. I. 1. 169. 3., quem a Fabricio ad Cicindelas translatum aegre video, cum ne oris partes quidem, vt mandibulae in *C. dentato Roſſ.*, locum illum approbent.

In opere Voetiano Tom. II. t. 47. f. 12. inſectum repraeſentatum videmus, quod Voetius ad Donacias ſuas, quo genere Malachios, Cantharides, Lampyrides etc. comprehendit, refert, ex Africa oriundum. Quisque, ibi depictum videns coleopteron, mecum ſentiet, *C. atricapillum* noſtrum melius depingi non poſſe, quam ibidem factum eſt, quamuis contendere non audeam, eundem eſſe cum noſtrate.

De

De citato Geoffroyi, a me addito, vide, quae ad *C. teſtaceum* n. 546. adnotaui. Hg.

* 557. *C. pedeſtris* niger, nitidus, thorace rufo, elytris punctis duobus pellucidis.

An *C. arenarius*. Scop. Ent. Carn. 277?

♀ *Notoxus pedeſtris*. Roſſi Mant. 45. 114.

Apterus, capite antennisque nigris. Thorax rufus elongatus. Elytra nigra nitidiſſima, locis duobus pellucidis, altero ad baſin, altero ad apicem. Pedes et femora nigra, baſi rufa. Elytra, armato oculo, pilis albis pubeſcunt. Hab. in terra et arena frequens. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Citatum e Scopolio auctor ipſe poſtea omiſit, huc minime ſpectans. Hg.

558. *C. 4 - guttatus* thorace rotundato, atro, elytris nigris, punctis quatuor albis. F. Sp. I. 313. 80.

♀ F. E. S. I. 1. 165. 181.

Differt a C. 4 - maculato. Elytra haud obtuſa. Thorax valde rotundatus, ater. Tibiae pallidae. Hab. ſub arborum cortice. Long. $\frac{2}{3}$.

Herbſtius Arch. t. 29. f. 9. Carabum repraeſentat, quem ipſe poſſideo, qui vero nullo modo magnitudini cum *C. truncatello* comparatae conuenit, cuiusque caput et thorax haud nigra, ſed obſcure viridia ſunt. Oliuierius eundem l. c. p. 353. n. 153. citat, ſed nomine deceptus videtur. Hg.

(p. 225)

* 559. *C. leuipes* thorace rotundato, ater nitidus elytris punctato - ſtriatis, pedibus rufis.

An *C. picipes* F. Mant. 203. 98?

Statura *C. praſini*. Agilis, paruus. Antennae fuſcae, baſi ferrugineae. Thorax anguſtus fere orbicu-

orbiculatus, laeuis, nitidus. Elytra punctato-ſtriata, nitida. Pedes longiuſculi rufi, femoribus antica parte nigris. Color atro-caeruleus. Hab. ſub arborum corticibus rarior. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 1.

560. *C. 4-maculatus* thorace ferrugineo, glabro, elytris obtuſiſſimis fuſcis, maculis duabus albis. F. Sp. 313. 79.

⊙ Pontopp.

♀ F. E. S. I. 1. 165. 180.

Abdomen et femora nigra, tibiae pallidae. Hab. cum praecedentibus. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Pedes in ſpeciminibus meis pallidi ſunt. Elytrorum ſignatura admodum variabilis eſt. Maculae raro conſpiciuntur integrae. Elytra nunc atra ſunt, nunc fuſca, nunc diſco communi teſtaceo, nunc teſtacea tota, absque vllo ferme marginis fuſci rudimento. Thorax nunc rufus, nunc brunneus margine palleſcente. Hg.

561. *C. bipunctatus* aeneus, antennis nigris, tibiis pallidis. F. Sp. 313. 86.

♀ F. E. S. I. 1. 167. 189.

Caput thorax, elytra ſubaenea. Elytra punctis duobus impreſſa, altero antice, altero poſtice. Hab. in ligno putrido. Long. $\frac{1}{3}$.

Pedes omnino nigri ſunt. Hg.

(*p. 226.*)

* 562. *C. exſanguis* totus pallidus oblongus elytris in medio nigro-guttatis.

Elytra quaſi albida maculis nigris duabus obſoletis, in ſingulo vna. Alatus. Hab. in putridis arborum truncis. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

* 563. *C. minutus* totus niger laeuis.

Geoffr. Inſ. 1. 153. 26.

Minor *C. truncatello Linn.* Elytra non ſtriata, neque oblique truncata. Totus colore nigro-aeneo nitido. Thorax obcordatus in medio linea exaratus et anguſtior, quam in *C. truncatello.* Hab. in ligno putrido. Long. 1. lat. $\frac{1}{4}$.

* 564. *C. Sigma* ſubflauus, thorace cordato, elytris faſcia vndata nigra, capite nigro.

Thorax ſubflauus. Elytra pallida. Hab. cum aliis exeſas arbores. Long. 1. lat. $\frac{1}{4}$.

* 565. *C. puſillus* capite thoraceque nigris, elytris fuſcis.

Vere exiguus et vix pediculo aequalis. Antennae ſubferrugineae longitudine corporis. Caput et thorax nigra, obſcura. Elytra integra, ſordide teſtacea. Abdomen nigrum. Pedes ſubrufi. Hab. in ligno putreſcente Ilicis.

(p. 227.)

* 569. *C. Non plus vltra* flauus, oculis nigris, thorace obcordato, elytris antennisque piloſis ſubclauatis.

Pediculo minor. Facies Carabi, at palpi ſubclauati, antennaeque ad apicem craſſiores articulis fere rotundis approximatis, piloſis, vltimo maiore acuminato. Alatus. Hab. in quiſquiliis.

LXXIII. SCARITES.

Palpi ſex filiformes. *Labium* corneum dentatum. *Antennae* moniliformes.

567. *S. Gigas* ater, pedibus anticis palmato-digitatis, mandibulis ſulcatis, elytris ſubſtriatis. F. Sp. 314. 1.

Oli-

Digitized by Google

Oliuier N. 36. pl. 1. f. 1. b. f. 1. c.

Magnitudine admodum variat. Maiores apud nos, longi 15, lati 6 lin. Apterus. Caput antice ſulcatum, poſtice rotundatum. Maxillae porrectae, quadridendatae. Labium inferius punctis duobus excauatis contiguis. Thorax antice lunatus, margine vnidentato, elytris ſuperius vix late et obſolete ſtriatis, ſubtus quaſi argentatis lucidis, et manifeſte punctato-ſtriatis. Pedes antici palmato-digitati, poſtici quatuor pilis rufis ciliati. Hab. in campis ſabuloſis, ſub ſtercore bouino frequens. Long. 9, 12, 15. lat. 4, 5, 6.

Fabricii *Sc. Gigas* Africae aequinoctiali indigenus eſt, et cum Herbſtii Arch. t. 49. f. 4. citet, confiteor, figura ibi data admodum a noſtro diſcrepante, dubium meum de identitate Scaritis Fabriciani et Roſſiani valde augeri; cum abdomen ibi ouatum ſit, quod in noſtro ſubquadratum, baſi recta truncatum, verſus apicem dilatatum ibidemque rotundatum eſt. Thorax quoque in eadem figura proportione multo longior eſt. Tibiae *Sc. Gigantis R.*, praeſertim externe, ciliatae ſunt pilis tenuibus villoſis longioribus. Specimen itaque deſcribere in animo eſt, quod a Dn. de Paykullio mecum benigniter communicatum poſſideo, vt ii, qui *Sc. Gigantem* verum Africanum habent, coniecturam meam de diuerſitate vtriusque aut confirment, aut reiiciant.

Statura depreſſa admodum cum *S. ſubterraneo F.* conuenit, ſed quadruplo maior eſt. Specimen meum enim a maxillarum, forcipitis in modum ſeſe tegentium, apice ad anum vsque 15 lin. longum eſt. Caput cum ore conforme cum eisdem *Sc. ſubterranei* partibus. Thorax capite paullu-

lum latior, ſed aliquanto breuior, quaſi ſemicircularis, ita, vt apex diametrum conſtituat, quem linea impreſſa legit; ſpatiumque inter hanc lineam marginemque anticum ipſum leuiter ſtriatum eſt. Superficies leuis, conuexa, linea media impreſſa. Latera marginata ſunt, et verſus thoracis baſin, quae valde anguſta eſt et partem tertiam apicis vix aequat, denticulus eminet. Elytra thorace anguſtiora, et capite thoraceque vna ſumtis, paullulum breuiora, poſtice latiora, leuia, nec ſtriata, nec punctata, angulo parvo acuto in humero prominulo. Tibiae anticae palmato-lobatae, latere interiore pilis fuſcis breuibus, reliquae omnes vero pilis longioribus denſis rutilis ciliatae ſunt. Thorax latus $5\frac{3}{4}$ lin. baſi $2\frac{1}{4}$; longus 3 lin. Elytra baſi lata $4\frac{1}{4}$, pone medium vero $5\frac{1}{4}$ lin. Hg.

* 568. *S. thoracicus* thorace ouato, elytris aeneis, pedibus ferrugineis.

♀ *S. gibbus.* F. E. S. I. 1. 96. 10. Panz. F. I. G. V. 1.

Carabus globoſus. Herbſt. Arch. p. 142. n. 58. t. 19. f. 17. K.

Minor *S. arenario.* Caput obſcurum. Antennae, mandibulae et palpi ferruginei. Thorax valde gibboſus, rotundatus, obſcure nitens. Elytra aurato-nitentia, ſtriata ſtriis punctatis. Pedes ferruginei, antici foſſorii. *D. D'Antic. Soc. Linn.*

Hab. in arenoſis ſub terra primo vere frequens. Long. $1\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Magnitudine admodum variat, colore ſemper fere metallico, rariſſime piceo. Truncus in meis non ita globoſus, vt Panzerus f. c. exhibet. Hg.

569.

(*p. 228.*)

569. *S. arenarius* piceus, tibiis anticis palmato-digitatis. F. Sp. 314. 4.

♀ F. E. S. I. 1. 96. 9.

Noſtra ſpecimina conueniunt cum deſcriptione Linnaei. Hab. in campis arenoſis minus frequens.

* 570. *S. clypeatus* ater, clypeo rotundato, emarginato, elytris ſtriatis, ſtriis punctatis.

Fuèsly. Arch. t. 29. f. 4.

Medius, ater. Caput duplo maius thorace. Clypeus rotundatus, emarginatus, piloſus, mandibulas tegens. Antennae piceae piloſae. Thorax lunatus, punctatus, antice acutus. Elytra ſtriata, ſtriis punctatis. Pedes nigri piloſi, antici foſſorii. Tarſi omnes fuſci.

Valde affinis *C. interrupto F. D. D' Antic. Soc. Linn.*

Hab. in pratis ſiluaticis arenoſis. Long. 5. lat. 2.

Conferantur adnotata ad *C. interruptum* n. 520, vbi idem Herbſtii citatum male allegatum eſt. Hg.

* 571. *S. Calydonius* alatus niger, thorace obcordato, capite tricorni.

♀ *Carabus Calydonius*. F. E. S. I. 1. 144. 89.

Confer *Scarit. Damam.* Roſſi Mant. 92. 206.

Statura *C. interrupti: S. clypeato* maior. Antennae fuſcae piloſae. Caput nigrum exſertum punctatum piloſum. Clypeus apice emarginatus, tricornis, duobus lateralibus recuruis acutis, altero frontis craſſo, antrorſum retorto truncato. Thorax niger obcordatus, punctatus, pilis raris aſperſus. Elytra nigra punctato-ſtriata ſtriis in ſingulo octo.

Pedes nigri pilosi, antici fossorii. Femina inermis. Variat colore interdum piceo, vel subrufo, et magnitudine duplo minori, maxillis cornutis, fronte mutica, pedibus subferrugineis. Differt a *S. clypeato* capite non ita magno, neque ita depresso, et in masculis cornuto; thorace obcordato, non lunato, neque antice acuto. Tab. VIII. f. 8. mas. f. 9. femina. — Hab. in arenosis. Long. 8. lat. $2\frac{1}{2}$.

Statura singularis, et nulli mihi noto similis est. Icon satis bene expressa illam optime monstrabit. *C. interruptum* nullo modo autem cum illo comparassem, cum vterque admodum a se inuicem discrepent. Statura crassa, conuexa, dorso tamen depresso. Color niger nitidus quidem est, sed ob pilos breues vix apparentes languidus euadit. De varietate ab auctore indicata vide ipsum in Mantissa. l. c.

Multi Carabi nunc ad Scaritum genus transferuntur, qui quidem Carabis non bene annumerati fuere, qui tamen non magis Scaritis speciem repraesentant. Scarites veros Sc. Gigantem Roff. Sc. Gigantem, subterraneum, arenarium et gibbum Fabr., Sc. collarem Herbst. etc. habeo, quibus etiam Carab. cephalotes. et Scarit depressus. F. adiungi possent. Hicce *Sc. Calydonius* autem, cum aliis genus intermedium inter Scarites et Carabos constituere videtur optimum. Hg.

(*p. 229.*)

* 572. *S. rufus* rufus, pilosus, thorace ouato, elytris punctato-striatis.

Statura omnino *S. thoracici.* Totus rufus pilosus. Palpi anteriores praelongi. Thorax valde gibbus, rotundatus, laeuis, nitidus. Elytra punctato-

ſtato-ſtriata. Pedes antici foſſorii. Tab. IV. f. 3. Hab. cum *S. thoracico* eodem tempore, et loco frequens. Long. $1\frac{4}{7}$. lat. $\frac{1}{3}$.

LXXV. PIMELIA.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* membranaceum, rotundatum, ſubemarginatum.
Antennae filiformes.

573. *P. muricata* nigra, coleoptris obtuſis ſtriis muricatis. F. Sp. 316. 5.

⊙ Linnei Muſ.

☽ Pet. Sp. I. C. f. XIV. Confer. p. 25. n. 123.

♀ F. E. S. I. 1. 100. 8.

Aptera, tota nigra, corpore ſphaerico' globoſo. Oculi ſemilunares. Thorax vbique emarginatus, orbiculatus, laeuis. Elytra connata, obtuſa, ſulcis tribus eleuatis, ſpatiisque interiectis punctatis. Pedes antici breues; tibiarum ſpinae porrectae. Thorax absque punctis duobus impreſſis. Hab. ſiluas arenoſas, frequens in arena prope Formicarum aceruos. Long. 7. lat. 4.

Quid Fabricius citato: "Pallas Ic. 1. 706. 51. *Tenebrio echinatus*" ſibi velit, neſcio. Icon Petagnae citata ſatis bona eſt, ſtaturam certe optime exprimit. Quod Geoffroyus aliique ſtriarum eleuatarum puncta retrorſum ſpectantia, quae ſtrias muricatas reddunt, haud animaduerterint, inde deducendum videtur, quod ſemper a tergo, nec a latere easdem luſtrauerint. Hg.

(*p.* 230)

574. *P. carinata* nigra, thorace orbiculato, elytris lineis eleuatis tribus laeuibus. F. Sp. 319. 20.

☽ Petagna. Sp. Inſ. Cal. 125. f. 19.

♀ F. E. S. I. 1. 104. 27.

Tota atra, femoribus anticis craſſioribus ſubdentatis. Hab. in campis ſiluaticis minus frequens. Long. 7. lat. 2¼.

Forskaolii inſectum, quod, vti e nomine concludere licet, Aegypto indigenum eſt, huc non referrem, cum Pimeliarum ſpecies verbis ſolis difficulter diſtinguantur, hinc patria tam longinqua ſuſpicionem ſufficientem praebere poſſit, inſectum vtrumque diuerſum coniiciendi. Hg.

575. *P. reflexa* thorace marginato, marginibus, reflexis, elytris muricatis, linea laterali carinata, laeui. F. Sp. 318. 16.

♂ *Ten. Pterygodes*, Pallas. Icon. Inſ. 1. 41. 6. t. 6. (C.) f. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 104. 24.

Affinis *P. ſpinoſae*. Tota atra. Thorax antice lunatus, lateribus valde marginatus. Elytra connata ſtriis duabus punctorum eleuatorum, et linea laterali valde carinata, pone quam altera linea punctorum ſimilium. Apex acuminatus. Hab. in ligno carioſo Cupreſſi, frequens in *Colle Feſolano*, loco vulgo dicto *Bellevante*. Long. 8. lat. 4.

Pimeliarum genus admodum dubium eſt, et in plura diſtribuendum videtur. Quis enim, *P. ſtriatam* et *reflexam*, *anguſtatam* et *varioloſam* intuens, eidem generi annumeratas crederet? In Inſectis tamen, terris tam remotis, vt plura horum, indigenis, genera difficulter inſtituuntur, cum ſolum ferme habitum, nec victum cultumque, qui ſaepius optimam in generibus condendis demonſtrant viam, conſulere licet. Hg.

(p. 231.)

LXXVIII. BLAPS.

Palpi quatuor clauati. *Maxilla* recta bifida. *Labium* membranaceum fiſſum. *Antennae* apice moniliformes.

576. *B. mortiſaga* atra, coleoptris mucronatis, laeuibus. F. Sp. 321. 3.

⊙ Raj., Liſt., Pet., Mouff., Friſch., Schaeff. Ic. t. 6. f. 13.

☽ Scop. E. C. 252. Schrank. E. I. 415.

♀ F. E. S. I. 1. 107. 3.
Schaeff. Ic. t. 60. f. 3.
Panz. F. I. G. III. 3. *(male picta).*

Variat admodum magnitudine. Hab. in vmbroſis humidis frequens. Long. 9, 11, 15. lat. 4, 5.

Mas femina admodum gracilior eſt, et elytrorum acumine praelongo gaudet, quod in femina vix apparet. Ille: Schaeff. Ic. t. 60. f. 3. (ita in F. E. S. loco t. 6. f. 13. legendum eſt); haec: t. 37. f. 6. repraeſentata eſt. Hg.

LXXIX. TENEBRIO.

Palpi quatuor inaequales, anteriores ſubclauati, poſteriores filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* truncatum, corneum, integrum. *Antennae* moniliformes.

577. *T. molitor* oblongus piceus, elytris ſtriatis. F. Sp. 322. 2.

⊙ Raj., Friſch., Sulz.

♀ F. E. S. I. 1. 111. 6.

Variat femoribus anticis ſimplicibus, et femoribus anticis craſſioribus, tibiis incuruis; vti etiam magnitudine. Hab. plerumque in ſiluis. Saepe in-

uentus in ligno putrido et ſub cortice Quercus. Long. 7. lat. 2¼.

Color nunc niger, nunc rufeſcens. Tibiae anticae incuruae huic generi propriae videntur. De citato Schaeff. Ic. t. 66. f. 1. vide adnotatum ad n. 580. Hg.

(*p. 232.*)

* 578. *T. affinis* oblongus, niger, elytris punctato-ſtriatis.

T. molitori ſimillimus, at dimidio minor, et elytra punctato-ſtriata. Tibiae anticae incuruae. Etſi *T. molitor* admodum variare videatur, hic tamen diſtinctus. Hab. in truncis carioſis Quercus frequens. Long. 5¼. lat. 1½.

Ipſe Tenebrionem poſſideo, *T. molitori* admodum ſimilem, qui, eiusdem ferme longitudinis, dimidio anguſtior eſt, et elytra profunde punctato-ſtriata gerit. Quem nomine *T. cylindrici Schneideri* in muſeo aſſeruo Hg.

* 579. *T. Mauritanicus?* alatus, niger, ſubtus piceus, thoracis marginibus antice, poſticeque dente angulatis. Linn. Syſt. Nat. 674. 4.

An *Tenebroides complanatus* Piller It. per Poſ. Scl. t. 9. f. 9?

Ɗ Roſſi Mant. 93. 208

Trogoſita Caraboïdes. F. E. S. I. 1. 115. 2. Panz. F. I. G. III. 4.

Tenebrio piceus. Schall. Act. Hallenſ. 1. 319.

Carabus Bucephalus. Herbſt. Arch. IV. 141. 57. t. 29. f. 16. i.

Lucanus dubius. Scriba. Ephem. Ent. I. 42. 6. Herbſt. Kaeff. III. p. 316. 18.

L. fuſcus. Preislers. Boehm. Inſ. I. 6. 3. t. I. 1. A. B.

Ha-

Digitized by Google

Habitus fere *L. interrupti.* *Scar. arenario* maior. Niger, glaber, oblongus. Caput punctis impreſſis. Maxillae breues, arcuatae, dentatae. Palpi ſex? Antennae moniliformes, apice extrorſum craſſiori. Thorax marginatus, antice pilis breuiſſimis flauis ciliatus, dente obſoleto. Elytra marginata, ſtriata. Abdomen et pedes ſubrufi. Femora latiuſcula, tarſi minimi. Tab. VII. f. 15. et Tab. III. f. 12. at haec paullo maior. Hab. ſub arborum cortice in ſiluis frequens. Long. 4. lat. 1½.

De citato e Piller etc. vix dubito, quoad ex epitome illa, in Scriba. Entom. Iourn. II. 101. exhibita, quae deſcriptiones, iconibus omiſſis, continet, concludere licet. Inſectum hocce dubium ſemper fuit. Fabricius, in Oliuierii veſtigium, nouum ex illo aliisque adiectis condidit genus, cui nomen Trogoſitae dedit. Inſectorum, ibidem enumeratorum, nulla alia poſſideo, quam hanc *T. caraboïdem* et *T. ferrugineam*, hinc de genere iudicare nequeo. Plures Entomologi celeberrimi, e. g. Schneiderus, ac Panzerus *Paſſalum interruptum* Trogoſitae genus ſubire iubent, ſed, ne alia commemorem, pedes antici admodum diſcrepant, et victum alienum indicant.

Tenebr. Mauritanicum Linn. alium eſſe, iam patria ſuadet, et ſi Degeeri *L. maurum*, quem ex Suriname accepit, quemque eundem cum *T. Mauritanico Linn.* habet, re vera eundem credamus, figura eiusdem data t. 13. f. 9. Tomi V. admodum differt.

Alii, quorum vnus Celeb. Fabricius eſt, *T. caraboïdem Linn.* allegant, at Linnaeus *apterum* dicit, cum hic alatus ſit, et *coleoptera carinata*, ab eodem commemorata, aſpicere nequeo.

Faari-

Fabricii citatum: *Carabus coadunatus.* Degeer. 4. 97. 7. t. 3. f. 13. ad *C. roſtratum* translocetur. Hg.

(*p. 233.*)

580. *T. culinaris?* alatus, ferrugineus, elytris ſtriatis, clypeo emarginato. F. Mant. 212. 15.

♂ *Tenebrio rufus.* Piller. It. per Poſ. Scl. t. 7. f. 4?

♀ F. E. S. I. 1. 113. 16.
Panz. F. I. G. IX. 1.

Per totum concolor, fuſco-rubens. Thorax marginatus, ſubplanus, nitens. Elytra lineata. Latitudo fere vbique eadem. Noſtra ſpecimina exacte conueniunt cum figura Piller. l. c. parum, aut nihil cum figuris *Ten. culinaris* a *Schaeffero* exhibitis Icon. t. 66. f. 1. t. 130. f. 5. Plerumque totus fuſco-ſanguineus, at colore et magnitudine variat. Hab. in ſiluis ſub arborum cortice frequens. Long. 4. lat. 1½.

In eisdem Schaefferi figuris, quarum t. 66. f. 1. Auctor noſter apud *T. Molitorem* iterum allegauit, nec hunc nec Tenebrionem mihi notum agnoſco. Forte Helopis ſpeciem repraeſentat. *T. culinarem Auctorum* ipſum non poſſideo, ſed alium, illi admodum ſimilem, quem Celeberr. Panzerus Fn. Inſ. Germ. IX. t. 2. nomine *T. ferrūginei* depinxit atque deſcripſit, et quem in trunco quercus vetuſtae deciſae reperieram. Qui praecipue thorace antice retuſo ac depreſſo inſignis eſt, quod cum a Linnaeo in Fn. Su. 816. in *T. culinaris* ſpeciminibus maioribus, quae feminas coniicit, commemoratum ſit, hunc *T. culinarem L.* eundem cum *T. ferrugineo* meo l. c. coniicere licet. Cum eiusdem vnicum tantum ſpecimen poſſideam, quod ipſe reperi, diſcernere nequeo,

nequeo, vtrum Linnaeus minores, thorace antice impreſſo carentes recte maſculos coniecerit, an diuerſae ſpeciei ſint. Hg.

* 581. *T.? fuſcus* alatus niger, obſcurus, capite depreſſo, thorace angulato margine ſerrulato, elytris crenato-ſtriatis.

Totus niger obſcurus, ſubtus piceus. Antennae moniliformes, thorace breuiores. Caput exſertum, depreſſum, apice dilatato, ſubmarginato. Thorax antice valde angulatus, poſticeque rotundatus, dente vtrinque obſoleto, margineque prominulo, ſerrulato. Elytra rugoſa, crenato-ſtriata margine reflexa. Alae fuſceſcentes. De genere dubito: an *Pimelia?* — Hab. in ſiluis, ſemel inuentus. Long. 3. lat. 1½.

* 582. *T. chryſomelinus* teſtudineus, glaber, nitidus, elytris obſolete ſtriatis, in medio obſcurioribus.

An *Tenebrio teſtudineus* Piller. It. per Poſeg. p. 83. t. 7. f. 6.?

Corpus ouato-oblongum. Antennae breues moniliformes. Thorax et elytra glabra, nitida teſtudinei coloris. Pedes ferruginei. Alatus. Hab. ſub arborum cortice, praeſertim Quercus, frequens. Long. 1¾. lat. ¾. 1.

(*p. 234.*)

* 583. *T.? dubius.*

♀ *Cebrio breuicornis.* Roſſi Mant. 34. 84.

Inſectum hoc antiſyſtematicum adeo ſingulare eſt, vt neſciam tuto referre ad genus: determinandum propono ac relinquo Entomologis peritioribus.

Totam

Totum teſtaceum, praeter oculos et apices maxillarum, qui nigri ſunt. Apterum. Magnitudo *M. Proſcarabaei*, habitus *Tenebrionis*. Primo intuitu videtur *Meloe:* attentius conſiderantibus, dubium ſuboritur de *Elatere*, deindeque *Tenebrionis* character quodammodo impreſſus, confuſionem, et perplexitatem non facile ſine face Metamorphoſeos extricandam adducit. Antennae breuiſſimae, lineam longae, ſubclauatae, articulis lentiformibus, compreſſis, piloſis, vix extrorſum craſſioribus articulo primo maiore et clauae aequali, ante oculos poſitae. Palpi quatuor inaequales, filiformes, quorum antici craſſiores, et longiores ſuperant longitudine antennas. Caput ſi non exſertum, certe non deflexum. Frons veluti impreſſa nota quadam ſemilunari. Os clypeo truncato, labio emarginato, bifido? mandibulis duabus porrectis, annuli inſtar arcuatis, acuminatiſſimis, ſimplicibus, capite fere longioribus. Thorax conuexus, vtrinque punctatus, ſubmarginatus, ſubtus mucrone et foueola; poſtice ad latera acute angulatus vti in *Elatere*. Elytra gibba, flexilia, pone dehiſcentia, late ſtriata, valde abbreuiata, ſubmarginata Abdomen ouatum piloſum, molle, terminatum ſtilo, vel cauda recta, breui, cornea, apice bifida, quae manifeſte apparet deſtinata ad oua ponenda. Femora poſtica baſi lamina magna elliptica, ſeu quid ſimile trochanteri Caraborum, commune tamen elateribus aliisque. Tibiae compreſſae, apice ſpinis duabus. Tarſi quinque tam in pedibus anticis, quam poſticis, admodum breues, vltimo hamulato. An *Tenebrio?* Tarſorum numerus remouere videtur.

De-

Digitized by Google

Deſcriptio haec iis non prolixa nimis videbitur, qui veritatem amant, et ſane intelligunt, quantam diuerſorum characterum varietatem in hoc iuſecto natura coniunxerit. Tab. I. f. 2. — Hab. Florentiae et Piſis: inuentum in locis humentibus ſordidis. Long. 8. lat. 4.

Hoc inſectum nondum vidi; ſingulare quidem videtur, ſed, quoad ex icone adiecta iudicare, Tenebrionis et Elateris notas aſpicere nequeo, et ob elytra, et ob habitum reliquum potius ad Meloes amandaſſem. Oliuierius, vid. Mand. cit. cum *Cebrione Gigante* coniunxit. Proprium tamen genus conſtituere videtur. Hg.

(*p.* 235.)

LXXX. HELOPS.

Palpi quatuor anteriores ſecuriformes, poſteriores clauati. *Labium* corneum, integrum. *Antennae* moniliformes.

584. *H. lanipes* aeneus, elytris ſtriatis, acuminatis. F. Sp. 324. 2.

♂ Schrank. E. I. 412. Schaeff. Ic. t. 51. f. 3.

♀ F. E. S. I. 1. 118. 4.

Palpi ſecuriformes. Antennae pedesque nigra. Thorax ſubquadratus, denſe punctatus. Elytra conuexa, punctato-ſtriata, elytro ſingulo ſtriis octo apice coeuntibus, mucrone tereti terminatu. Abdomen nigrum. Plantae ruſo-villoſae. Nitens, apterus rudimentis tantum alarum. Hab. in ligno putreſcente minime rarus. Long. 5.. lat. $2\frac{1}{4}$.

(*p.* 236.)

585. *H. dentipes* ater, elytris punctato-ſulcatis, femoribus anticis acute ſulcatis. F. Sp. 326. 12.

Caput

Caput et thorax atra, laeuia, obſcura. Elytra ſulcata, et in ſingulo ſulco linea punctorum impreſſorum. Pedes nigri femoribus anticis ſubtus carinatis, compreſſis, et medio interiore acute dentatis, plantis ſubhirſutis flauicantibus.

Petagna Sp. Inſ. Cal. Nat. 129. f. 15. exhibet iconem ab eo aſſignatam *Ten. Caraboidi*, quae huic *Helopi* omnio conuenire videtur; ſed antennae filiformes, palpi antici ſecuriformes, plantae ſubhirtae, flauicantes, tibiae anticae ante apicem non dentatae (character a *Fabricio* aſſignatus *T. Caraboidi*) mea ſpecimina huc referenda eſſe declarant. Hab. in truncis arborum carioſis praeſertim Alni. Menſ. Febr. ſaepe lectus. Long. 4. lat. 2½.

T. caraboïdem F. Auctor noſter, vt ſupra n. 579. videre licet, ipſo ignaro, iam habet, hinc nil de identitate huius Helopis, imo, quoad ex figura Petagnae l. c. iudicari poteſt, nil ſimilitudinis cum illo ſuſpicari aliquis poſſit.

Helopum ſpecies, ob colorem ſemper fere atrum, e deſcriptionibus ſolis difficulter extricantur, cum admodum paucis datum ſit, differentiam ſtaturae ac ſculpturae, quae ſolae ſpecies diuerſas (vti quidem in omnibus reliquis inſectis, vbi tamen colores adiumentum haud leue praebent,) diſtinguunt, verbis ſatis bene determinare. Fabricii *H. dentipes* ex ora Coromandeliana oriundus eſt, contendere itaque audeo, eiusdem et Auctoris *H. dentipedem* diuerſas ſpecies eſſe. Hg.

* 586. *H. triſtis* niger, thorace ſubquadrato, elytris obſolete punctato-ſtriatis.

Sta-

Statura fere *H. lanipedis*, ſed latior. Totus niger: glaber, ſubnitidus. Antennae nigrae filiformes. Caput planum punctulatum clypeo antice emarginato. Thorax ſubquadratus, conuexus, lateribus angulatis. Elytra fere connata, conuexa, obſolete punctato-ſtriata. Plantae ſubtus hirſutae ruſae. Apterus. Tab. V. f. 1. Occurrit etiam alius valde minor, qui tantum differre videtur elytris minus obſolete ſtriatis. Habit. in truncis carioſis frequens. Long. 6. lat. 2¼.

Specimen habeo, a Dn. de Paykull dono mihi miſſum, quod eandem fere magnitudinem habet cum icone data. Thoracis forma quodammodo cum *H. lanipede* conueniens eſt, ſed caetera ſatis diſcrepant. Totum corpus nigrum eſt et nitorem quemdam ſericeum habet. Caput cum thorace punctis creberrimis excauatis notatum eſt. Capitis clypeus (vel frons prolongata) emarginatus eſt, vti et labium ſuperius. Thorax in icone non bene expreſſus eſt, latitudine enim paullo longiorem, quam breuiorem dicerem, quod tamen in figura repraeſentatum videmus. Pulvinatus eſt, ſeu conuexus, pro conuexitate vero ſatis depreſſus. Vndique margine laeui circumdatur, antice paullo anguſtior eſt, ibidemque ſubemarginatus, vt anguli laterales, eodem modo, quo anguli baſeos, promineant, id, quod auctor *latera angulata* vocat, latera enim proprie ſic dicta rotundata ſunt. Elytra thoracem longitudine, dimidia parte ſuperant, vix autem latiora ſunt, et pone attenuantur. Ad latera inflectuntur, et carinam lateralem prominentem efficiunt, vti in *Pimeliis* multis. Parum conuexa ſunt, vt potius depreſſa dicantur, ſtriasque gerunt punctatas longitudinales, quarum interualla punctis excauatis confer-

tiſſimis aſperguntur, praecipue latera verſus, ad ſuturam enim haec puncta rariora, certe minora ſunt. Margo elytrorum, qui ſupra conſpici nequit, latus eſt. Pectus, abdomen, pedes punctata ſunt. Tarſi pilis fuluis iufra obducti.

Ob deſcriptionem breuiorem decernere non audeò, num Fabricii *H. Hottentotta* E. S. I. 1. 122. 23. idem ſit cum modo deſcripto, quod ſuſpicari facile vellem. Hg.

* 587. *H. chalybaeus* violaceus, thorace ſubquadrato, elytris punctato-ſtriatis.

Statura et magnitudo omnino *H. triſtis*, ſed clypeus et labium ſuperius in hoc rotundatum, integrum; in illo emarginatum. Elytra quae in praecedente fere connata ſunt, in hoc nullo modo: praetereaque color conſtanter ſupra violaceus, ſubtus niger, ſtriae elytrorum magis punctatae magisque impreſſae; thorax ſubquadratus angulis anticis rotundatis margine magis eleuato hunc optime ab alio diſtinguunt. Hab. in Alno emortua rarior.

(*p.* 237.)

588. *H. quiſquilius* niger, antennis pedibusque ferrugineis. F. Sp. 326. 13.

♀ F. E. S. I. 1. 122. 26.

Paruus; ſubtus totus ferrugineus. Hab. in quiſquiliis.

* 589. *H. ovatus* fuſco-niger, ſubaeneus, thorace rotundato, elytris gibbis, punctato-ſtriatis, ore antennis pedibusque rufis.

Corpus paruum, globoſum, ouatum. Caput aeneo-nigrum ore antennisque rufis. Thorax aeneo-niger, laeuis, nitidus, rotundatus conuexus,

xus, emarginatus, punctatus. Elytra nigro-aenea, nitida, conuexa, punctato-ſtriata. Abdomen, pectus, pedesque rufa. Tab. IV. f. 1. Hab. in truncis arborum carioſis non rarus. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$.

LXXXII. MELOE.

Palpi ſubfiliformes, *Maxilla* recta, bifida. *Labium* corneum, emarginatum. *Antennae* moniliformes.

590. *M. Proſcarabaeus* corpore violaceo. F. Sp. 327. 1.

☉ Liſt., Mouff., Ionſt., Clut., Friſch., Hoefn., Bergſtr., Sulz.
☽ Scop. E. C. 184. Schrank. E. I. 424.
♀ F. E. S. I. 1. 517. 1.
Panz. F. I. G. X. 12.
Meyeri Tentam. Monogr. Gen. Meloes. Goetting. 1793. p. 11. N. *I*.

Intermedius antennarum articulus maris dimidiatus. Tacta oleum limpidiſſimum flauicans e geniculis pedum emittit. *M. maialis* numquam inuenta. *M. Vralenſis* Pall. Iter. 2. 722. 56. triplo minor, vix ſpecie differt. Elytra in hac corpore longiora, magis laeuia, et punctis rarioribus aſperſa. Hab. in locis apricis. Long. 7, 10. lat. 3, $4\frac{1}{2}$.

De antennarum forma interdum ſingulariter variante vide Celeb. Meyerum l. c. Citatum Geoffroyi 1. 377. t. 7. f. 4. celeb. Panzerus ad *M. tectam* meam (Fn. Inſ. G. X. 14.) referendum cenſet, et ſi figuram reſpiciamus, bene monitum videtur. Sed et magnitudo, et color caeruleus totus, in

deſcriptione commemoratus, ſuadere videntur, id *M. proſcarabaeo* tamen annumerandum eſſe.

Panzerus primus fere in Fauna Inſ. Germ. locum, Meloum ſpecies vlterius inquirendi aperuit, et ſpecies ibi notificatae quibusdam inſuper nouis augeri poſſent. Hg.

(*p. 238.*)

* 591. *M. Tuccia* aptera, nigra, capite, thorace lobato, elytrisque cribri inſtar impreſſis.

♀ Meyer. l. c. p. 30. n. X.

Tota nigra, obſcura, violaceo colore minime nitens, corpore ſubtus molli piloſo. Antennae nigrae breues, rectae, articulis omnibus (ſecundo excepto) aequalibus, rotundis et magis approximatis quam in *M. proſcarabaeo.* Elytra coriacea varioloſa, pone dehiſcentia, abbreuiata et abdomen cingentia, hoc eſt, non eleuata vti in *Proſcarabaeo.* Caput magnum punctatum. Thorax foueolis maioribus, rotundis, late diſiunctis, irregulariter excauatus, et cute craſſa duriore tectus vti in *Proſcarabaeo;* ſed haec omnia maiora et magis diſtincta. Sulcus longitudinalis profunde exaratur, ſpatiaque interiecta inter caput, et thoracem, thoracem et elytra, circumſcribunt thoracem quaſi in duos lobos. Pedes apice quadrungulato, ſeu digito duplici bifido. Magnitudo *M. Proſcarabaei*, at ſtatura breuior et facies diuerſa. Grauida tamen admodum ventricoſa euadit. An femina *M. Proſcarabaei?* Figura Ionſtoni. Inſ. p. 74. f. 14. cum hac nullo modo conuenit. Tab. IV. f. 5. Hab. in locis apricis ſilueſtribus rariſſima. Long. 8, 10. lat. 4, 5.

Celeber-

Celeberrimus Fabricius hancce Meloem auctoris noſtri apud *M. punctatam* ſuam allegat. Quam, Fabricii Meloem me nondum nouiſſe, confiteor, ſed auctoris *M. punctatam* meae *punctatae* (Panz. F. I. G. X. 16. *M. Brunſuicenſ.* Meyer. l. c. p. 25. n. VII.), affinem coniicio, imo eandem cum illa putarem, niſi thoracis deſcriptio vetaret. Hg.

(*p. 239.*)

LXXXIII. LYTTA.

Palpi quatuor poſtice clauati. *Maxilla* bifida. *Labium* truncatum. *Antennae* filiformes.

592. *L. veſicatoria* viridis, antennis nigris. F. Sp. 328. 1.

☉ Raj., Schaeff., Sulz., Mouff., Ionſt.

☽ Schrank. E. I. 418.

♀ L. veſicatoria (*"L. ruficollis"*) F. E. S. I. 2. 83. 1.

Variat admodum magnitudine et colore magis minusue viridi-aurato. Hab. in Fraxino Orno. Long. 7. lat. 2.

In Ent. Syſt. Fabr. id vitium calami, in citato ſupra iam commemoratum, corrigatur. Hg.

593. *L. erythrocephala* atra, capite teſtaceo, thorace elytrisque cinereo - lineatis. F. Sp. 329. 8.

♀ F. E. S. I. 2. 86. 13.

Antennae nigrae. Caput teſtaceum, fronte linea media nigra. Thorax niger ſubrotundus, emarginatus ſulco dorſali, lateribusque cinereis. Elytra nigra margine cinereo. Subtus tota nigra albo tomento pubeſcens, pedibus poſticis praelongis. Alae albae. Magnitudine admodum va-

riat, ſed plerumque aequat *L. veſicatoriam.* Hab. in floribus Viciae ſatiuae, aliisque non rara. Long. 5, 7. lat. 1, $1\frac{1}{4}$.

Lyttam poſſideo, quae *erythrocephalae* nomen ſane meretur, cui tamen margo elytrorum thoracisque lituraе cinereae omnino deſunt, quam itaque nouam ſpeciem interim habeo, donec veram *L. erythrocephalam* comparare liceat. Eadem cum *L. dubia* Fabricii E. S. I. 2. 86. 15. videtur, praecipue cum Fabricius Sulzeri *Meloem Algiricum* Hiſt. Inſ. t. 7. f. 12., qui inſectum ſuum ex Heluetia accepit, alleget, quae figura exacte cum Lytta mea quadrat. Idem de figuris Pallas Icon. Inſ. t. E. f. 29. a. b. contendam, quamuis deſcriptionem, quae ad hanc figuram pertinet, adhibere non licuit. Hg.

(p. 240.)

594. *L. Afra* nigra, thorace rufo. F. Sp. 330. 10.

Atra, capite thorace ano femoribusque rufis.

♀ Confer *Mylabrem teſtaceam* Roſſi Mant. 93. 209. Nitens, alata. Antennae, palpi, oculi, elytra, pectus, abdominis baſis, tarſique nigri coloris: reliqua rufa.

Mas *Mylab. teſtaceae.* F. Sp. 331. 7. quae cum hac coniungenda, et a praecedente differt elytris teſtaceis apice nigris, ſed facies, et alia omnia ſimilia, nempe *teſtacea pectore, elytrorumque apicibus nigris.* Antennae in vtroque ſexu nigrae filiformes, palpi quatuor filiformes. Femina raro variat elytris immaculatis. Cum apud nos frequenter occurrant ſaepius apud nos copula iunctas reperi, attamen quod nobis viſum, vt ab omni

omni erroris ſuſpicione vindicetur, ſeueriori ipſiusmet *Cl. Fabricii* examini atque iudicio lubentiſſime ſubiicimus. Tab. III. f. 3. mas. Tab. III. f. 1. femina. Hab. in floribus. Long. 4. lat. 1½.

Meum de his Lyttis aliquis ſi requirat iudicium, auctorem nec *L. Afram*, nec *Mylabrem teſtaceam* habuiſſe credo, ſed cum illius patria Africa, huius vero Sibiria a Fabricio vocaretur, hancce auctoris Lyttam peculiarem ſpeciem habeo, quae cum illis modo commemoratis quibusdam non magis conueniat, quam forte ab illis recedat, quod vero diſcernere nequeo, cum et *L. Afrae* et *M. teſtaceae F.* ſpecimina mihi deſint. *L. Afrae Roſſ.* illam varietatem, quam *M. teſtaceam F.* coniecerat, a Dn. Paykull mecum communicatam, ſolam poſſideo, et breuibus indicare volo.

Primo ſtatim intuitu coniectura auctoris reiici videtur, qua *M. teſtaceam* putat, cum nullam Mylabris notam habeat. Inſectum, ex Lyttarum more, anguſtum eſt et caeteros Lyttae charactères gerit. Attamen vix Lyttarum ſpeciem credo. Inſectum quaſi medium inter Cantharides, Lyttas et Necydalum ſpecies, e. g. *N. vſtulatum*. Caput rubroluteum, palpis, oculis, antennisque nigris. Thorax, capitis latitudine, eiusdemque colore, fere quadratus et quaſi puluinatus, in medio paullulum transuerſe impreſſus, poſtice marginatus. Scutellum magnum luteo-luridum. Elytra mollia, luteo-teſtacea, ſutura apiceque late atra, qui color ater ſenſim cum teſtaceo coit. Alae fuſceſcentes. Pectus antice teſtaceum, pone nigrum. Abdomen elytris breuius, baſi nigrum, apice margineque teſtaceum. Pedes rubello-lutei, tibiarum apice tarſisque fuſco-atris. Magnitudinem *L. atratae* circiter aequat. Figura repraeſentata ſtaturam Lyttae

non ſatis bene exprimit, et in ſpecimine meo nigredo apicis latior, etiam futuram et marginem externum inferiorem occupat. Hg.

LXXXIV. MYLABRIS.

Palpi filiformes. *Maxilla* cornea, compreſſa, bifida. *Labium* membranaceum, ſubmarginatum. *Antennae* moniliformes.

595. *M. Cichorei* nigra, elytris flauis, faſciis tribus nigris. F. Sp. 330. 2.

☉ Haſſelq., Imperat., Linn. Muſ.

☽ *Meloe variabilis.* Pallas Ic. Inſ. Roſſ. 81. 7. t. E. f. 7-14.

M. faſciatus. Fuesl. Helv. 399.

Ad *M. variabilem Pallas. l. c.* quae varietas minor videtur *M. Cichorei*, noſtra ſpecimina referenda ſunt. Caput thoraxque nigra, hirſuta. Elytra flaua, faſciis tribus nigris flexuoſis, prima et ſecunda interdum interrupta, reliqua omnia nigra. Hab. in Cichoriis et carduis praeſertim Mariano, frequens menſ. Iul. Long. 6½. lat. 1¾.

Mylabrum ſpecies dubio non leui iam dudum ſubiectae erant, et Pallas in Icon. Inſ. primus aliquam ſpecierum confuſarum ſeparationem conatus eſt. Signaturae ſimiles multis Entomologis easdem ſpecies conſtituunt, nec patriam, nec magnitudinem, imo nec rationem partium inter ſeſe computantibus. Praecipue id in *M. Cichorei* patet. Inſectum, quod Orienti indigenum eſt, et quod Europaei magnitudinem ter ſuperat, tamen idem iudicatur, quia eandem elytrorum lituram gerit.

Linnaei *Meloem Cichorei*, quem in Muſ. Lud. Vlr. 103. deſcripſit, non noui, eiusdem enim elytrorum deſcriptio nulli mihi noto conuenit. *Meloe-*

Cichorei

Digitized by Google

Cichorei Sulz. Hiſt. Inſ. abbr. t. 7. f. 11. a. (vbi duae ſpecies, admodum a ſe inuicem differentes, mas feminaque eiusdem ſpeciei temere iudicantur) idem eſt cum *M. phalerato*. Pallas Ic. Inſ. t. E. f. 3. b.; eiusdem vero f. 11. ipſa, vel mas prioris ab eo putatus, idem cum *M. lunato*. Pallas. l. c. t. E. f. 5. et *Myl. Americana*. Herbſt. Arch. 65. t. 30. f. 5. a.

Noſtras *Mylabris Cichorei* a Schrankio Ent. Inſ. 419. optime deſcripta, et a Schaeffero Ic. t. 151. f. 3. depicta eſt, et nullo modo cum illa confundi poteſt. In Pallaſii Iconib. nullam illi ſimilem video, et cum auctor dicat, eiusdem *M. Cichorii* Pallaſii *M. variabili* annumerandam eſſe, nil certi de eius Mylabri determinare poſſum. Id addere placet, etiam a Pallaſio in hac ſpecie plures coniunctas eſſe, quas differre, mihi perſuaſum eſt, partium inter ſeſe portionem reſpicienti. Hg.

(*p. 241.*)

596. *M. Algirica* atra, elytris teſtaceis immaculatis. F. Sp. 330. 3.

Tota atra, elytris ſolis teſtaceis, immaculatis. Antennae moniliformes articulis cordiformibus. Caput et thorax nigra hirſuta. Elytra teſtacea, flexilia. Alae nigrae. Subtus etiam villoſula. Hab. Piſis. Long. 7. lat. $1\frac{1}{2}$.

Aliud rurſus inſectum, quod ob patriam a Fabricio commemoratam, deſcriptionemque eius nimis breuem, admodum incertum eſt. Cum vero id teneam, patriam ſatis remotam inſectorum etiam differentiae ſpecificae ſuſpicionem iuſtam praebere, de hac regula in hoc quoque inſecto non recedam. Fabricius *Indiam* patriam vocat, nec tamen determinauit, vtrum orientalem, an occidentalem ſpectaret. Herbſtius *Lyttae Indicae*, quam Fabricius

apud hanc allegat, patriam *Americam* vel *Indiam occidentalem* exhibet. Linnaeus Algiriae eam indigenam appellat. Wulfenius, etiam citatus, in *Capite bonae ſpei* inſectum ſuum reperit. *Cyrilli* Neapolit. 1. t. 2. f. 10. ibidem a Fabricio allegatus, eandem certo Mylabrem cum auctore noſtro habuit, quam a caeteris diuerſam habeo, donec Indicam et Italicam ſimul videre, easque comparare liceat, vt re ipſa conuictus, ſententiam retractem. Italicae ſpecimen mutilatum poſſideo, ex Sardinia allatum, cui antennae deſunt. Caput thorace latius. Thorax ſupra planiuſculus, antice leuiter transuerſe impreſſus. Scutellum nigrum. Elytra rubro-teſtacea, pone admodum flexilia, coſtis, vt in congeneribus, eleuatis, longitudinaliter decurrentibus, quarum prima et ſecunda, iuxta ſuturam, prae reliquis eminent. Alae colore nigreſcente ſunt. Abdomen compreſſum, et ſubtus veluti carinatum. Hg.

LXXXV. CEROCOMA.

Palpi aequales filiformes. *Maxilla* inferior linearis integra. *Labium* inferius membranaceum, bifidum. *Antennae* moniliformes, irregulares.

597. *C. Schaefferi* viridis, antennis, pedibusque luteis. F. Sp. 331. 1. Mas.

⊙ Sulz.

♀ *C. Schreberi.* F. E. S. I. 2. 82. 3.

In maſculo tarſi tibiaeque anticae dilatatae, et in medio exterius late appendiculatae, ab aliis valde diuerſae: quod in fig. 9. t. VI. *Geoffroy* deeſt, nec a *Linnaeo, Fabricio* notatum, nequidem a *Scopoli* Del. Fl. et Fn. Inſ. A. Mas etiam differt a femina

mina forma antennarum ſingulari. In maſculo antennae irregulares rufae, pedes ſemper rufi. In femina antennae clauatae nigrae, pedes ſemper nigri. Igni admota, aut ſolis radiis potentioribus expoſita diu reſiſtit, vitam non facile deſerens. Hab. Piſis, loco vulgo dicto *Campalto* in Anthemi, et Paſtinacae floribus menſ. Iun. et Iul. adeo copioſa, vt congiorum menſura legi potuiſſet. Long. 5. lat. 1¼.

Auſurus quidem videor, auctorem inſectum, quod tanta copia in illis regionibus exſtat, et quod a multis fuſe lateque deſcriptum eſt, cum alio confudiſſe, contendens. Sed qui deſcriptionis notas attente comparauerit, mecum conſentiet. Cerocoma vtraque, *C. Schaefferi* nempe et *L. Schreberi*, admodum ſibi ſimilis eſt, et difficulter e deſcriptionibus diſtinguitur. In *C. Schreberi* abdomen luteum eſt, ano nigricante, in *C. Schaefferi* vero caeruleo- aut viridi-metallicum. Huius thorax magis rotundatus, prioris autem paullo longior, foueolisque duabus, quae in antica thoracis parte conſpiciuntur, minus inſignibus, quam in *C. Schaefferi*. In maſculo *C. Schaefferi* tibiae non dilatatae, vt in *L. Schreberi*, et feminae prioris antennis pedibusque luteis, poſterioris vero nigris vtuntur.

Inde facile apparet, vnde D. Roſſius figuras et deſcriptiones *C. Schreberi* ab inſecto ſuo diſcrepantes adnotat.

Fabricii deſcriptio breuis atque diagnoſis *C. Vahlii* exacte cum femina *C. Schreberi* congruit; alias itaque et certas differentiae notas addere debuiſſet, quia vere diuerſam credimus, cum patriam eius *Barbariam* vocet. Hg.

LXXXVI.

(*p. 242.*)

LXXXVI. MORDELLA.

Palpi quatuor, anteriores clauati, posteriores filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* membranaceum, bifidum. *Antennae* moniliformes.

598. *M. aculeata* ano aculeato, corpore atro, immaculato. F. Sp. 333. 7.

⊙ Sulz.

☽ Scop. E. C. 192. Schrank. E. I. 427.

♀ F. E. S. I. 2. 113. 1.

Habitat in floribus semifloſculoſis et Vmbellatis. Long. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Mas duplo, interdum triplo minor femina. Citatum Schaeff. Ic. t. 127. f. 7. ab auctore et Fabricio allegatum, ad *M. faſciatam* omnino referendum eſt. Celeb. Schneiderus in *Citatis Fabr. e Schaeff. Iconib. Fuesl. Mag. III. 2. p. 138. recenſitis:* "Hoc, inquit, citatum, quamuis aculeus ani depictus ſit, tamen faſciatam ſpectare videtur. — Harrerus cum Fabricio conſentit." At in omnibus ſpeciminibus meis *M. faſciatae* aculeus ani, non ſane minor, quam *M. aculeatae*, conſpici poteſt. Harrerus, vti e ſynonymis et verbis deſcriptioni adiectis patet, cum Linnaeo *M. faſciatam* — *M. aculeatae* varietatem habet, et ſic a Fabricio recedit. *M. faſciata* ſemper *M. aculeata* maior eſt, et pro portione anguſtior ac longior. Hg.

(*p. 243.*)

599. *M. faſciata*, ano aculeato, nigra, elytris faſciis duabus cinereis. F. Sp. 333. 8.

☽ Schaeff. Ic. t. 127. f. 7.

♀ F. E. S. I. 2. 113. 2.

Simillima praecedenti, cum qua etiam coniunxit *Linnaeus*, v. Fn. Sv. 832. Differt tamen elytris baſi

basi, fasciaque media, villoso-cinereis nitentibus. Hab. in floribus, saepe inuenta cum praecedente. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. 1.

Confer adnotata ad priorem, vbi idem Schaefferi citatum iterum exhibitum est. Hg.

* 600. *M. sexpunctata* ano aculeato atra, elytris punctis sex albidis.

Statura *M. aculeatae*, sed paullo maior. Antennae nigrae, dentatae. Palpi anteriores clauati claua oblique truncata. Caput et thorax nigra, laeuia. Elytra punctis sex albo pilosis ad suturam positis, quorum antica minutissima, media subcontigua, postica maiora. Subtus tota nigra abdominis lateribus serico albo punctatis. Videtur varietas *M. 12-punctatae*. Hab. in pratis.

* 601. *M. 12-punctata* ano aculeato, nigra, capite, thorace, elytrisque albo-maculatis.

♀ *M. perlata.* Sulz. Hist. Inf. t. 7. f. 14?

Statura *M. aculeatae* sed duplo maior. Antennae serratae nigrae. Caput deflexum nigrum albo-pubescens fronte puncto impresso. Thorax niger albo-marginatus, punctis binis albis. Elytra nigra albo-maculata punctis in singulo sex, primo ad basin fere lunato. Subtus tota nigra, abdominis lateribus albo-punctatis. Femora postica dilatata compressa. Anus valde aculeatus. Tab. IV. f. 4. Hab. ruri in Althaea. Long. 4. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 244.*)

602. *M. flabellata* antennis pectinatis, testacea, ore pectore abdominisque dorso atris. F. App. ad Sp. 501.

♀ *Ripipho-*

♀ *Ripiphorus flabellatus*. F. E. S. I. 2. 111. 6. Deſcriptio F. iterum exhibetur. Hab. frequens in Origani floribus, in Paſtinaca et Reſeda. Long. 2. lat. ¾.

Caput cum thorace rutilum, thoracis baſi teſtacea. Elytra teſtacea. Alae fumatae. Pedes quatuor antici, et femora poſticorum nigra. Tibiae horum, ſingulique tarſorum articuli baſi teſtacei, apice nigri ſunt. Meum ſpecimen a capite dependente ad anum 3 lin. longum, medio vero vltra 1 lin. latum eſt. Fabricius, quod etiam ab auctore iteratum eſt, duplo minorem *M. ferruginea* dicit, in Ent. Syſt. autem duplo maiorem. Comparationes cum inſectis externis raro iuuant. Hg.

603. *M. paradoxa* antennis pectinatis, thoracis lateribus, elytrisque teſtaceis. F. Sp. 332. 2.

♀ *Ripiphorus paradoxus*. F. E. S. I. 2. 111. 5.
Mordella paradoxa. Frölich Naturf. XXVI. 164. 92.

Statura omnino *M. flabellatae*, cui elytrorum colore etiam ſimillima, at triplo aut quadruplo maior. Caput paruum, nigrum, ſubpiloſum, palpis anticis longioribus porrectis. Antennae longitudine thoracis vtrinque admodum pectinata, atrae. Thorax gibbus poſtice trilobus lobis lateralibus teſtaceis, dorſo lacuna profunda lata nigra, excauatus. Elytra teſtacea, poſtice attenuata, apice nigra. Pectus nigrum. Abdomen integrum teſtaceum primo ſegmento, ano, punctisque lateralibus nigris. Pedes nigri longiuſculi. Alae ſubhyalini flaueſcentes. Hab. in plantis rariſſima. Long. 4. lat. 1½.

604.

(*p.* 245.)

604. *M. flaua* flaua, elytrorum apicibus nigris. F. Sp. 334. 14.

♀ F. E. S. I. 2. 115. 13.
Panz. F. I. G. XIII. 14.

Caput, thorax, antennae et elytra flaua, ſolis elytrorum apicibus nigris. Abdomen totum atrum. Variat antennis nigris baſi tantum flaua. Hab. in Vmbellatis frequens. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Anus nunc aculeatus, aculeo longo, nunc fere inermis. Abdomen cum pectore nigrum, ſaepius autem capiti thoracique concolorum luteum eſt. Interdum pectus ſolum nigrum, abdomen vero rubrum, apice nigricante. Elytra e luteo in nigricantem vergunt colorem, apice rariſſime diſtincte nigro. Vereor ne Cel. Panzeri *Mordella dorſalis* Fn. Inſ. Germ. XIII. 15. varietas tantum ſit. Hg.

* 605. *M. bimaculata* flaua, elytris macula media nigra, apice immaculato.

Praecedenti affinis et forte mera varietas: magnitudo et ſtatura eadem; differt tantum elytris apice immaculato, et macula in medio nigra obſoleta. Hab. cum priore.

LXXXVII. STAPHYLINVS.

Palpi filiformes. *Maxilla* vnidentata. *Labium* membranaceum, trifidum. *Antennae* moniliformes.

Staphylinorum magna copia exſtat, tam magnorum, quam paruorum, et cum inſuper colore aut notis aliis, vt in caeteris eſſe ſolet inſectis, parum diſtincti ſint, ſpecies difficulter eruuntur. Haec difficultas effecit, vt in pluribus operibus fere omitterentur,

terentur, et in aliis leuiter, nec sufficienter describerentur. Quae omnia Celeb. *Paykullium*, virum de Entomologia admodum meritum, atque historiae naturali enixe deditum, perpulere, vt in Monographia, Staphylinis solis dicata, (Mon. Staphylinorum Sueciae a Gustauo de Paykull, Vpsaliae litt. I. Edmann. 1789. 8 mai.) omnes eorum species, in Suecia repertas, enumeraret, et accurate describeret, in summam omnium Entomologorum gratiam. Ibi, vti in reliquis Monographiis solet, omnia insecta comprehendit, quae Linnaeus genere Staphylinorum comprehendebat; ideo *Staphylinos*, *Oxyporos*, *Paederos* Fabricii coniunxit. Celeb. auctor haud sane absque bona ratione id fecit; sed cum praecipua ratio illa videtur, quo plura insecta vno nomine comprehendere posset, talis distributio in genera, vt opinor, operis pretium admodum auxisset. Minime vero his modo dictis indicare volo, vt genera Fabriciana supra commemorata stricte seruaret, sed potius noua genera condere debuisset. Illis enim paucis, quos celeberrimus Herbstius in genus optimum *Pselaphus* redegit, redemtis, ista tria genera tamen nondum sufficiunt. In generibus his nouis constituendis, statura quidem, vti semper, praecipue spectanda est, sed victum insuper consulendum puto, quia horum insectorum habitus et antennae, et quod per se patet, oris partes pro victu diuersi videntur.

Adiiciamus, quod saepius experti sumus, staphylinos plures aut illis affines morte abdomen contrahere, vt dimidio, imo triplo breuius fiat, quam viuentibus. Abdominis itaque portio in respectu caeterarum partium, non semper characterem certum suppetit, cui soli fides haberi possit. Et caeteris descriptionis notis congruenti, sola tantum abdominis longitudine non conueniente, tamen insectum

ctum noſtrum ſtaphylinus deſcriptus eſſe poteſt. Hg.

606. *St. politus* niger, thorace, elytrisque nitidis. F. Sp. 335. 7.

♀ F. E. S. I. 2. 524. 20.

Caput et thorax polita nitida. Thorax plerumque ater antice truncatus, poſtice rotundatus. Elytra atra nitida thorace breuiora. Corpus elongatum. Pedes quandoque ruſeſcentes. Differentia ſpecifica eſſentialis *Linnaeana* conſiſtit in thorace decem punctis excauato vix absque lente conſpiciendis, ſed haec puncta numero ſaepe variant, vti etiam color elytrorum. Recens odorem Ambroſiacum ſpargit. Hab. in terra. Long. 9. lat. $1\frac{1}{3}$.

Fabricius, quem auctor noſter ſequitur, Schaefferi Icon. t. 39. f. 12. allegat, quae figura autem caput thorace latius gerit. Hinc a Paykullio ad *St. ſimilem* translata eſt, vbi quoque Fabricius iterum citare voluit, quia ibidem *Schaeff. Ic. t. 30. f. 12.* legendum eſt *Schaeff. Ic. t. 39. f. 12.* Fabricius forſan alium Staphylinum deſcripſit, quam Linnaeus et Paykullius, cum *St. nitidum* illi ſimillimum dicat, et cum colorem aeneum taceat. Ille enim, quem *St. nitidum F.* et *Payk.* habemus, ſaepius elytris nigris occurrit, quam varietatem *St. politum F.* et *St. nigrum nitidum, antennis obſcure-fuſcis, abdomine elongato Degeerii IV. p. 22. n. 7.* credimus. Hinc patet, nos citatum Degeerii e citatis ad *St. politum* L. et Payk. allegatis, tollendum velle. Idem de Geoffroyano cenſemus. Praeterquam quod nullam coloris aenei capitis, thoracis et elytrorum mentionem faciat, antennarum articulum ſupremum ſubgloboſum, nec

apice lunulato-emarginatum deſcribit, qui accurate contemplatus, e deſcriptione ſe non praebet. Hg.

607. *St. maxilloſus* pubeſcens niger faſciis cinereis. F. Sp. 334. 3.

⊙ Raj., Liſt., Ionſt., Bocc., Geoffr.

♀ F. E. S. I. 2. 521. 9.

et *St. olens*. F. E. S. I. 2. 520. 6. (*St. vnicolor*. Herbſt. Arch. p. 149. n. 4.)

Videtur *Fabricius* ſub nomine *S. maxilloſi* coniunxiſſe ſpecies, quas *Degeer* et *Geoffroy* voluere diſtinctas.

Adultior totus ater glaber euadit F. Cum id aſſerat *Cl. Fabricius*, innixus etiam auctoritati *Linnaei*, in dubium reuocare non licet: at conferendus tamen Degeer t. 4 p. 20. qui *Linnaeum* confutans, ab eo diſſentit, et *St. balteatum* diuidit a *ſtaphylino toto atro:* in hac diſtinctione ſecutus etiam a *Geoffroy* Inſ. 1. 362. 5. Apud nos quidem *St. balteatus*, ſeu *St. faſcia transuerſali cinerea*, ſi non adultus, tamen iamdiu declaratus, differt ſemper magnitudine minori tribus, vel quatuor lineis a *St. toto atro*, et forma capitis, ac antennarum etiam diuerſa. Colorem, praeſertim ſi a pubeſcentia procedat, attritu et humiditate variabilem eſſe, facile concedimus, ſed forma et magnitudo poſt declarationem parum ſubiecta mutationi videtur. *S. balteatus* in Suecia frequens; alter a *Degeer* numquam inuentus. Ego quidem hunc habui ſaepius in aetate minime adulta ſemper totum atrum. *

Hab.

* Placet obſeruationem noſtram nunc confirmatam videre a *Cl.*

Hab. vterque in ſiluis, et hortis, etiam in ſtercore bouino, rapina victitans. Long. 8, 11. lat. 2, 2½.

Saepius a nobis iam adnotatum eſt, auctorem ante ſe dicta anxie ſequi, et hic quoque locus dicta noſtra probat. Ipſi enim de differentia *St. maxilloſi* et *olentis* ſatis perſuaſum eſt, tamen non audet, illos ſeparare, vt ex *olente* ſpeciem peculiarem conſtitueret, quoniam Linnaeus et Fabricius illos coniunxerant. Iſta verecundia mala in auctoribus non raro occurrit. Viros magnos et celebres infallibiles credunt. Sed id vnicus Faunarum ac Monographiarum vſus eſt, quod tales magnorum virorum lapſus corrigant. Illos enim viros, rem vniuerſam comprehendentes, leue vitium facile fallit, ille vero cuius oculis res exiguae magnitudinis ſubiecta eſt, numquam ſic falli debet.

In Entom. ſyſtem. Fabr. ls. cts. citatum Geoffroy. Inſ. 1. 360. 1. ſub *St. maxilloſo* deleatur, cum ſub *olente* bene iam exhibitum ſit. Hg.

(p. 247)

608. *St. murinus* pubeſcens, cinereus, nigronebuloſus. F. Sp. 334. 2.

☽ Scop. E. C. 302. Schrank. E. I. 433.

♀ F. E. S. I. 2. 520. 4.

Apud nos ſaepe cineraſcens punctis nigris lucidis. Elytra longitudine thoracis ſubtus caeruiea. Hab. in fimo frequens. Long. 5. lat. 1½.

Cl. Fabricio in Mantiſſa, adiuncto nomine *St. olentis*. Muller. F. Frid. p. 23. N. 128. Geoffr. Inſ. 1. 360. 1. t. 7. f. 1. Rai. Inſ. 109. 1. *Adnotat. Auct. ipſius.*

Inde magis ſingulare nobis videtur, cur auctor illam ſeparationem non faceret, cum, vt ipſe adnotat, celeberrimum Fabricium ſequi potuiſſet. Vid. ſupra adiecta. Hg.

Scopolii *St. murinus* tam obſcure deſcriptus eſt, vt melius praetermittatur. Degeerius ſpecimen magnum deſcripſit atque depinxit, quale raro occurrit, et quod Fabricius in Ent. ſyſt. 520. 3. nomine *St. nebuloſi* diſtinxiſſe videtur. Idem de Geoffroyi deſcriptione conuenit.

St. murinus a *pubeſcente* diſcrepat ſtatura anguſtiore, antennis apicem verſus minus incraſſatis, thorace pone magis anguſtato, ac rotundato; angulis lateralibus ſuturae anterioris prominentibus acutis, elytris, reſpectu thoracis, paullulum breuioribus, abdomine ſubtus nigro, baſi tantum annulorum argenteo-piloſa. — Elytra in *pubeſcente* quoque ſubtus caerulea ſunt. Cornicula duo, quorum mentionem Linnaeus ac Degeerius fecere, in aliis etiam e. g. in *St. olente* vidi. Hg.

609. *St. erythropterus* ater, elytris, antennarum baſi, pedibusque rufis. F. Sp. 335. 5.

⊙ Friſch., Stroem.

☽ Scop. E. C. 306. Pod. m. g. p. 48. Schrank. E. I. 435.

♀ F. E. S. I. 2. 522. 14.

Antennae rufae articulis vltimis fuſcis. Palpi rufi. Caput latitudine thoracis, nigrum margine poſtico aureo lucido. Thorax antice ſubtruncatus puncto vtrinque aureo, pone rotundatus. Scutellum atrum. Elytra teſtaceo-rufa pilis concoloribus ad apicem praeſertim ciliata. Abdomen nigrum punctis lateralibus tam ſuperne, quam inferne aurea pube nitidis. Pedes rufi femoribus baſi nigris. Variat magnitudine minori, thorace, abdomineque nullibi aureo colore lucidis. Raro inuentus in ſiluis ſub arborum truncis carioſis. Long. 8. lat. 2.

Speci-

Specimina habeo, quae abdomen ita contraxere, vt vix elytrorum longitudinem ſuperet. Hg.

(*p. 248.*)

* 610. *St. ferrugineus* ater, nitens, capite thorace maiore, elytris ferrugineis.

Ater nitidiſſimus. Caput magnum, exſertum, punctatum, poſtice dilatatum ſuperans longitudine et latitudine thoracem. Elytra breuia, ſubpunctata, laete ferruginea. Hab. in terra Florentiae. Long. 5. lat. $\frac{3}{4}$.

* 611. *St. Vlmi* ater, nitidus, elytris, abdominisque ſegmento penultimo rufis.

Antennae nigrae baſi ferrugineae. Palpi ſubrufi. Thorax ater, laeuis, nitidus. Elytra rufa, punctulata, linea duplici punctorum longitudinalium. Abdomen atrum ſegmento penultimo fere toto rufo, vltimoque corniculis duobus inſtructo. Pedes nigri tibiis fuſcis. Tab. V. f. 6. — Saepius inueni ſub cortice Vlmi primo vere. Long. 5. lat. 2.

* 612. *St. cupreus* obſcure cupreus, antennis pedibusque fuſcis.

Praecedenti paullo maior. Antennae fuſcae ſubpiloſae. Thorax laeuis elytro nitidior, ſubcarinatus. Pedes fuſci tibiis ſpinuloſis. Tab. VII. f. 13. — Hab. in arena. Long. $6\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 249.*)

* 613. *St. aeneus* ater, aeneus, nitidus, ſcutello amplo, elytris aeneis.

St. niger, elytris nigro-aeneis. Geoffr. Inſ. 1. 367. 17.

Digitized by Google

Statura, et habitus *S. politi.* Antennae nigrae computata basi articulis vndecim extremo lunulato. Caput, et thorax atra, laeuia nitidissima. Elytra laete aenea, subpunctata thorace maiora basi late in semicirculum excauata pro receptione scutelli concoloris. Abdomen atrum apice nonnihil piloso. Pedes nigri. Hab. in stercore bouino: saepe inuentus mens. Febr. Long. 4½, 5. lat. 1.

* 614. *St. morsitans* nigro-aeneus, capite, thorace, elytrisque punctatis, pedibus fuluis.

Distinctus a praecedenti colore magis fusco, et corpore magis elongato. Antennae fuscae basi rufa, apice acuto, cinereo. Caput nigro-aeneum, compressum, punctatum, subcarinatum, maxillis forcipatis magnis acutis. Palpi nigri. Thorax nigro-aeneus, punctatus, carinatus. Elytra thoraci concoloria, eodemque modo punctata. Abdomen nigrum. Pedes toti fului, tarsis anticis breuibus, dilatatis, pilosis. Reperi vagum in arena. Long. 6¼. lat. 1.

(*p. 250.*)

* 615. *St. saxatilis* niger, nitidus, subpubescens, elytris, pedibus, abdominisque apice testaceis. *Schrank. E. I.* 442.

St. niger nitens, pedibus, coleoptrisque testaceis, elytris punctatis. Geoffr. Inf. 1. 365. 11.

St. fuluopterus. Fourcroy. Ent. Inf. Par. 167. 11. Niger. Caput et thorax nitida. Elytra castanea. Abdominis apex, et pedes obscure testacei, postici vero nigri. Hab. in terra. Long. 3¼. lat. ⅔.

616.

Digitized by Google

616. *St. chryſomelinus* niger, thorace, elytris, pedibusque teſtaceis. F. Sp. 337. 21.

♀ *Oxyporus chryſomelinus.* F. E. S. I. 2. 534. 15. Panz. F. I. G. IX. 14.

Hab. in arena. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Hoc inſectum admodum variat, et Paykullio conſentio, qui confitetur, ſe, colore excepto, nullum characterem ſpecificum detegere poſſe, quo varietates diſtingueret, quarum illas, quas noui, breui proſpectu lecturo ſubiiciam

1. Thorace toto rubro
   a. capite nigro
      α. elytris rubicundis, baſi nigra: *O. chryſomelinus F.*
      β. elytris atris, interdum extremo apice obſcure brunneis. Hanc ſingularem varietatem a nullo obſeruatam vidi: Paykullius certe eam nondum nouit.
   b. capite rubro — abdomine rubro, apice nigro: Paykullii *St. diſparis* varietas eſt γ. et *St. obtuſus F.* et auctoris. n. 621. confer ibi adnotata.
2. Thorace nigro margine laterali rubicundo. Eſt *Oxyporus brunneus.* F. E. S I. 2. 535. 19. An *St. littoreus.* Payk. Mon. 80. 55? aut *St. diſparis* var. ζ. p. 79? — Elytra obſcure rutila, baſi obſcuriora, margine exteriore nigricante. Hg.

* 617. *St. ſubterraneus* niger, elytris antice extrorſum flauis, pedibus nigris. Linn. Syſt. Nat. 684. 12. Fn. Sv. 849.

♀ *Oxyporus ſubterraneus.* F. E. S. I. 2. 535.

Corpus atrum, nitidum. Antennae filiformes, corpore dimidio breuiores. Elytra truncata nigra a

medietate anteriore, ſed latere exteriore macula magna flaueſcente. Thorax laeuis, conuexus. Abdomen glabrum, elytris duplo longius, apice ſetis duabus paruis ſubulatis. Long. 1$\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{3}$.

618. *St. rufipes* ater, glaber, pedibus rufis. F. Sp. 337. 22.

♀ *Oxyporus rufipes.* F. E. S. I. 2. 535. 21.

Totus ater, glaber, exceptis pedibus rufis. Colore variat. Hab. in plantis putridis. Long. 1$\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{2}$.

Citatum e Geoffroyo Inſ. 367. 15. delendum eſt, hunc enim non deſignat Oxyporum, vti e deſcriptione ſatis patet. Forte eiusdem *St. niger elytris fuſcis margine flauo* 368. 19. huc ſpectat? — In Entom. ſyſtem. l. c. Degeerii citatum a Fabricio omiſſum eſt.

Inſectum admodum variat, quod ad colorem attinet. Elytra nunc rufa, nunc caſtanea, nunc obſcura margine externo et poſtico rubicundis. Interdum minor, thoracis lateribus et baſi rubro marginatis occurrit, an *O. marginellus.* F. E. S. I. 2. 536. 23? — Hg.

(p. 251.)

619. *St. fuſcipes* ater, elytris pedibusque teſtaceis. F. Sp. 336. 15.

♀ F. E. S. I. 2. 527. 38.

Hab. in fimo. Long. 1$\frac{1}{2}$.

In his et aliis decernere non audeo, vtrum Auctor verum haberet Staphylinum, an non. Hg.

620. *St. bipuſtulatus* niger, elytris puncto ferrugineo. F. Sp. 336. 12.

♀ F. E. S. I. 2. 526. 34. Panz. F. I. G. XVI. 21.

Antennae rufae in medio fuſcae, ſubclauatae, longitudine thoracis. Thorax ater, laeuiſſimus, gibbus.

gibbus. Elytra nigra rotundata, in medio ſinguli elytri ad baſin macula rufa. Abdomen breue, nigrum lateribus hiſpidum ano acuminato, ſubrufo. Lecti plures ſub cortice Fraxini Orni. d. 27. Febr. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{1}{4}$.

621. *St. obtuſus* teſtaceus, elytris antice, anoque nigris. F. Sp. 336. 11.

♀ Schrank. E I. 237. 451.

Antennae teſtaceae apice nigrae. Caput, et thorax teſtacea. Oculi nigri. Elytra teſtacea antice nigra. Abdomen nigrum annulo teſtaceo ante apicem. Pedes teſtacei. Hab. ſub corticibus. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Vide, quae ſupra ad *St. chryſomelinum* adnotauimus. *O. obtuſus* ibidem varietatem 1, b. conſtituit. Fabricius et auctor noſter cum Paykullio *St. obtuſum Linnaei* allegant, qui tamen alium deſcripſit, quamuis deſcriptio eius nimis breuis ſit. Fabricius *St. obtuſum* ſuum quidem ad *St. chryſomelinum* transtulit, ſed, quoad e deſcriptione iudicare poſſum, *O. analis* E. S. I. 2. 533. 10. idem *St. obtuſus* eſt. Hg.

(p. 252.)

622. *St. piceus* niger, thorace depreſſo, lineis eleuatis tribus, elytris piceis. F. Sp. 338. 25.

♀ F. E. S. I. 2. 530. 55.

Corpus nigrum magnitudine Pediculi, ſed oblongius. Thorax ſubrotundus planus, depreſſus, in medio ſtriis tribus. Elytra breuiſſima, truncata, picea. Pedes pallidi. Hab. in ligno putrido. Long. 1. lat. $\frac{1}{7}$.

*623. *St. Buphthalmos* niger, immaculatus oculis magnis exſertis. Schrank. E. I. 445.

♀ *St. clauicornis.* Rossi Mant. 98. 220.
F. E. S. I. 2. 527. 37.

Ater, oblongus, oculis magnis prominulis. Antennae pedesque flaui. Thorax elongatus, antice attenuatus, capite anguſtior. Elytra pulchre punctata longitudine thoracis. Magnitudo minoris Formicae. Hab. ſub arborum cortice frequens. Long. 2. lat. $\frac{1}{4}$.

Tres ſpecies omnino diſtinctae ab auctoribus confunduntur, quas diſtinctas, et ſynonymis ſuis inſtructas exhibeo.

1. *St. clauicornis.* F. E. S. I. 2, 527. 37. antennis flauis, primo articulo et claua atris, thorace fere orbiculato, elytris immaculatis, ſtatura breuiore, colore obſcuriore, quam *biguttati*, pedibus nigris.
St. buphthalmos. Schrank. E. I. 445.

2. *St. biguttatus.* F. et L. anguſtior, thorace quodammodo fuſiformi: medio incraſſato, elytris longioribus, puncto medio flauo, antennis pedibusque nigris, colore magis aeneo.
Panz. F. I. G. XI. 17.
St. Iuno β. Payk. Mon. 33. 25.

3. *St. Cicindeloides.* Schaller. Act. Hallenſ. 1. 324
St. ſimilis. Herbſt. Arch. 251. 15.
St. buphthalmos. auctoris noſtri?
Omnium breuiſſimus, thorace ſubgloboſo, antennis flauis, apice obſcuriore, pedibus flauis, geniculis nigris. Color niger, nitidus.

St. clauicornem n. 1. numquam vidi pedibus flauis inſtructum, et, cum auctor pedes Staphylini ſui eos deſcripſit, *St. buphthalmum* eius, eundem cum n. 3. *St. cicindeloide* Schall. coniicio. Hg.

LXXXVIII.

Digitized by Google

LXXXVIII. OXYPORVS.

Palpi inaequales, anteriores filiformes, posteriores securiformes. *Labium* emarginatum cum mucrone. *Antennae* moniliformes.

624. *O. rufus* rufus, capite elytrorum abdominisque posticis nigris. F. Sp. 338. 1.

⊙ Gad., Schaeff. Ic. t. 35 f 3.

☽ Scop. E. C. 307. Schrank. E. I. 438. Schaeff. Ic. t. 85. f. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 531. 1. Panz F. I. G. XVI. 19.

Antennae breues, fere clauatae, rufae, apice nigro. Palpi rufi, posteriores securiformes lunati. Hab. in Boleto, et plantis putrescentibus. Long. 3. lat. 1.

Celeberrimus Fabricius in Ent. syst. 531. 2. alium exhibet, simillimum, cuius statura minime differt, quem olim varietatem *O. rufi* putauere. Caput huius et thorax niger, elytra liuida: angulo exteriore posteriore nigro, abdomine nunc rufo, nunc prope anum nigro, nunc toto nigro, pedibus liuidis, nonnumquam basi nigricantibus. Variat raro capite thoraceque rufis, temere nigro variegatis. *O. rufus* interdum thorace obscure rufo, nigromaculato, elytrorumque basi non, vt solet, rufa, sed liuida obuiam fit. Anceps sane insectum est, attamen aliquando *St. maxillosi* decem specimina in eodem loco reperi.

O. rufus, et, si distinctus est, *O. maxillosus* a caeteris omnino separandi videntur. Habitus eorum genus peculiare poscit, quod forsan Oxyporis exoticis augeri posset, in nostratibus enim, quod sciam, nullum sibi similem habent. Hg.

* 625.

(*p. 253.*)

* 625. *O. bicolor* niger, elytris, pedibus, palpis, antennarum baſi, et apice pallide-rufis.

Caput paruum nigrum. Palpi pallide-rufi. Antennae ſubpiloſae, in medio nigrae, baſi et apice flaueſcentes, articulo vltimo maximo ouato. Thorax ater, laeuiſſimus. Elytra rufa. Abdomen nigrum, apice rufo-villoſo. Pedes pallide-rufi. Hab. in Fraxino Orno ſub cortice. Long. $3\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$. vix.

Forte idem cum *St. merdario F?* aut *St. anali* β. Paykull. ? Hg.

LXXXIX. PAEDERVS.

Palpi inaequales, anteriores clauati, poſteriores filiformes. *Labium* lineare integrum. *Antennae* moniliformes.

626. *P. riparius* rufus, elytris caeruleis, capite abdominisque apice nigris. F. Sp. 339. 1.

♂ Schrank. E. I. 441.

♀ F. E. S. I. 2. 536. 1.
Panz. F. I. G. IX. 11.

Hab. in terra et in plantis obuius. Long. 3. lat. $\frac{1}{4}$.

Schaeff. Ic. t. 71. f. 3. apud hunc allegari ſolet, quamuis peſſima ſit. Celeb. Paykullius ad *St. collarem* ſuum transfert, et quidem, vti apparet, optime. Sed ex iconibus Schaefferi nil certi determinari poteſt, et cum Harrerus hanc figuram in *P. ripario* alleget, res magis anceps fit. Hg.

(*p. 254.*)

* 627. *P. impreſſus* pallide-fuſcus, thoracis dorſo concauo canaliculato.

♀ *Sta-*

Digitized by Google

♀ *Staphylinus canaliculatus.* Roſſi Mant. 98. 219. F. E. S. I. 2. 528. 42.

Antennae nigrae, longiuſculae craſſae, baſi ferrugineae. Caput et abdomen nigra. Thorax, elytra, pedes pallide-fuſca. Thoracis dorſum concauum ſulco medio longitudinali. Inuenti duo in ligno putrido. Long. 2. lat. $\frac{1}{4}$.

(*p.* 255.)

CLASSIS SECVNDA.

VLONATA.

Os palpis quatuor. Maxilla inferior galeata.

XC. FORFICVLA.

Palpi filiformes. *Labium* trifidum. *Antennae* ſetaceae.

628. *F. auricularia* elytris apice albis, antennis 14-articulatis. F. Sp. 340. 1.

☉ Mouff., Petiv., Liſt., Friſch., Ionſt., Merian., Sulz.

☽ Schrank. E. I. 455.

♀ F. E. S. II. 1. 1.

Hab. in plantis vbique notiſſimum animal. Long. 5, 6, 7. lat. 1, 2.

Saepius ſub cortice arborum antiquarum magna copia reperitur. Prima iuuentute fere totus albus eſt. Specimen habeo, cuius forceps intra vltimum abdominis ſegmentum ita retractum eſt, vt apices tantum promineant, qui fere recti ſunt. In eodem ſpecimine id ſegmentum minus angulatum eſt, quam ſolet. Aliud ſpecimen mihi eſt, e cuius ore vermis inteſtinalis Aſcaridum generis pendet, longa, teres, glabra, alba, admodum inuoluta. Hg.

629. *F. minor* elytris teſtaceis immaculatis, antennis 10-articulatis. F. Sp. 340. 3.

☽ Schrank. E. I. 456.

♀ F. E. S. II. 3. 7.

An-

Digitized by Google

Antennae computata baſi articulis vndecim, apice albicante. Hab. in plantis rarior. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{2}$.

(*p. 256.*)

XCI. BLATTA.

Palpi filiformes. *Maxilla* inferior apice fiſſa. *Labium* membranaceum bifidum, laciniis fiſſis, pinna exteriore maiori. *Antennae* ſetaceae.

630. *B. Americana* ferruginea, thoracis clypeo poſtice exalbido. F. Sp. 342. 5.

☽ *B. Aurelianenſis.* Fourcroy. Ent. Par. 2. 2.

♀ F. E. S. II. 7. 6.

Frons impreſſa punctis duobus albis. Hab. in officina piſtoria non rara. Long. 19. lat. 6.

631. *B. orientalis* ferrugineo-fuſca immaculata, elytris ſulco oblongo. F. Sp. 343. 14.

⊙ Mouff., Rai., Column., Ionſt., Friſch., Sulz.

☽ Scop. Carn. 313. Schrank. E. I. 457.

♀ F. E. S. II. 9. 17.

Statim ac declarata alba, mox fit rufa, demum ferrugineo-fuſca euadit. Pellitur odore Cupreſſi. Hab. paſſim in hypocauſtis. Long. 9. lat. $4\frac{1}{2}$.

(*p. 257.*)

632. *B. Lapponica* flaueſcens, elytris nigromaculatis. F. Sp. 344. 16.

⊙ Sulz.

☽ Scop. E. C. 314. *B. ſilueſtris.*
Schrank. E. I. 458.

♀ F. E. S. II. 10. 21.

Variat thorace toto flaueſcente, et diſco tantum nigro. Subtus tota nigra. Antennae modo nigrae,

grae, modo flauae, vti pedes. Elytra in maſculis abdomine multo latiora. Hab. ſolitaria: apud nos frequens in ſepibus. Long. $3\frac{1}{4}$, $4\frac{1}{4}$. lat. 2, $2\frac{1}{3}$.

Blattae duae exſtant, quarum altera *B. Lapponica* eſt, vti in Schaefferi Icon. t. 88. f. 2. 3. et Sulz. Hiſt. Inſ. t. 8. f. 3. depicta eſt, coleoptris thorace quinquies longioribus, abdomine anguſto; altera eandem cum illa latitudinem habet, vix tamen dimidiam eius longitudinem ſuperat. Thorace maiore, elytris vix anguſtiore: diſco luteo, margine diaphano; antennis longioribus ſubfuſcis, pedibusque pellucidis flauis praedita eſt. Prioris ſpecimina omnia, quae vidi, diſcum thoracis nigrum, antennas pedesque nigricantes habent. Thorax multo minor eſt. — Alteram poſteriorem a celeb. Herbſtio nomine *Blattae perſpicillaris* (Arch. 186. 12. t. 49. f. 11.) diſtinctam video, et *B. Germanicam* Panz. F. I. G. II. 17. illi admodum affinem habeo. Vnum vero ſpecimen prioris vidi, thoracis diſco obſcure luteo, tibiisque pallidis. Illa, quam feminam *B. Lapponicae* credo, ſimilis quidem *B. perſpicillari* eſt, ſed thoracis diſcum nigrum, elytraque abdomine breuiora habet, quae in *perſpicillari* abdomine paullo longiora ſunt.

Fabricius in Spec. l. c.: "variat, inquit, rarius corpore multo breuiori et thorace toto flaueſcente." Vereor, ne *B. perſpicillarem Herbſt.* illis verbis ſpectet. In Ent. ſyſt. id annotatum omiſit, et ſub n. 23. *Blattam liuidam* habet, quam fere eandem cum *B. perſpicillari* puto. Sub eo Geoffr. Inſ. 1. 381. 3. allegat, qui tamen veram *B. lapponicam* deſcripſit, quamuis vtramque ſpeciem miſcuiſſe videtur. Anne ab auctore adnotata varietas

eadem

eadem ſit, diſcernere nequeo, nullam enim ſtaturae breuis mentionem fecit, quae tamen adeo inſignis eſt. Caeterum conſilium Entomologorum de his iamiam commemoratis ſpeciebus rogo, et interea diuerſas habere liceat, quod tam graues rationes poſcere videntur.

Schaefferus t. 158. f. 2. aliam Blattam repraeſentauit, quam Harrerus in Deſcript. Schaeff. Icon. ed. prior. p. 255. n. 419. varietatem *B. Lapponicae* habet. Equidem Blattam ibi depictam veram *B. maculatam.* F. E. S. II. 11. 26. oredo. *B. hemipteram* F. E. S. II. 12. 30. ex ſpecimine Muſei mei cum deſcriptione congruente, *B. maculatae fem.* varietatem habeo. A qua *B. lapponicae* femina differt elytris eodem modo, vt in maſculo, ſtriatis nec laeuibus. Hg.

633. *B. marginata* nigra, thorace rufo albomarginato, elytris nigris limbo albo. F. Sp. 502. 17. 18. App.

♀ F. E. S. II. 11. 27.

Raro inueni.

(p. 258.)

XCII. MANTIS.

Palpi ſubaequales. *Maxilla* inferior compreſſa acutiſſima. *Labium* bifidum laciniis fiſſis, pinnis aequalibus. *Antennae* ſetaceae.

634. *M. religioſa* thorace laeui ſubcarinato, elytrisque viridibus, immaculatis. F. Sp. 348. 19. [β]

⊙ Roeſ. Inſ. 2. Gryll. t. 1. 2. Sulz., Seeligm., Seb.

☽ *Mantes* Geoffr. Inſ. 1. 399. 1. t. 8. f. 4.

Roef. t. 4. t. 12. f. 8.

♀ *M. oratoria* β. F. E. S. II. 20. 31. β.

Noſtra ſpecimina habent ad baſin femorum anticorum maculam magnam nigram, quae in medio alba eſt, aliamque minorem trapetziformem ſupra baſin femorum poſticorum, ab elytris occultatam. Variat admodum magnitudine et colore. Fateor me non intelligere, qua de cauſſa *Geoffroy* apponat pro ſynonymo *M. Religioſae* definitionem Linnaeanam *M. Gongylodis*, et *Fourcroy* in *Entom. Pariſ.* nominet pro religioſa Gongylodem, quam Geoffroyus non deſcripſit. Hab. frequens in aruis et hortis. Long. 29, 30. lat. 4, 6.

M. religioſam L. Fabricius *M. oratoriae* varietatem habet, ſed prorſus diſtinguendae ſunt. Geoffroyus ab auctore bene ad *M. religioſam* relatus eſt. Roeſelii t. 1, 2. Fabricius et ad *oratoriam*, et ad *religioſam* refert, ſed t. 1. f. 2. et t. 2. f. 6. (ſic legendum eſt) ad *religioſam* pertinent, cum tabula 12. tom. 4. ab auctore exhibita. Quomodo vero citata: Degeer. Inſ. 3. 410. 5. t. 37. f. 2. Seba Theſaur. 4. t. 67. f. 9, 10. ad *M. oratoriam L.* a Fabr. transferri poſſint, non video. Macula in baſi femorum anticorum in meo quoque ſpecimine adeſt, et apud Roeſel. t. 4. t. 12. in fig. 8. et 10. videri poteſt.

Quod ad Geoffroyum attinet, inſecta ſua optime deſcripſit, ſpecies bene diſtinxit, et in genera redegit, ſed in ſynonymia ſaepius fallebatur, quod vtique in eius ſcriptis apparet. Fourcroyus in Entom. Pariſ. caeteros Entomologos non curauit, nomina noua inſectis dedit, vbi placuit, aut falſa appoſuit, quod minus conſilio feciſſe, quam quod nomina vera ignoraſſe videtur. Miror itaque, auctorem nunc demum hoc mirari. Hg.

635.

Digitized by Google

635. *M. pauperata* thorace lineari ſpinuloſo, femoribus anticis ſpina terminatis, reliquis lobo. F. Sp. 346. 9.

♂ Thunberg. N. S. 361. Drury. Inſ. t. 50. f. 2. varietas?

♀ F. E. S. II. 17. 18. et confer. 18. 25. *M. pectinicornem.*

Deſcribit F. l. c. Corpus viridi alboque varium, abdominis margine in medio, et vtrinque elevato lobato.

Noſtra ſpecimina interdum variant antennis pectinatis cornu fere triplo longioribus, et omnino conueniunt cum Drury. Inſ. 1. t. 56. f. 2. a Fabricio citata, ſed nullo modo cum figuris Roeſel. Inſ. 2. Gryll. t. 7. quae exhibent tibias lobo baſeos multo maiori. Deſcriptio accuratiſſima Gronouii. Zooph. 639. indicat adeſſe plerumque in alis *M. Gongylodis* maculam ferrugineam, quae in noſtris deeſt, et nihil ait de pedum colore pallido, viridique vario, a Fabricio in *M. pauperata* adnotato; ad hanc igitur ſpeciem referenda eſſe videtur haec noſtra: ſed ſtatuendum etiam, quod variat antennis pectinatis, vti figura a *Drury* allata indicat.

Inuenta Piſis in horto Academico in Lathyro heterophyllo d. 15. Iul. Vt retro aſpiciat, eleganter collum reflectit. Manu apprehenſa exhibens ei flores Lathyri tamquam cicur pluries comedit. Vixit paucos dies. Mox ſaepe lecta etiam larua et pupa Florentiae. Long. a capitis vertice ad elytr. apicem 32. lat. 4.

Auctoris verba, obſcura, ſic intelligenda ſunt: Fabricius ad *M. Gongylodem* ſuam et *Roeſel.* 2. Gryll.

t. 7., et Drury. Inſ. 2. t. 50. f. 2. refert. Roeſelii icon cum inſecto auctoris nullo modo, Drurii vero optime conuenit; cum itaque Fabricii quoque deſcriptio *M. Gongylodis* non in omnibus congruat, Drurium ad *M. pauperatam* translocat Roſſius, quia inſectum eius cum deſcriptione huius Mantis et ſimul cum icone Drurii optime conuenit. Hg.

(*p. 259.*)

* 636. *M. Roſſia* baculiformes, aptera.

♀ Roſſi Mant. 102. 225.
F. E. S. II. 13. 4.

Magnitudo iuxta aetatem diuerſa. Tota dilute viridis, glabra, corpore admodum tenui, et praelongo, paullulum compreſſo, baculi inſtar vbique aequali, et caudam verſus annulis diſtincto. Caput deflexum, teres, poſtice anguſtatum, thoraci connatum. Antennae breues, cylindraceae. Ocelli exigui, prominuli ſphaerici. Os tentaculis quatuor ſubaequalibus, labio inferiore bifido. Tibiae et femora longiſſima, introrſum denticulata, quorum antica craſſiora, prope caput inhaerent. Alae nullae. Tarſi quinque. Tab. VIII. f. 1.

Inuenitur figura et hiſtoria a me exhibita etiam in *Actis ſociet. Italicae* tom. IV. et in *Ionſtono*, qui figuram ſolummodo habet t. XI. f. 2. et t. XII. f. 26.

Habitat in ſepibus virentibus ad foſſas aquarum frequentior, ſed et in ericetis, et hortis quoque inuenta.

Hic non diſſimulandum, ſed ingenue fatendum eſt, hoc inſectum iamdiu quodammodo notum

Kir-

Digitized by Google

Kirkero, *Ionſtono*, *Stenoni*, *Rhedio* fuiſſe. Neminem ante me rebar de eo praecipue verba feciſſe, eaque in opinione confirmatus fueram a celeberrimis Entomologis, praeſertim a *Scopoli*. Tractu temporis forte mihi contigit, vt oculos coniicerem in exemplar quoddam *Rhedianum* a meo, aliisque non paucis diuerſum, nempe magis integrum, nec fraudatum tabula vltima, quae huius inſecti iconem exhibet, licet in aliarum numerum non referatur. Sane difficillimum, ac pene impoſſibile eſt, absque figurae inſpectione, non dicam e verbis colligere, ſed ne ſuſpicari quidem de ſpecie inſecti ab eo per iocum, vt ait, et in animi remiſſione obſeruati. Verum niſi placuit cognoſcere me deſtitutum primaria laude, placuit tamen, et id me ſolatur, quod auctoritate *Rhedii*, ac *Stenonis* confirmatum deprehendo huiusmodi inſectum reuera eſſe perfectum animal, non laruam, vti vulgo aſſeritur, et vti videre eſt in *Experimentis Rhedianis circa Inſectorum generationem pag. 88. Edit. Florentiae. 1764.* Quid vero habeat de hoc Inſecto *Kirkerus* in *libro XII. Mundi ſubterranei pag. 371.* recreandi animi gratia non omittendum. "Mirum et hoc addam ex Liburni, quam Vitem albam vocant, ramulis ſaepe ſaepius me inueniſſe Zoophytum ſex pedibus, et ſubtiliſſimo corpore conſtans cum capite Erucae progreſſiuo motu Aranearum ad inſtar incedens, et cum diligentius originem huius inſecti ſcrutarer, inueni tandem id ex dicti Liburni fruticis ramulis putredine quadam inſectis natum: ſiquidem non ſemel deprehendi illud ramo adhuc viridi adnatum, vnde

non immerito Xylophytum dixi: Inueni et nonnulla, quae ex poſteriore parte lignum, ex anteriori vero iam animam obtinuerant, quae hinc inde agitabatur: Vidi et quaedam quae intermedio corpore quod pedes ſuſtinebant lignum, prorſus idem cum ramulo Liburni erat, pedes vero et caput iam animata mouebantur. Statim tamen ac tota ramuli medulla cum exſertis ſex ramulis anima informabatur, tum etiam veluti a trunco reciſum animal humi reliquorum inſectorum ἑξαπόδων more gradiebatur, quam ſtupendam metamorphoſin, dum compluribus oſtenderem ex noſtris, vix dici poteſt, quantopere adeo rarum, et monſtruoſum partum mirati ſint, praeſertim cum anteriorem partem vna cum pedibus motum affectantem poſteriori ſtipiti adhuc annexa viderent." Figura habet hunc titulum: "Xylophyton ex ramulis Liburni in Muſeo Auctoris." — Long. max 42. lat. 2.

(*p. 261*)

637. *M. pagana* alis reticulatis, albis; macula laterali ferruginea, manibus chelatis. F. Mant. 230. 37.

♂ *Mantis puſilla.* Schrank. E. I. 460.
Pallas. ſpicil. Faſcic. 9. 15. t. 1.
An *M. breuicornis* Degeer. tom. VII. 620. 18. t. 46. f. 9. 10?

♀ F. E. S. II. 24. 49.

Facies et habitus *Mantis.* Oculi magni prominuli, viridi-aurati. Os palpis quatuor. Antennae filiformes, thorace breuiores, ferrugineae. Thorax valde elongatus cylindricus, flaueſcens. Abdomen oblongum, ouatum, albidum, dorſo et lateribus

bus fuluo-maculatis. Pedes antici tibiis exterius decoloribus, intus fuſcis; latis, craſſis, dentatis, denticulo vltimo pone baſin longiore, et vnco ad apicem armati. Alae omnes venis tenuiſſimis nigris reticulatae, hyalinae, macula marginali oblonga ferruginea. Lecta in Fraxino Orno d. 25. Iun., dein etiam in Rubo, et ſaepius in Zizipho. Long. 7. lat. 1.

(*p. 262.*)

XCIII. ACRYDIVM.

Palpi filiformes. *Labium* cylindricum apice fiſſum. *Antennae* filiformes.

638. *A. bipunctatum* thoracis ſcutello abdominis longitudine. F. Sp. 351. 1.

⊙ Rai., Lepech., Sulz.

♀ F. E. S. II. 26. 2. Panz. F. I. G. V. 18.

Habitat in pratis et circa hortos frequens. Long. 3½. lat. 1½.

Breue et craſſum, ſcutelli thoracis carina admodum eleuata. Interdum carina rutila eſt, et in vtroque thoracis latere ſignatura nigra S fere referentè, vt SS fiat, conſpicitur. Hg.

639. *A. ſubulatum* thoracis ſcutello abdomine longiore. F. Sp. 351. 2.

⊙ Sulz.

☽ Goetze. E. B. 2. 478.

♀ F. E. S. II. 263.

Praecedenti nimis affinis, et ſorte mera eius varietas. Hab. in locis herboſis frequens ad foſſas et aquas ſtagnantes. Long. 5. lat. 1¼.

Digitized by Google

Priore longius ac gracilius et carina in medio thoracis vix eleuata. Femora quoque pedum posticorum minus valida sunt.

Plures forte species ab auctoribus confunduntur. Nobis certe persuasum est, sola obseruata ratione longitudinis scutelli, species distingui non posse. Hg.

(*p. 263.*)

XCIV. TRVXALIS.

Palpi inaequales filiformes. *Galea* truncata fornicata. *Labium* inferius bifidum. *Antennae* ensiformes.

640. *T. nasutus* capite conico, corpore viridi. F. Sp. 352. 1.

⊙ Linn. Mus., Sulz., Drury, Seb.

641. β. *Gryllus turritus* Linn. Syst. Nat. 427. Ed. X.

⊙ Seb.

♀ F. E. S. II. 26. 1.

Singulare insectum capite conico, thorace ipso longiore, apice antennis, basi ore instructo. Antennae, in multis, quos vidi et habui, plerumque griseae, modo fuscae, in prouectioribus subrufae, semper latae, ensiformes, triquetrae, articulatae. Caput antice flauescens, interdum nigro-punctatum, maxillis nigris, oculis testaceis oblongis. Thorax breuis, subcarinatus, margineque laterali eleuato. Elytra linea alba interrupta. Abdomen dorso purpurascente albo punctato. Femora postica apice spinis duabus. Magnitudo admodum variat.

T. tur-

Digitized by Google

T. turritus differre videtur a *T. naſuto* colore elytrorum, qui in nonnullis iuxta aetatem, aut albidus coſta nigra albo-interrupte lineata; aut fuſcus coſta baſeos viridi; aut viridis elytrorum coſta, thoracisque margine laterali rufeſcentibus. — *T. conicus* anne varietas praecedentium?

Hab. vterque frequens in ſiluis Piſanis, et alibi menſ. Aug. et Sept. Long. a cap. vertice ad apicem elytri 28. lat. max. 2.

(*p. 264.*)

XCV. ACHETA.

Palpi inaequales, filiformes. *Labium* qnadrifidum. *Antennae* ſetaceae.

642. *A. Gryllotalpa* alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis. F. Sp. 353. 1.

☉ Rai., Ionſt., Catesb., Friſch., Sulz., Barth., Seb.

☽ Schrank. E. I. 463. Goed. Inſ. 1. pl. 76.

♀ F. E. S. II. 28. 1.

Hab. humum recentem horticolis infeſta. Long. 18. lat. 4.

643. *A. domeſtica* alis caudatis elytro longioribus corpore glauco. F. Sp. 353. 3.

☉ Rai., Mouff., Ionſt., Hoefn., Seb.

♀ F. E. S. II. 29. 3.

Inſectum plerisque notum, cuius accuratiſſimam hiſtoriam dedit Degeer. 3. 509. 1. Hoſpitatur in muris domeſticis. In ſtatu adulto perfecto non frequens. Mihi raro datum eſt colligere declaratum in immenſa laruarum et puparum copia, quae in

loco calido humenti, horto meo annexo, continuo obuerſabatur. Long. 8. lat. 1⅓.

(*p. 265.*)

644. *A. campeſtris* alis elytro breuioribus, corpore nigro, ſtilo lineari. F. Sp. 355. 10.

⊙ Rai., Friſch., Seb.

♀ F. E. S. II. 31. 11.

Coniunxit *Geoffroyus* hanc cum *A. domeſtica*, at vix vllo iure. Hab. in aruis et pratis frequens. Long. 11. lat. 4.

645. *A. Italica* capite thoraceque flaueſcentibus, elytris aqueis longitudine alae. F. Sp. 355. 12.

♀ F. E. S. II. 32. 16.

Deſcribit eam F. l. c. Hab. ruri. Long. 6.

(*p. 266.*)

XCVI. LOCVSTA.

Palpi inaequales obtuſi. *Maxilla* apice tridentata. *Labium* bifidum, laciniis interne ſeta ſubulata inſtructis. *Antennae* ſetaceae.

646. *L. viridiſſima* alis viridibus immaculatis, antennis longiſſimis.

⊙ Liſt., Robert., Friſch., Schaeff. Ic. t. 139. f. 3. Goed., Zinann.

☽ Schrank. E. I. 466.

♀ F. E. S. II. 41. 32.

Hab. in campis et hortis frequens, noctu ſtridens. Long. 22. lat. 3.

Harrerus in libro cit. inſuper Schaeff. Ic. t. 91. f. 6. allegat, varietatem coloris flaueſcentis, cui libenter aſſentio; ſed etiam t. 247. f. 4. 5. citat, quam vix eandem cum *viridiſſima* credere poſſum.

Eodem

Eodem modo ſub *Gryllo biguttulo* innumeras varietates comprehendit, quarum plures ſpecies peculiares videntur. Hg.

647. *L. verruciuora* alis viridibus fuſco-maculatis, antennis longitudine corporis. F. Sp. 359. 24.

⊙ Geoffr., Rai., Friſch., Ionſt., Merian., Sulz.

☽ Schrank. E. I. 468.

♀ F. E. S. II. 42. 33.

Ruſtici Sueciae huic Locuſtae verrucas manus admouent, quas praemordet, et euomit in vulnus liquorem, vnde verruca contabeſcit. *Linn.* Narrat *Degeer.* vnam habuiſſe, cuius e corpore tres prodierunt vermes Gordio aquatico ſimiles. Infeſtatur *A. Gymnopterorum* alis plerumque inhaerente. Hab. in pratis ſiluaticis, apud nos copioſiſſima. Long. 18. lat. $4\frac{1}{6}$.

Geoffroyus conſilio omiſſus, et *L. falcatae* n. 650. annumeratus eſt. Hg.

(*p. 267.*)

648. *L. varia* thorace viridi-flauo, lineato, fronte acuminata, antennis longiſſimis. F. Sp. 360. 25.

⊙ Sulz.

♀ F. E. S. II. 42. 35.

Deſcripta eſt a Fabricio l. c. Habit. in hortis. Long. 7. lat. $1\frac{1}{4}$.

* 649. *L. perforata* viridis, aptera, capite poſtice nigro, thorace ſellae ad inſtar concauo.

♀ *L. ephippiger* F. E. S. II. 44. 42.

Haec, quam olim admiratione quadam nuncupatam vidi nomine *G. pedeſtris F.* et quam dubitaui eſſe

esse posse *L. griseo-apteram* Degeer. Ins. 3. 436. 3. ni fallor, forte est *L. Ephippiger* F. Mant. 235. 33?

Color aetate admodum variat: nunc viridis, nunc flauescens. Antennae corpore sesquilongiores. Oculi rotundi prominuli. Caput laeue teres occipite nigro absque ocellis. Thorax coriaceus scaber, valde excauatus, et sellae ad instar concauus, rudimentis alarum sub scuto thoracis postice dilatato, porrecto reconditis, et vix in dorso apparentibus cartilagineis, rotundis., conuexis, punctatis margine crassiori, et tenui quasi vitrea membrana ad sonitum edendum instructis, quorum vnum fere alteri superincumbit. Corpus viride, (in cadauere fuscum) glabrum, obesum. Cauda feminae ensifera falcata ascendens abdomine longior. Inter primum ac secundum par pedum anticorum vtrinque ad thoracis margines, foramen magnum ouale cauum in vtroque sexu, cuius vsus mihi non satis bene adhuc cognitus: praetereaque puncta tria minutissima impressa, sub thorace inter singulum par pedum. Femora postica aliquantulum incrassata, vnde saltus grauis. In hac specie femina etiam stridule cantillat, quod mihi nouum, mutuo attritu duarum cartilaginum. Cum frequens sit apud nos supra Filices in pratis siluaticis, non semel datum mihi videre copula iunctam cum masculo ei simillimo: et oua matura saepe a me in abdomine feminae inuenta animal perfectum declarant. Tab. VIII. f. 3. 4. — Long. comput. ense feminae 24. a capite vero ad anum 12. lat. $4\frac{1}{4}$.

* 650.

(*p. 268.*)

* 650. *A. falcata.*

Gryllus cauda enſifera recuruata. Linn. Fn. Sv. 2283.

Gryllus falcatus. Pod. M. p. 52.

Locuſta cauda enſifera curua. Geoffr. Inſ. 1. 397. 1.

Gryllus falcatus. Scop. E. C. 322. Schrank. E. I. 467. Schaeff. Ic. t. 138. f. 1. 2. mas. f. 3. fem,

Antennae longiſſimae. Elytrum viride alis breuius. Abdomen femineum terminatum enſe ſurſum inflexo ferrugineo quadruplici. Hab. in hortis frequens. Long. 11. lat. 2.

Citatum e Geoffroyo, Fabricius ad *L. verruciuoram* refert. Hg.

(*p. 269.*)

* 651. *L. tuberculata* thorace planiuſculo, vertice tuberculato, laeui, elytris elongatis, anguſtis, antennis teſtaceis longitudine elytrorum. Degeer. Inſ. 3. 444. 5. t. 38. f. 1.

♀ Roſſi Mant. 103. 227.

Flauo-viridis. Antennae, pedesque poſtici elytro aequales. Caput vertice laeuiter tuberculato. Thorax planiuſculus. Elytra anguſta, elongata apice obtuſo. In feminis cauda enſifera recta vbique aequalis decem fere lineas longa. Mihi viſae tantum duae feminae. Hab. in pratis apricis ſiluaticis. Long. 9. lat. 2.

XCVII. GRYLLVS.

Labium bifidum, ouatum laciniis fornicatis. *Antennae* filiformes.

652. *G. Lineola* thorace ſubcarinato fuſco, linea dorſali ruſa, femoribus poſticis intus ſanguineis, tibiis caeruleis. F. Sp. 365. 20.

♀ F. E. S. II. 54. 29.

Fabricii optima deſcriptio exacte conuenit cum noſtris. Forte *G. migratorius Scop.* communicatus a *R. P. Wulfen* huc referendus? Habit. frequentiſſimus apud nos, et hibernat in hortis. Long. 24, 32. lat. 4, 5.

(*p. 270.*)

653. *G. flauus* thorace carinato, alis flauis, faſcia nigra, apice cinereis. F. Sp. 369. 40.

♀ F. E. S. II. 59. 53.

A Fabricio optime deſcriptus eſt. Apud nos color capitis et elytrorum variat, tibiaeque poſticae rubrae. Degeerius Inſ. 3. 493. 9. an huc pertinet? vix credo. — Hab. ſteriles colles frequens. Long. 15. lat. 4.

654. *G. thalaſſinus* thorace laeui, viridi, alis hyalinis, latere tenuiori viridibus, apice fuſcis. F. Sp. 367. 31.

♀ F. E. S. II. 57. 43.

Deſcripſit illum Fabricius. Variat magnitudine. Hab. in pratis. Long. 17. lat. 2.

655. *G. Italicus* fuſcus, thorace carinato, alis rubris apice hyalinis. F. Sp. 367. 29.

⊙ Linn.: Muſ.

☽ Schrank. E. I. 472.

♀ F.

♀ F. E. S. II. 57. 41.

Alae baſi rubrae. Femora poſtica lata craſſa nigra transuerſim ſtriata, tibiis rubris, baſi tantum nigro-punctatis. Hab. in montuoſis. Long. 13. lat. 2.

(p. 271.)

656. *G. caeruleſcens* thorace ſubcarinato, alis vireſcenti-caeruleis, faſcia nigra. F. Sp. 369. 37.

⊙ Linn. Muſ., Friſch., Sulz., Seb., Rai.

☽ Schrank. E. I. 470.

♀ F. E. S. II. 59. 50.

Hab. frequens in locis ſaxoſis apricis. Long. 12. lat. $2\frac{1}{3}$.

657. *G. caerulans* thorace laeuiuſculo, elytris pallidis, nigro-maculatis, alis latere tenuiori caeruleſcentibus. F. Sp. 368. 33.

♀ F. E. S. II. 58. 45.

Corpus medium, triſte. Elytra hyalina reticulata, aſperſa confuſe maculis nigris. Alae colore caeruleo absque faſcia nigra ad latus tenuius. Hab. in locis ſaxoſis. Long. 11. lat. 2.

658. *G. viridulus* thorace cruciato, corpore ſupra viridi, elytrorum margine albido. F. Sp. 370. 44.

⊙ Linn. It., Friſch.

☽ Schrank. E. I. 473.

♀ F. E. S. II. 61. 59.

Hab. in aruis. Long. 9. lat. $1\frac{1}{2}$.

(p. 272.)

659. *G. rufus* fuſcus abdomine ruſo, antennis ſubclauatis. F. Sp. 371. 48.

☽ Schrank.

♂ Schrank. E. I. 474.
♀ F. E. S. II. 62. 63.

Hab. in pratis frequens. Long. 10. lat. $1\frac{2}{3}$.

Gryllos eorumque affines absque vllis fere annotationibus et obſeruationibus adiectis praetermiſi, quamuis multa ibi monenda eſſent; cum, quia muſeum meum huius ordinis inſectorum pauca tantum comprehendit, quem defectum correcturus ſum, tum, quia fallax ac periculoſum eſt, ex iconibus, aut vel deſcriptionibus ſolis iudicandi.

Hg.

MAN-

Digitized by Google

MANTISSA INSECTORVM

EXHIBENS

SPECIES NVPER IN ETRVRIA COLLECTAS

A

PETRO ROSSIO.

ADIECTIS FAVNAE ETRVSCAE ILLVSTRATIONIBVS

AC EMENDATIONIBVS.

PARS PRIOR

INSECTA EX ORDINE ELEVTHERATORVM ET

VLONATORVM

COMPLECTENS.

Digitized by Google

LECTORI.

En tibi, ENTOMOPHILE, inſectorum ſpecies a me nuper in Etruria collectas, quas oro excipias animo ipſo indulgenti quo ſuperiores labores complexus es. Illuſtrationes ac emendationes ſpecierum in Fauna Etruſca editarum addidi, easque partim occaſione data, ſuo loco, partim in Operis calce, quemadmodum et Icones praeſtantiora inſecta exhibentes ibidem indicatas inuenies. Vale.

Dabam Piſis. Prid. Kal. Mart. 1792.

AVCTOR.

Digitized by Google

CLASSIS PRIMA
ELEVTHERATA.

(*p. 5.*)

I. LVCANVS.

1. *L? virescens* viridi-aeneus, maxillis tridentatis. F. Syst. App. 817.

♁ *Trogosita virescens.* Oliu. Ent. n. 19. 8. t. 1. f. 5. Maior *L. Caraboïde*, et oblongior. Antennae aeneo-nigrae, capite longiores, vndecim-articulatae, articulis tribus vltimis extrorsum crassioribus. Maxillae crassae, prominentes, capite breuiores, tridentatae. Caput viridi-aeneum punctulatum depressum, antice canaliculatum clypeo apice obtuse quadridentato. Thorax viridi-aeneus depressus, postice rotundatus. Scutellum inconspicuum. Elytra viridi-aenea punctato-substriata. Subtus omnino concolor. Lectus in siluis Pisanis. Long. 7. lat. 2.

T. virescentem F. non allego, quia Americae indigena est, et cum e descriptione Fabricii, ob breuitatem, nil determinari possit, *T. virescentem* Auct. et Fabr. diuersas habere liceat, quod praecipue in illis speciebus, quae verbis aegre distinguuntur, suadendum est. De Oliuierii Trogosita nihil decernere possum, quia eiusdem opus adire nondum mihi licuit. Hg.

III. SCARABAEVS.

2. *S. punctulatus* scutellatus, muticus, mandibulis laciniatis, clypeo triangulari, thorace punctato, elytris sublineatis, punctisque maiusculis inordinate excauatis. Fn. Etr. 1. 9. 19. t. 1. f. 1.

⊙ *Sc. punctulatus.* Villers. Ent. 1. 40. 88. t. 1. f. 3.

♀ *Sc. Talpa* Panz. Beytr. t. 6. f. 1. 2.
Sc. punctatus F. E. S. I. 1. 21. 64. mas.
Sc. Monodon. F. E. S. I. 1. 20. 57. femina.

Statura et magnitudo feminae *Sc. Sileni.* Elytra late lineata, lineis laeuibus, vix eleuatis, obliquis, conuergentibus. Femora postica crassa. Niger immaculatus. Magnit. variat. Hab. siluas et hortos frequentissimus.

In Fn. Etr. l. c. tum dubitabam, an *Sc. punctulatus* Auctoris, *Sc. Monodon F.* et *Idiota* Herbst. esset, nunc vero nullum dubium restat, et signum interrogationis, illis citatis adiectum, deleatur. Hg. (p. 6.)

3. *Sc. Fossor* scutellatus, thorace inermi retuso, capite tuberculis tribus, medio subcornuto. F. Sp. 15. 59.

⊙ Act. Nidros. Voet.
☽ Villers. Ent. 1. 17. 15.
♀ F. E. S. I. 1. 23. 72.

Habitat in montuosis. Long. 4. lat. 2⅓.

Fabricius in Sp. Inst. lapsu calami habet Schaeff. Ic. t. 144. f. 78. quod postea bene ita emendauit, vt fieret, f. 7. 8. Auctor noster habet f. 7? nobis vero nullum dubium de vtraque figura restat. Id quidem confitendum est, f. 8., quae varietatem elytris castaneis, repraesentat, breviorem

rem esse, quam f. 7., sed in Schaefferi figuris, effigies stricte sequi non oportet. Hg.

4. *Sc. sordidus* scutellatus, capite tuberculato, thorace nigro, margine pallido puncto nigro, elytris grisеis. F. Sp. 17. 68.

♀ F. E. S. I. 1. 29. 90.

A Fabricio in Syst. Ent. 16. 55. descriptus est. Hab. cum congeneribus. Long. 2¼. lat. 1⅓.

* 5. *Sc. rubidus* niger abdomine elytrisque ferrugineis, thorace antice vix excauato, capite tuberculis tribus. Oliu. Ent. 3. 81. 77. t. 26. f. 224.

♀ *Sc. Scrutator* F. E. S. I. 1. 24. 73.

Similis *Sc. fimetario*, at triplo maior. Caput nigrum antice subemarginatum, lateribus angulatum, supra tuberculis tribus, intermedio eleuato acuto. Thorax inermis, punctatus, antice vix excauatus, niger, lateribus ferrugineis. Scutellum nigrum. Elytra ferruginea striata. Corpus subtus, pedesque nigra, tarsis abdomineque obscure ferrugineis. *Oliu.* — Hab. Florentiae.

Fabricius l. c. dicit: *statura et summa affinitas Sc. fimetarii* et celeb. Herbstius *Sc. sordidum* vix ab eo distinguere audet, sed triplo maior est, et eadem cum *Sc. Fossore* magnitudine gaudet, a quo statura longiore et angustiore differt. Elytrorum dorsum depressum est, qua re insuper a *Sc. fimetario* discrepat. Hg.

(*p. 7.*)

6. *Sc. irroratus* scutellatus, thorace rugoso fossula vtrinque impressa, capite subcornuto, elytris rugoso-sulcatis nigris, ruso-submaculatis. Fn. Etr. 1. 7. 16.

Clypeus marginatus, carinatus, et in medio corniculo breuiſſimo armatus. Antennae nigrae. Thorax ſubrugoſus margine crenulato. Scutellum paruum. Elytra antice coarctata, late rugoſo-ſulcata, maculis, ſeu punctis plurimis obſoletis rufis, vix diſtinguendis aſperſa. Femora antica duobus denticulis interne inſtructa. Tibiae anticae quadridentatae. Hab. Florentiae et Piſis rarus. Long. 8. lat. 4.

* 7. *Sc. furcifer* ſcutellatus, muticus, niger, elytris rugoſis, femoribus anticis lamina et dente valido inſtructis, pectore bifurcato.

Statura et magnitudo *Sc. irrorati.* Totus niger obſcurus. Clypeus marginatus, carinatus, corniculo ſeu potius lineola vix apparente. Thorax magnus, circularis, conuexus, ſubrugoſus foſſula laterali. Elytra ſubrugoſa ad latera anguſtata. Scutellum paruum fere nullum. Tibiae anticae longae, arcuatae, quadridentatae, absque tarſis. Femora antica intus, et inferne appendice, ſeu lamina cuneiformi porrecta, vtrinque dentata; denteque altero acuto ſuperne inſtructa. Pectus ſpinis duabus validis inſtar furcae armatum. Cum a praecedente differat tantum pectore bifurcato, et lamina cuneiformi femorum anticorum, alterum eſſe ſexum aſſerere poſſe videtur. Raro lectus. Long. 8. lat. 4.

(*p. 8.*)

8. *Sc. rufipes* ſcutellatus, muticus, ater, thorace glabro nitido, elytris ſtriatis. F. Sp. 20. 84.

♑ Geoffr. Inſ. 1. 83. 21. Schrank. E. I. 30.

Habitat in ſtercore, infrequens. Long. 4. lat. 2.

Fabricii

Fabricii *Sc. rufipedem* non allegamus, quia Auctor *Sc. oblongum* Scop. et Herbſt. K. t. 18. f. 2., qui verus *rufipes F.* eſt, non habuiſſe videtur. Menſura enim potius *Sc. rufipedem Linn.* vel *Sc. nigripedem* F. E. S. I. 1. 35. 14. deſignat, et Geoffr. citatum huic annumerandum eſt. Hg.

9. *Sc. plagiatus* ſcutellatus, muticus, niger, elytris plaga rufeſcente. F. Sp. 21. 87.

♁ Schrank. E. 1. 28.

Affinis *Sc. ſubterraneo*, et forte mera varietas. In ſingulo elytro macula oblonga rufeſcens iuxta ſuturam. Hab. in ſtercore bouino. Long. 2. lat. 1.

Sc. ſubterraneus interdum variat elytrorum macula longitudinali obſolete rubra, et hanc varietatem Auctor habuiſſe videtur. Verus enim *plagiatus* Sc. ſubterraneo triplo minor, et granario paullo longior eſt, reliquas ſi taceamus differentiae notas. Schrankii *Sc. feneſtralis.* E. I. 28. ab Auctore citatus, huc non ſpectat, vt e deſcriptione eius ſatis apparet. Hg.

* 10. *Sc. fuſcus* ſcutellatus ſupra fuſcus, elytris tomentoſis ſtriatis.

Paullo minor *Sc. quisquilio*, et totus ſupra obſcure fuſcus, pube ſubferruginea; ſubtus niger nitidus. Clypeus rotundatus, marginatus, tuberculo ſolitario vix apparente. Antennae capitulo trifido. Tibiae anticae tridentatae. Elytra ſubtiliſſime, atque obſolete punctato-ſtriata. Tarſi ſubrufi. Hab. ſub corticibus.

11. *Sc. lunaris* exſcutellatus, thorace tricorni intermedio obtuſo bifido, capitis cornu erecto, clypeo emarginato. F. Sp. 24. 108. mas.

Copris capitis clypeo lunulato, margine eleuato, corniculo denticulato Geoffr. Inf. 1. 88. 1. femina. Hunc Cl. D. *Oliuier* ſpeciem diuerſam eſſe a praecedente credit, et diſtinguit ſub nomine *Sc. emarginati.* t. 8. f. 64. a. b. Mihi tamen liceat, venia Celebris Viri, in priſtina manere ſententia, donec res aliter commonſtret ac viſa pluries. Confer Fn. Etr. 1. 11. 24.

Iunior variat colore caſtaneo. Hab. vterque ſimul in ſtercore bouino paſcuorum.

Celeberrimus Fabricius Oliuierium in diſtinguenda illa ſexus varietate ſecutus eſt, vti in Fn. Etr. l. c. videre eſt. Mea experientia me cum Auctore conſentire iubet. Hg.

(p. 9.)

IV. TROX.

12. *T. niger* niger, thorace marginato inaequali, elytris punctato-ſtriatis, lineis eleuatis ſpinoſis.

Inſectum idem quod dedimus in *Fn. Etruſca.* 17. 39. ſub dubio nomine *T. luridi* qui diuerſus.

Corpus totum obſcure nigrum. Thorax marginatus, inaequalis, villo breui ruſeſcente ciliatus, late dorſo ſulcatus, at haud ſpinoſus. Elytra marginata, punctato-ſtriata, lineis tantum quinque in ſingulo elytro eleuato-ſpinoſis. Videtur nouus. Hab. Florentiae.

(p. 10.)

V. MELOLONTHA.

13. *M. ruficornis* villoſa teſtacea abdomine albicante. F. Sp. 37. 8.

♀ F.

Digitized by Google

♀ F. E. S. I. 2. 159. 19.

A Fabricio deſcripta eſt. Variare ſaepe videtur magnitudine et colore obſcuriore. Hab. in plantis rarior.

Auctor noſter, Fabricium ſecutus, Voet. t. 6. f. 50. allegat, ſed in hac figura bonam *M. villoſae* F. E. S. 156. 4. effigiem agnoſcimus. Herbſtii itaque figura, quae Voetiana imitata videtur, ad *M. villoſam F.* referatur. *M. villoſa* Herbſt. t. 22. f. 8. enim *M. piloſa* F. E. S. I. 2. 156. 5. eſt. Ex icone ſi iudicemus, *M. Anketeri* Herbſt. K. t. 22. f. 4. *M. villoſae F.* admodum affinis videtur, et cum noſtris ſpeciminibus exacte conuenit. Hg.

14. *M. abdominalis* capite thoraceque caeruleo-piloſis, elytris teſtaceis, abdomine albo-villoſo. F. Sp. App. 496.

♀ F. E. S. I. 2. 171. 69.

Paullo minor *M. horticola*, et thorax rotundatus. Species diſtincta. Hab. Piſis rarior. Long. 4. lat. $2\frac{1}{4}$. vix.

15. *M. argentea* clypeo marginato nigra, ſubtus argenteo-nitens, elytris teſtaceis. F. Sp. 44. 48?

⊙ Voet.

☽ *Sc. farinoſus.* Villers. Ent. 1. 30. 46.

♀ *M. ſquamoſa* F. E. S. I. 2. 174. 78.

Statura et magnitudo fere *S. ſquamoſi.* Vill. Thorax et elytra ſquammis, ſeu polline luteo-vireſcente tecta, nonnihil abbreuiata. Abdomen ſupra nigrum, ſubtus viridi-argenteum. Tibiae anticae bidentatae. Pedes plerumque teſtacei, ſed interdum nigri. Variat magnitudine duplo

minori, vnde forſan in hac ſpecie determinanda orta confuſio. Tibiae anticae bidentatae, et dorſum ſub elytris nigrum viſae ſunt notae conſtantes. Varietas minor forte eſt alter ſexus. Hab. in plantis et floribus. Long. 4. lat. 2. et vltra.

In hac et ſequentibus confer, quae in Fn. Etr. 21. 48. adnotata ſunt. Hg.

(*p.* 11.)

16. *M. ſquamoſa.*

Scarab. ſquamoſus ſcutellatus, violaceus, ſquammis ſubtus argenteis, ſupra violaceis, tibiis anticis tridentatis. Villers. Ent. 1. 30. 47.

M. farinoſa. F. Mant. 23. 60.

♀ *M. farinoſa.* F. E. S. I. 2. 173. 77.

M. caerulea. Herbſt. K. III. 121. t. 25. f. 5.

Statura praecedentis. Color elytrorum laete violaceus, ſplendidus. Abdomen ſubtus argenteum, ſupra luteſcens. Tibiae anticae tridentatae. Tarſi nigri. Long.

Fabricius *M. farinoſam Linn.* ad *Farinoſam* ſuam refert, ſed nullo iure. Herbſtius *M. graminicolam F. M. farinoſam* Linn. credit, et omnia optime congruerent, niſi Linnaeus eam *M. horticolae* magnitudinem fere aequantem diceret. Libenter itaque *M. argenteam F.*, quae Sueciae potius indigena videtur, quam *ſquamoſa F.*, eandem cum *farinoſa Linn.* habeo. Hg.

* 17. *M. dubia* nigra, cinereo hirta, corpore vireſcenti-argenteo, elytris teſtaceis.

Deſcriptio *M. puluerulentae F.* huic nequaquam competere videtur. Statura praecedentium, ſed duplo minor. Caput, et thorax nigra, ſquammis viridi-argenteis vix aſperſa, et pilis denſis cinereis

longioribus hirta. Elytra teſtacea, abdomine breuiora, piloſa. Corpus ſubtus viridi-argenteum piloſum, ſupra nigrum. Tibiae anticae bidentatae. Pedes nigri. *Obſ.* In hac antennae et palpi omnino nigri; in praecedentibus rufi, antennaeque ad baſin rufae. Hab. in plantis.

VIII. HISTER.

18. *H. maior* ater, elytris ſubſtriatis, thoracis marginibus ciliatis. F. Syſt. 52. 1.

Simillimus *H. vnicolori*, at duplo maior, et thorax pilis ferrugineis denſis ciliatus. F.

Gaudeo hanc ſpeciem indigenam eſſe etiam *Etruriae*, ſic enim magis magisque aſſerere poſſum quod manifeſte differt ab *H. laeuo* Fn. Etr. 1. 28. 63. forma corporis magis ſubquadrata, minusque depreſſa; capite minus exſerto, imo fere toto in thoracem retracto, labio ſuperiore, ſeu clypei apice emarginato, excauato, neque elongato vti in *H. laeuo*, mandibulis diuerſis, et aequalibus; claua antennarum ſubruſa, thorace antice, et lateribus pilis ferrugineis denſe cillato, absque foueola vtrinque impreſſa; ſterno antice acuto, aliisque notis, quas referre ſuperuacuum. Hab. in ſtercore bouino rarus.

Fabricii *H. maior* Africanus eſt, ideo dubitare licet, an Auctoris Hiſter idem ſit, idque eo magis in genere, cuius ſpecies verbis aegre diſtinguuntur. Hg.

(*p. 12.*)

19. *H. cyaneus* thorace aeneo, elytris caeruleſcentibus. F. Sp. 60. 3.

♀ Herbſt. K. IV. p. 50. t. 36. f. 11. a. b.

Deſcri-

Digitized by Google

Deſcriptio Fabricii Syſt. Ent. competit noſtris ſpeciminibus, quae omnino conueniunt cum iis e Suecia a D. de Paykull. acceptis. Color aeneus thoracis, quadam tantum incidentia lucis conſpicuus. Hab. Piſis in ſtercore bouino non rarus. Long. 4. lat. 2.

Celeb. Herbſtius *H. cyaneum* ſuum ex Hungaria accepit, itaque idem ſane cum noſtro eſt. An Fabricii Hiſter huc quoque pertineat, decernere non audeo. Hg.

* 20. *H. maculatus* niger, nitidus, elytris pallide rubris, ſtriis curuis, anterioribus obſoletis, macula magna baſeos nigra ad ſuturam communi.

Deſcriptio *H. bipuſtulati* Schrankii. En. Inſ. 67. cum noſtris minime conuenire videtur.

Statura *H. 4-maculati*, a quo tamen differt clypeo capitis magis prominulo, magisque ad apicem coanguſtato acuminato. Differt antennis claua ruſa, non nigra; thorace linea ante marginem deſtituto; elytrisque omnino pallide rubris, praeter maculam et ſuturam, quae nigra ſunt. Abdomen in hoc magis globoſum, et tibiae anticae quadridentatae in *H. quadrimaculato* rarius et profundius tridentatae. Macula baſeos elytrorum inaequalis, vnica, et ita ad ſuturam poſita, vt iunctis elytris formam referat ſubquadratam. Ab *H. bimaculato* magis etiam differt, cuius, praeter alias, nota conſtans eſt foueola ſeu punctum impreſſum ad latera antica thoracis. Habitat cum congeneribus in ſtercore bouino.

(*p. 13*)

* 21. *H. minor* ater nitens, elytris ſubdepreſſis ſtriatis, ſtriis tribus integris, binisque interio-

rioribus abbreuiatis, claua antennarum ferruginea.

Statura et magnitudine fere conuenit cum figura a *Villers* Ent. t. 1. f. 7. exhibita ad indicandum *H. 12-ſtriatum Schrankii,* ſcilicet *H. depreſſo* paullo maior, magisque conuexus. Caput parum prominens, fronte impreſſa, apice attenuatum. Antennae claua ferruginea. Thorax laeuis. Elytra abdomine paullo breuiora, ſtriata, ſtriis in ſingulo tribus vix obliquis, integris; et duabus ſuturae proximis abbreuiatis ab apice vsque ad medium diductis. Tibiae anticae quadridentatae. Differt ab *H. depreſſo*, praeſertim magnitudine, et corpore elytrisque minus depreſſis. Hab. ſub ligno putrido, et ſub corticibus frequens. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

* 22. *H. decemſtriatus* ater nitens, elytris punctato-ſtriatis, ſtriis ſuturae proximis, antice coeuntibus.

Accedere videtur ad *H. abbreuiatum F.* ſtatura rotundo-globoſa. Magnitudo fere *H. ſulcati*, at ſaepe maior. Ater nitidus. Antennae totae nigrae. Caput poſt mortem intra thoracem retractum. Thorax omnino laeuis. Elytra apice truncata, punctato-ſtriata ſtriis in ſingulo quinque, prima marginis exterioris obliqua abbreuiata, ſecunda tertia et quarta parum obliquis, et ad apicem productis, quinta ſuturae proxime recta, et cum praecedente antice adeo iuncta, quaſi ac vna eademque eſſet ſtria recurrens. Nota haec conſtans et ſingularis, etſi quid ſimile in *H. aeneo* interdum obſeruetur. Inter quartam vero et vltimam

mam ſtriam, alia interior abbreuiata ab apice elytri extenditur vsque ad dimidium. Poſteriora abdominis elytris paullo longiora. Hab. cum congeneribus frequens.

(p. 14.)

* 23. *H. duodecim-ſtriatus* ater, nitens, elytris duodecimſtriatis, antennis ferrugineis.

Duae obſeruantur difficultates ne mihi ſuadeam hunc eſſe verum *H. 12-ſtriatum* Schrankii E. I. 70. Villers Ent. t. f. 7. nempe magnitudo minor, et color antennarum a *Schrankio* praetermiſſus, qui in noſtris ſpeciminibus ferrugineus eſt: at cum nullum alium nouerim, cui magis Cl. Viri deſcriptio competat, nomen idem ſeruandum eſſe duxi.

Statura omnino praecedentis, ſed paullo minor. Antennae ferrugineae. Caput retractum fronte non impreſſa. Thorax laeuis. Elytra abdomine breuiora, conuexa, ſtriata ſtriis minutiſſime punctatis. *In ſingulo ſex a baſi ad apicem decurrunt ita vt, aequalibus a ſe diſtantes ſpatiis, diſcum totum occupent.* Pedes nigri interdum picei. Hab. in truncis arborum emort. non rarus. Long. 1. lat. $\frac{2}{3}$.

Antennarum color nunc nigricans, nunc ferrugineus. Mea ſpecimina numquam ita parua ſunt, vt *ſulcatum* aequent, ſed interdum plus duplo maiora. Nihil itaque de Hiſtero Auctoris determinare poſſum, quoniam ſtriae ſex integrae pluribus communes videntur. Id enim fatendum eſt, ſtriam futurae proximam in *H. 12-ſtriato Schrank.* ſaepius interruptam eſſe. Hg.

24. *H. ſulcatus* ater, thorace elytrisque punctato-ſulcatis, apice retuſis. Fn. Etr. 1. 31. 70. t. II. f. 3.

H. ſtria-

H. ſtriatus. Forſter. N. I. C. 11.
H. globuloſus. Oliuier. Ent. t. 2. f. 15. a. b.
Hab. in ſtercore equino paſcuorum, primo vere.

Hiſter Auctoris, quem Dn. *Langius* mecum communicauit, ab Hiſtero Fabricii et Herbſtii, in Fn. Etr. l. c. citato, multum differt, quamuis inter Hiſteros adhuc notos, illi maxime affinis ſit. Differentiam praecipuam adiiciamus:

H. ſulcato Fabr. plus dimidia parte minor, eoque breuior. Thorax lineis eleuatis ſex, extimis duabus abbreuiatis, reliquis quatuor integris, in medio poſitis. Elytrum ſingulum lineas eleuatas ſex, et ſi lineam eleuatam futurae et alteram carinae, inflexura laterali elytri effectae, adiicias, octo habet. Interſtitia inter has lineas tenuiter ſtriata, et in medio vnica tantum punctorum impreſſorum ſerie notata ſunt.

Hinc Synonyma ita diſtribuenda ſunt:

I. *H. ſulcatus.* Roſſi Fn. Etr. I. 31. 70. t. 2. f. 3.
H. ſulcatus. Moll Neues Ent. Mag. v. Fuesl. II. 172. 105.
H. ſtriatus. Forſter. N. Sp. Inſ. Cent. 11.
H. globuloſus. Oliuier. Ent. t. 2. f. 15. a. b, (ex auctoritate Roſſii.)

II. *H. ſulcatus.* F. E. S. I. 1. 74. 12.
H. ſtriatus. Herbſt. K. t. 36. f. 1. a. b. A.
H. ſulcatus. Oliuier. Inſ. 1. 8. 17. 20. t. 1. f. 6. (ex auctoritate Fabricii). Hg.

* 25. *H. paruulus* ater, elongatus, elytris laeuiſſimis nitidis, antennis pedibusque ferrugineis.
♀ *H. parallelepipedus* et *picipes.* Herbſt. K. t. 35. f. 11. t. 36. f. 13?

Minor ſemine Oryzae. Statura corporis elongata. Laeuis, nitidiſſimus, ater, pedibus exceptis,

ceptis, antennisque a fractura ad clauam ferrugineis. Elytra admodum abbreuiata, conuexa. Abdomen apice attenuatum. Hab. in ligno putrescente, hieme non rarus. Long. ¾. lat. ⅓.

(*p. 15.*)

* 26. *H. pusillus* niger, subnitidus, elytris punctatis; thorace vtrinque ad marginem sulco longitudinali impresso.

Minor *pediculo*, eodemque modo longiusculus. Niger subnitidus. Antennarum claua ferruginea. Thorax sulco vtrinque ad marginem longitudinali profunde excauato. Elytra abbreuiata, vndique punctulata punctis impressis, armato oculo manifeste conspicuis, vnde nitoris defectus. Hab. sub arborum cortice cum congeneribus rarior.

Eundem cum *flauicorni* Herbst. K. t. 36. f. 2. coniicerem, qui striis elytrorum omnino caret, et sub cortice quercus habitat, sed is non sine nitore est. Hg.

* 27. *H. atomos* ater laeuissimus, nitidus, elytris subintegris, capite toto exserto.

Vix maior semine Papaueris. Cum *H. minimum* in Fn. Etr. 1. 32. 71. dedimus, eo minorem nullum inueniri posse visum, at reuera hic duplo minor, et statura diuersus. Corpus subrotundum, globosum, atrum, laeue, nitidum; in *H. minimo* ouatum. Differt etiam antennis nigris claua concolori, capite paruo toto exserto, elytris vix abbreuiatis. Habitat sub cortice Vlmi mens. Febr. *

X.

* Characteres indicati in speciebus a me descriptis constanter obseruati in pluribus individuis. *H. pygmaeum*, qui apud nos

(p. 16.)

X. DERMESTES.

28. *D. vulpinus?* oblongus laeuis niger, thoracis lateribus cinereo - villoſis, ſubtus albidus. F. Sp. 64. 9.

D. cadauerinus Fn. Etr. 1. 34. 77. videtur huc referendus.

Mea ſpecimina conueniunt cum deſcriptione *Fabricii.* Femora poſtica etiam baſi cinereo - faſciata. Magnitudo variat. Speciem e deſcriptionibus tuto determinare non potui. Hab. cadauera. Long. $4\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Fabricium non allego, eandem ob cauſſam, quae prohibuit, ne *D. cadauerinum F.* citem. vid. Fn. Etr. l. c. Hg.

29. *D. trifaſciatus* ouatus niger, elytris faſciis tribus vndatis cinereis. F. Mant. 34. 7.

♃ Villers Illuſtr. 4. 219.

♀ F. E. S. I. 1. 228. 7.

Deſcribit illum Fabricius. Elytrorum faſciae interdum obliteratae. De genere dubitat D. Villers. l. c. Hab. in plantis rarus. Hong. $1\frac{1}{3}$. lat. $\frac{1}{2}$.

30. *D? dentatus* elongatus hirtus, niger, elytris teſtaceis. Fn. Etr. 37. 82. t. 3. f. 2. et add.

Inſectum forte noui generis.

An *Cantharis ſerraticornis.* Scop. E. C. 135? Sed antennae differunt paullulum a deſcript. *Scopolina.*

Variat

nos etiam habitare videtur, cum authores in eo deſcribendo nimis diſſentiant, erroris periculo praetermiſimus, itemque alios, quorum differentiam oculis magis diſtinguere, quam verbis exprimere datum. *Adnot. Auct. ipſ.*

Variat magnitudine. Nidulatur in ligno antiquo. Menſ. Iun. et Iul. ſaepe inueni in poſtibus feneſtrarum, et ianuis domeſticis exeuntem e factis foraminibus; ſed ruri etiam lectus in floribus.

Citatum ex Scopolio omnino delendum eſt, eiusdem Cantharis Ciſtelarum ſpecies videtur.

Ex ſpecimine, quod comparari licuit, figura noſtra, praecipue elytra, nimis lata ſunt. Inſectum ſingulare, quod nulla ratione, ne antennarum quidem, Dermeſtum generi annumerari poteſt. Potius Lagriis adiungatur, antennis tamen alienis, quadriarticulis, articulis tribus vltimis compreſſis, duobus triangularibus, vltimo ouali. An eidem generi, cui *Ptilinus teſtaceus*, annumerandum?

Hg.

(*p. 17.*)

31. *D. formicatus* fuſcus obſcurus, corpore quato laeui formicato, antennis longiſſimis: claua ſubulata. De Geer. 4. 216. 9. t. 8. f. 15. Villers Ent. 1. 57. 46.

Genus incertum, at facies *Dermeſtis*. Antennae claua elongata apice ſubulato, capite thoraceque paullo longiores. Hab. in truncis carioſis. Long. 2. lat. 1. et vltra.

* 32. *D. fuliginoſus* ouatus ater, antennis ferrugineis.

Statura et magnitudo *D. lardarii*. Totus ater, et veluti fuligine obductus. Antennae ſubruſae. Alae fuſceſcentes. Accedere videtur ad *D. atrum* Degeer. Inſ. t. 4. 223. 1. t. 18. f. 7. at differt colore aterrimo et ſtatura breuiori. Hab. in arborum carie frequens.

33.

Digitized by Google

33. *D. bicolor* oblongus niger, ſubtus teſtaceus, elytris ſtriatis. F. Sp. 64. 8.

♀ F. E. S. I. 1. 229. 10.

Herbſt. K. IV. p. 125. 6. t. 40. f. 6.

Statura *D. murini*, ſed paullo maior. Totus ſuperne niger, capite thoraceque praeſertim ad latera villis ſuluo luteis tectus; inferne teſtaceus. Elytra ſubſtriata. Hab. in truncis arborum exſiccatis.

* 34. *D. dubius* cyaneo-niger ſubhirtus, elytris rubris.

Inſectum forte noui generis. Primo intuitu *Cantharis*, aut *Lagria*, aut *Clerus* videtur. Corpus totum cyaneo-nigrum, elytris exceptis rubris. Statura *D. ſanguinicollis*, at paullo maior. Caput exſertum hiſpidulum. Palpi quatuor inaequales ſubfiliformes. Antennae porrectae, thorace breuiores, clauatae claua ex articulis tribus compoſita, primo et ſecundo apice oblique truncatis, extimo acuminato. Thorax rotundatus, emarginatus, punctulatus, ſubhirtus, lateribus poſticis paullulum reflexis. Elytra integra tenuiſſime punctulata, rubra, nitida, eiusdemque coloris elytrorum, *Boſtrichi Capucini.* Alae nigrae. Tarſi quatuor. Lectus iuxta ſepes in ſiluis April. m. Long. 4½. lat. 1.

(*p. 18.*)

XII. BOSTRICHVS.

35. *B. chalcographus* ater, elytris praemorſo-dentatis rufis. F. Sp. 68. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 365. 5. Panz. F. I. G. XV. 4.

Digitized by Google

C. H. v. Sierſtorpff über einige Inſektenarten, welche den Fichten vorzüglich ſchädlich ſind. etc. Helmſt. ap. Fleckeiſen. 1794. p. 56. §. 46-48. f. 12. et 11.

Duplo aut triplo minor *B. typographo.* Antennae teſtaceae. Corpus glabrum. Colore variat. Hab. ſub arborum cortice.

36. *B. pygmaeus* ater nitidus, elytris integris rufis, abdomine retuſo. F. Mant. 37. 11.

♀ F. E. S. I. 2. 367. 13.

Eccoptogaſter pygmaeus. Herbſt. K. t. 49. f. 2. b.

Habitat intra cortices arborum emortuarum.

37. *B. crenatus* glaber ater, elytris integris piceis, crenato-ſtriatis. F. Mant. 37. 10.

♀ F. E. S. I. 2. 366. 10. Panz. F. I. G. XV. 7.

Habitat in truncis arborum.

Primo vere magnam copiam huius inſecti in truncis Fraxini excelſioris reperi, quorum pleraque iam mortua erant. Aetate prouectis elytra nigra ſunt.

A caeterorum habitu non parum recedit, et, ni fallor, Boſtrichorum genus etiam nunc dirimendum et in plura diſtribuendum eſt, quamuis celeb. Fabricius Apates, et celeb. Herbſtius Eccoptogaſtri gentem ſeparauere. Habitus enim plurium a veris Boſtrichis, e. g. *B. typographo*, nimis diuerſus eſt. Hunc *B. crenatum* interea cum *Anthribo vario, ſcabroſoque*, et *Boſtricho vario* proprio genere, cui nomen *Anthribo* relictum eſt, coniunxi. *Anthribum* enim *Albinum, latiroſtrem* etc., vti iam in Fn. Etr. 141. 336. adnot. relatum eſt, genere *Platyſtomo* ſociaui. De reliquis, ſi locus mihi dabitur, videbo. Hg.

38.

Digitized by Google

(p. 19.)

38. *B. ligniperda* villoſus teſtaceus, corpore nigricante, tibiis quatuor poſticis ſerratis. F. Mant. 37. 12.

♀ F. E. S. I. 2. 367. 14.

C. H. v. Sierſtorpff l. c. p. 59. §. 51. 52. f. 14. 15.

Fabricius deſcribit. Hab. in ligno.

39. *B. varius* ſubuilloſus, corpore nigro, cinereoque vario. F. Sp. 64. 8.

Statura et magnitudo *B. piniperdae*, ſed paullo latior, et breuior. Antennarum claua acuminata. Hab. cum praecedentibus.

In Entomol. ſyſtem. Fabricii hunc Boſtrichum reperire nequeo, et haud dubie plane ea de cauſſa omiſſus videtur, quia in Mantiſſa 38. 15. pro eius nomine vitio typographico nomen *teſtaceus* exhibitus erat.

Caeterum confer, quae ſupra ad *B. crenatum* n. 37. monui. Hg.

* 40. *B. ater* glaber niger nitidus, elytris integris, antennis pedibusque rufis.

Statura *B. piniperdae*, at minor, et ab eo diſtinctus etiam colore magis atro, magisque glabro, laeui, nitido. Hab. in ligno.

XV. ANOBIVM.

* 41. *A. punctatum* griſeo-fuſcum, elytris ſtriatis, punctisque excauatis, thorace in medio gibboſo.

Ptinus punctatus griſeo-fuſcus, elytris ſtriatis punctisque excauatis. Degeer. Inſ. 4. 230. 3.

Statura omnino *A. pertinacis*, cuius forte varietas. Antennae fuſcae, tres articuli vltimi maiores. Thorax in medio gibbus, margineque poſtico parum reflexo. Elytra punctatoſtriata. Hab. in ligno.

(*p.* 20)

XVI. PTINVS.

* 42. *P. longipes* teſtaceo-flauus piloſus, antennis pedibusque longiſſimis.

Statura et magnitudo *P. Furis*. Totus teſtaceo-flauus piloſus, alatus. Antennae corpore fere duplo longiores. Oculi nigri. Thorax eleuatus, tuberculoſus. Elytra laeuia. Pedes longiſſimi. Hab. Florentiae.

* 43. *P. variegatus* thorace bituberculato, elytris nigris albo-faſciatis, antennis pedibusque cinereo nigroque variis.

Statura *P. Furis*, at fere duplo maior. Antennae corpore breuiores fuſcae, articulis apice cinereo-tomentoſis. Thorax bituberculatus, cinereo rufeſcens. Scutellum cinereum. Elytra nigra laeuia, nitida, punctato-ſtriata faſciis duabus, altera baſeos, altera apicis vndulatis candidis. Pectus, abdomen, pedes cinerei femoribus nigro-annulatis. Hab. Florentiae.

44. *P. Latro* thorace bidentato teſtaceus, immaculatus. F. Sp. 73. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 240. 7.

Statura et magnitudo *P. Furis*. Antennae longitudine corporis. Thorax anguſtus dentibus dorſalibus

ſalibus binis. Elytra punctato-ſtriata. Hab. in ligno.

Minime ſtatura eadem *P. Furis* eſt. *Fur* enim globoſus, *Latro* contra oblongus eſt. Hg.

(*p.* 21.)

XIX. SPHAERIDIVM.

45. *S. fimetarium* atrum immaculatum, elytris laeuiſſimis. F. Sp. 79. 9.

♀ F. E. S. I. 1. 240. 7.

Paruum et vix magnitudine ſeminis Oryzae. Statura oblongior quam in congeneribus. Totum atrum nitidiſſimum. Species quidem diſtincta, non varietas vti errore dictum in Fn. Etruſca. Hab. in ſtercore bouino rarius.

46. *S. pulicarium* nigrum oblongum, elytris abbreuiatis, abdomine acuto. F. Sp. 79. 12.

⊙ Linn. 2. 574. 33. et 2. 564. 24. Fn. Sv. 370. [435.] Geoffr. Rai.

♀ F. E. S. I. 1. 83. 30.

Synonymia Authorum errata *Derm. pulicarius* Linn. et *Anthribus* Geoffr. Inſ. 1. 308. 4. *Sph. pulicarium* non indicant. Corpus oblongo-globoſum, atrum, laeue, nitidiſſimum. Antennae tenues longitudine thoracis claua perfoliata. Elytra armato oculo vix marginata, abbreuiata. Abdomen apice acutum. Pedes ſubrufi. Saepe lectum hieme in truncis arborum emort. Long. $\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

47. *S. luteum* luteum, elytris pubeſcentibus laeuibus. F. Mant. App. 378. 3-4.

N. Veris. Fn. Etr. 1 63. 147. t. 2. f. 12. nomen delendum et huc referenda deſcriptio. Hab. medio vere in floribus Crataegi.

Sph. Colon. F. E. S. I. 1. 78. 4. mera varietas *S. lutei* videtur, ex ſpeciminibus, quae Dn. Paykull aliique benigniter mecum commmunicauere, Hoc *Sph. Colon* idem eſt, quod celeberrimus Herbſtius K. t. 43. f. 5. e. E. nomine *Strongylus 4-punctatus* depinxit. Hg.

XX. TRITOMA.

(*p. 22.*)

48. *T. bipuſtulata* atra, elytris macula laterali coccinea. F. Syſt. 68. 1.

Tritoma incerta. Fn. Etr. 1. 51. 119.

Synonymia *Geoffroyana* falſa, occaſionem in Fn. Etr. dubitandi praebuit. Hab. ſub arborum cortice. Mox lecta frequentior.

49. *T. ſericea* nigricans holoſericea, pedibus teſtaceis. F. Sp. 44. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 507. 8.

Statura et magnitudo *Cocc. minutiſſimae.* Corpus totum cinereo-holoſericum. Antennae, pedesque teſtacei. Hab. in arborum truncis.

Hanc cum aliis huius generis, de quibus inſerendis apto loco celeb. Fabricius l. c. ipſe dubitat, clariſſim. *Knochius* in proprium genus redegit, cui nomen *Ptomaphagus* dedit, quod a πτῶμα (lapſum quid h. l. corpus mortuum) et φάγω (comedo) ortum ducit, quia haec inſecta in cadaueribus reprehenduntur.

An Auctoris inſectum verum Fabricianum ſit, non decernam. Hg.

XXI. IPS.

* 50. *I. fallax* picea laeuis nitida: antennis pedibusque rufis. An

An *I. ruficornis* Oliuier.?

♀ *Lyctus nitidus*. F. E. S. I. 2. 505. 12?

Statura et facies omnino *I. taxicornis*. Fn. Etr. Herbſt. Arch. 21. ſed dimidio minor, et color elytrorum obſcurior. Antennae ad apicem tantum clauatae claua perfoliata, diuerſae ab antennis *I. taxicornis*, eam ab illa plane diſtinguunt. Hab. ſub corticibus.

* 51. *I. teſtacea* oblonga teſtacea immaculata.

Statura *I. crenatae*, et paullo oblongior. Corpus depreſſum, immaculatum. Antennae teſtaceae. Oculi nigri. Thorax ſubquadratus, teſtaceus ſulco medio impreſſo longitudinali obſoleto. Elytra laeuiſſima, et abdomen nigrum praecipue diſtinguunt a *N. ferruginea*. Lecta in arculis inſectorum.

(*p.* 23.)

* 52. *I. atra* atra, oblonga, nitida, elytris ſtriatis, thorace puncto vtrimque impreſſo, antennarum claua pedibusque ſubrufis.

Minor *I. crenata* et minus depreſſa. Antennae longitudine thoracis claua rufa piloſa. Thorax ater nitidus, latitudine elytrorum, emarginatus, punctulatus, punctoque vtrinque maiore excauato. Elytra atra nitida, ſubdepreſſa, laeuiter ſtriata. Pedes ſubrufi. Hab. in ligno putrido.

XXIV. SILPHA.

53. *S. laeuigata* atra, elytris laeuibus, ſubpunctatis. F. Sp. 87. 13.

☽ Rai. 90. 9.

♀ F. E. S. I. 1. 252. 14.

Hab. in hortis et ſiluis frequens. Long. 6. lat. 3.

Digitized by Google

Ill F. E. S. I. c. vitio typographico Sulz. t. 2. f. 6. pro t. 2. f. 16. positum est.

Raii citata pleraque inutilia sunt, nec insecti notitiae inseruiunt. Raius tamen a pluribus citatur, et h. l. etiam ab Auctore, qui antea numquam solebat. Sed eius verba apponamus ipsa: "9. Scarabaeus inter cadauera frequens, depressus, parum canaliculatus, vndique niger. Scapulae magnae sunt, sub quibus caput retrahit. Cauda parum vltra elytra extenditur. Iratus humorem atrum euomit. 9. Scarabaeus praecedenti similis, sed paullo maior, elytris laeuibus." Hunc posteriorem Auctor sane spectauit. Hg.

XXVI. NITIDVLA.

* 54. *N. maculata* testacea pubescens, elytris maculis tribus fuscis, pone medium transuersim positis.

Antennae longiusculae. Oculi nigri. Thorax subquadratus, angulis posticis acutis. Elytrorum maculae oblongae, obsoletae; in singulo elytro vna, et media futurae communi. Femora crassiuscula. Hab. sub corticibus rara. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

(*p. 24.*)

55. *N. strigata* ouata fusca, thoracis margine, elytris margine, lineola baseos, strigaque apicis fuluis. F. Mant. 51. 7.

♀ F. E. S. I. 1. 257. 9.

Strongylus strigatus. Herbst. K. t. 43. f. 7. g. G.

A Fabricio descripta est. Color elytrorum fusconiger lineolis fuluis circumscriptus, si illum oculi tantum aduertant, eleganter pictus apparet. Lecta Pisis in horti pariete.

56.

Digitized by Google

56. *N. discoidea* thorace marginato nigra, elytrorum disco ferrugineo. F. Sp. 92. 11.

♀ F. E. S. I. 1. 259. 19. Herbst. K. t. 53. f. 7. g. G.

Describit eam Fabricius. Antennae ferrugineae clava fusca. Pedes picei. Lectae duae in equi cadauere insepulto.

* 57. *N. chrysomeloides* obscure testacea subglobosa pubescens, elytris laeuibus, thorace vix obscurioribus.

Duplo maior *N. aestiua*. Corpus totum obscure testaceum. Antennae breuissimae admodum clauatae. Oculi nigri. Thorax laeuis, gibbus, latitudine elytrorum vix marginatus, et pube tenuissima, certo situ, ferrugineo micanti. Elytra gibba laeuia, vix pubescentia, thorace obscuriora. Habit. in ligno putrido. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

(*p. 25.*)

58. *N. haemorrhoidalis?* nigra elytris apice ferrugineis. F. Mant. 52. 12.

♀ F. E. S. I. 1. 259. 18?

Statura *N. Colon*, at vix minor. Caput, antennae, palpique rufi. Antennae huius generis, clava solida, breues. Palpi antici apice subclauato, et oblique truncato. Thorax niger margine antico et laterali rufo. Elytra laeuia, nigra, apice late rufa. Abdomen obscure nigrum. Pedes omnes rufi. Lecta sub corticibus mens. Mart.

XXVI. COCCINELLA.

59. *C. tripunctata* coleoptris rubris, punctis nigris tribus. F. Mant. 54. 17. Linn. Fn. 472? Villers Ent. 1. 75. 5.

Ea,

Ea, quae rariſſime occurrit apud nos, certe mera varietas eſt *C. 5-punctatae*, cui fortuito in elytris deeſt punctum poſticum marginale: reliqua omnia ſimilia. In *Fn. Etruſca* dubitatum, at errore calami, aut Typograph. irrepſit *praecedentis* pro *ſequentis*. Hab. in plantis.

Confer, quae ad *C. tripunctatam* Fn. Etr. p. 65. monui. Hg.

60. *C. nigrofaſciata* coleoptris rubris punctis nigris octo, faſcia media atra. Fn. Etr. 1. 66. 155.

Femina *C. 9-punctatae*, cum qua copula iunctam ſaepius reperi. Hab. in plantis.

61. *C. 23-punctata* coleoptris rubris, punctis nigris viginti tribus diſtinctis. F. Sp. 101. 46.

♀ Villers Ent. 1. 104. 25.

♀ F. E. S. I. 1. 281. 71.

C. impunctata var. 6. Herbſt. K. V. p. 3. 61.

Parua. Thorax ruber punctis tribus nigris. Elytra rubra. Puncta 3 nigra, dein 4, tum 3, vltimo, punctum transuerſum ex duobus connatum. Accedit punctum ſcutellare commune. Puncta omnia rotunda, diſtincta. Subtus etiam ruſa vna cum pedibus. Hab. in plantis.

(*p. 26.*)

62. *C. 12-punctata* coleoptris flauis, punctis nigris duodecim, extimis linearibus repandis. F. Sp. 98. 32.

♂ Villers Ent. 1. 100. 17. Fig. *Schaefferi.* non rite citata.

♀ F. E. S. I. 1. 278. 55.

Minuta. Thorax flauus, punctis maculisque duabus nigris. Elytra flaua. Puncta quinque nigra praeter

Digitized by Google

praeter exteriorem quaſi ex quatuor punctis connatum, lineare, repandum ad marginem exteriorem, inter primum et vltimum punctum. Sutura longitudinalis nigra. Subtus nigra tibiis flauis. Puncta thoracis variare videntur. In noſtris ſaepe duo ſunt baſeos compoſita ex aliis duobus. Hab. in hortis minus frequens.

63. *C. 14-maculata* coleoptris luteis: ſutura, punctisque quatuordecim nigris diſtinctis. F. Mant. 58. 57.

♀ F. E. S. I. 1. 279. 63.

Praecedente maior. Caput albidum. Thorax albidus, nigro-punctatus, fere vti in *C. 12-punctata*, ſed punctis plerumque diſtinctis. Elytra lutea punctis 3, 3, 1 anterioribus in ſemicirculo poſitis, diſtinctis, oblongis, praeter penultimum rotundum ſuturae proximum. Pedes lutei femoribus poſticis apice nigris. Hab. ruri ſat frequens.

64. *C. 14-guttata* coleoptris rufis, punctis albis quatuordecim. F. Sp. 102. 52.

⊙ Rai., Liſt.

☽ Scop. E. C. 248.

♀ F. E. S. I. 1. 284. 85. Herbſt. K. t. 59. f. 3.

Dantur aliae dimidio minores huic omnino ſimiles, quae ſane referendae ſunt ad *C. 12-guttatam* Geoffr. Pod. Schrank. E. I. 311. at quamuis elytrorum puncta ſint tantum duodecim, de varietate praecedentis dubito. Hab. in Salice frequens. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Thorax in *C. 14-guttata* proportione minor eſt quam in *12-guttata*. Guttae in *C. 14-guttata*, maiore, poſitae ſunt vtrinque hoc ordine: 1. ad ſcutellum, 3. transuerſim poſitae, marginali paullulum

lulum promota et maiore, 2, 1. — in *12-guttata*, minore: 1. ad ſcutellum, 2, cum ſequentibus 2, transuerſim oblique poſitae, vt a margine deſcendant ſuturam verſus, tandem. 1. — Magnitudo vtriusque ita variat, vt *12-guttatae* ſpecimina interdum *14-guttatae* ſpecimina minuta ſuperent. Hg.

(*p. 27.*)

65. *C. 14-puſtulata* coleoptris nigris, punctis albis quatuordecim. F. Sp. 106. 68.

♁ Schrank. E. I. 122. Villers Ent. 1. 114. 58.

♀ F. E. S. I. 1. 290. 111.

Statura et magnitudo *C. 2-punctatae*. Thorax niger puncto vtrinque marginali arcuato flauo; ſaepius tamen margo etiam anticus totus flaueſcit. Puncta elytrorum 2, 2, 2, 1 interdum flaua, interdum rubra. Hab. in floribus frequens.

XXVIII. CASSIDA.

66. *C. margaritacea* virens, elytris viridi-argenteis nitidis, capite pectore nigris. F. Mant. 63. 22.

♀ F. E. S. I. 1. 309. 8.

Statura *C. nebuloſae*, at paullo minor. Caput et pectus nigra. Abdomen, pedes antennaeque pallide viridia. Color elytrorum viridi-argenteus perit cum vita. Hab. apud nos ſat frequens.

Caſſidarum fere omnes colorem plus minusue, vita exuta, mutant, virides griſeo-luteae fieri, nobiles vero, qui ſtria metallica ſuperbiunt, hoc inſigne amittere ſolent. Id autem quum in his, tum in aliis eleutheratis, e. g. in *Crioceride merdigera* obſeruaui, colorem minus mutari, ſi acu transfixa tempore ſubinde morirentur, quam ſi igne aut

aut aqua feruida necarentur. Sed illa methodus animum durum poſcit. Hg.

(p. 28.)

XXX. CHRYSOMELA.

67. *C. Goettingenſis* ouata, atra, pedibus violaceis. F. Sp. 116. 2.

♂ Laichart. Inſ. Tyrol. 1. 143. 2. *C. coriaria.*

♀ F. E. S. I. 1. 309. 8.

C. haemoptera paullo maior, globoſior, obſcurior. Plantae ſubrufae. Hab. in Gramine frequens. Long. 4. lat. 2½.

Roeſelii citatum Inſ. 2. Scar. 3. t. 5. Auctor noſter dubium exhibet, cum tamen omnino delendum fuiſſet. In Fn. Etr. 80. 190. ad *C. Tanaceti* bene iam translatum erat. — Quomodo Laichartingii *C. coriaria* citari potuit, non video. Forte *C. haemoptera* Auct. eſt *Goettingenſis* F., et *C. Goettingenſis* illa *C. coriaria?* Hg.

68. *C. faſtuoſa* ouata aurea, coleoptris lineis tribus caeruleis. F. Sp. 124. 48.

♂ Schrank. E. I. 175. Gronou. Zooph. 561. Vill. Ent. 1. 122. 14.

♀ F. E. S. I. 1. 324. 80.

Aurato-virens fulgida. Linea caerulea longitudinalis in medio elytrorum, et vnica communis in ſutura. Alae rubrae. Colore admodum variat. Hab. in lamio albo, et vrticis frequens. Long. 3. lat. 1½. *

Variat

* Citatio *Geoffroyana*, quam authoritate *Linnaei* in ſynonymia *C. aeneae* dedimus, v. Fn. Etr. 1. 196. ad hanc referenda eſſe videtur: *C. aenea* enim hac maior eſt, et caret faſciis caeruleis: In *C. faſtuoſa* alae rubrae, in *C. aenea* nigrae: qua nota haec etiam diſtinguitur a *C. Graminis*, cui ſunt rubellae. *Add. Auct. ipſ.*

Variat colore cupreo aut viridi: faſciis ſemper caeruleis; interdum autem viridi-aenea eſt, absque vllo fere faſciarum rudimento. Hg.

(p. 29.)

* 69. *C. violacea* ouata violacea, antennis plantisque fuſcis.

C. violacea. Panzer. Journ. Allem.

♀ F. E. S. I. 1. 315. 39.

Statura et magnitudo fere *C. politae.* Tota laete violacea nitida, vnicolor. Thorax ac elytra punctulata punctis inordinate ſparſis. Antennae et plantae fuſcae. Raro inueni. Long. 3½. lat. 1⅔.

Conferantur adnotata ad *C. haemopteram.* Fn. Etr. 1. 79. 187. Hg.

* 70. *C. nigricornis* oblongo-ouata violacea, nitens; thoracis lateribus incraſſatis, prominulis, antennis nigris.

An *C. nitens,* Muſ. Lesk. p. 13. n. 261?

Statura ouata oblongior, quam in noſtratibus omnibus. Tota violacea nitida colore *C. Alni.* Antennae tantum nigrae et longiuſculae. Thorax fere latitudine elytrorum, antice excauatus, poſtice rotundatus, in medio conuexus, margine laterali craſſo prominulo. Elytra laeuia, vix ſubpunctata. Plantae fuſcae. Affinis *C. glorioſae,* at omnino diſtincta. Hab. Florentiae rara. Long. 4½. lat. 2. vix.

71. *C. glorioſa* ouata viridis nitida, elytris linea caerulea. F. Sp. App. 497.

♀ F. E. S. I. 1. 324. 82.

Duplo maior *C. faſtuoſa.* Color viridis nitens, linea vnica caerulea in medio elytrorum. Frons puncto impreſſa. Thorax latus. Elytra nonnihil vtrinque

que anguſtata, poſtice latibra. Antennarum articulus ultimus, plantaeque griſeo-fuſcae. Hab. apud nos rarior.

(p. 50)

* 72. *C. gemellata* viridis, punctis elytrorum per ſtrias gemellas digeſtis. Ent. Pariſ. 110. 22. *La Chryſom. à ſtries jumelles.*

Villers Ent. 1. 138. 68.

Statura et magnitudo fere *C. faſtuoſae.* Supra aeneo-viridis. Antennae nigrae. Thorax breuis laeuiſſimus lineola abbreuiata poſtica marginali. Elytra laeuia punctis duplici ordine quaſi in ſtrias gemellas inordinate digeſtis. Subtus aeneo-caeruleſcens plantis fuſcis. Alae albae. Hab. apud nos rarior. Long. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{2}$.

Variat magnitudine, vt nunc *C. laminam F.*, nunc *C. variantem F.* aequet; colore nunc fere nigro, nunc cyaneo, nunc orichalcico. Striarum in ſingulo elytro paria quatuor, atque ſtriam ſolitariam ſuturam legentem, in omnibus ſpeciminibus meis obſeruo, punctis nunc maioribus et rarioribus, nunc minutis ac denſis, quae ſtrias magis regulares fingunt. Celeb. Herbſtii *Chryſomelam orychalcam* Arch. p. 60. n. 43. t. 23. f. 22. allegarem, niſi ſeptem tantum ſtrias punctorum numeraret. Abdomen quoque numquam fuſcum, ſed, vti auctor monet, caeruleo-nigrum vidi. Hg.

73. *C. vulgatiſſima* oblonga caerulea, antennis baſi ferrugineis. F. Sp. 130. 79.

♂ Schrank. E. I. 126.

♀ *Galeruca vitellinae.* F. E. S. I. 2. 18. 22. var.

Corpus magis oblongum, quam ouatum. Antennae nigrae longiusculae. Thorax ſubquadra-

tus margine laterali saepius in medio nonnihil contracto, angulis posticis acutis. Elytra punctis longitudinaliter digestis. Hab. in salicibus frequentissima cum *C. vitellinae*.

74. *C. Armoraciae* ouata caeruleſcens nitida, subtus nigra. F. Sp. 127. 66.

♀ F. E. S. I. 1. 330. 112.

Similis *C. Betulae*, at corpore magis globoso. Abdominis apex obscure flaueſcit. Hab. in Armoracia, Plantagine, aliisque. Long. $1\frac{1}{3}$. lat. 1. vix.

Citatum Degeerii. Inſ. 5. 322. 25. falsum eſt, ad *C. Cochleariae F.* pertinens, quod elytra ab eo descripta punctato-striata probant. Forte eiusdem *C. Betulae* n. 24, quae a Fabricio et Auctore sub *C. Betulae* perperam citata erat, huc spectat. Hg. (*p. 31.*)

* 75. *C. pyritosa* fusco-aenea nitida, antennis crassiusculis, thorace laeui, elytris punctato-striatis.

Statura et magnitudo praecedentis. Antennae pone medium crassiusculae. Subtus etiam toto fusco-aenea. Differt a *C. Armoraciae* colore diuersissimo, et a *C. metallica* Fn. Etr. colore minus nitido, et forma thoracis antice latiori. Habit. in pratis siluaticis, mens. Mai. saepe lecta.

76. *C. ruficollis* oblonga viridi-aenea, thorace pedibusque rufis. F. Syst. Ent. App. 820.

♀ *Galeruca ruficollis.* F. E. S. I. 2. 13. 4.

Fabricius eam descripsit. Valde affinis *C. Polygoni*. Nonnulla indiuidua possideo capite toto ruso, et alia, quae forte referenda sunt ad *B. ruficollem*. F. Mant 55. Hab. in plantis non rara.

Digitized by Google

E deſcriptione Geoffroyi Inſ. 1. 263. 16, quod ad *C. ruficollem* allegari ſolet, *C. Polygoni* agnoſco, omnia enim quadrant. Mirari itaque poſſum, qua de cauſſa Auctor hoc citatum, quod ipſe iam ſub *C. Polygoni* exhibuerat, (Fn. Etr. 1. 87. 209.) h. l. iterum enumerat. Hg.

ALTICAE

ſaltatoriae femoribus poſticis incraſſatis.

77. *C. nemorum* ſaltatoria, atra, elytris flauis margine omni nigro. F. Sp. 136. 114.

♂ Scop. E. C. 215. Schrank. E. I. 154.

♀ *Galeruca nemorum.* F. E. S. I. 2. 34. 104.

Magnitudo maximi *Pulicis.* Thorax niger. Elytra flaua vndique margine nigro cincta. Pedes pallidi. Hab. in Pulmonaria, in Lepidio latifolio frequens, copioſa menſ. Mai.

(*p. 32.*)

* 78. *C. Pulex* ſaltatoria, nigro-aenea nitens, antennarum baſi tibiisque rufis.

An *C. Pulex.* Schrank. E. I. 160?

Magnitudo praecedentis et facies veri *Pulicis.* Oblonga, tota aeneo-nigra, nitens. Thorax, elytraque ſubtiliſſime, ac inordinate punctata. Tibiae tarſique rufi. Hab. in plantis minus frequens.

79. *C. violaceo-punctata* ſaltatoria, ouata, thorace punctato virescenti caeruleo, elytris violaceis punctato-ſtriatis, pedibus rufis. Degeer. Inſ. 5. 343. 48.

Magnitudo praecedentis, ſupra laete violacea, ſubtus nigra; antennae, pedesque rufi. Hab. in plantis.

* 80. *C. dorſalis* ſaltatoria, luteo-liuida, elytris ſutura nigra.

Statura *C. atricillae*. Antennae ſubluteae. Oculi nigri. Caput, thorax, ac elytra pallide-flaua. Elytra ſubpellucida laeuia, ſutura nigra. Abdomen et femora poſtica nigra. Tarſi pallidi. Variat pedibus anticis interdum totis pallidis. Hab. in Verbaſco non rara.

(*p. 33.*)

XXXI. CRYPTOCEPHALVS.

81. *C. Moraei* ater, elytris maculis duabus flauis marginalibus. F. Sp. 144. 37.

Fn. Etr. 1. 96. 235.

Habitat in Hyperico perforato. Menſ. Iun. ſub veſperum frequens copioſius, et ſaepe copula iunctus. Long. $1\frac{1}{3}$, 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Auctor obſeruata ſua eisdem verbis, quibus in Fn. Etr. l. c., iterum exhibet, ſed hunc Cryptocephalum copula iunctum ipſe cepi, at vtriusque ſexus maculae flauae erant. Schaeff. Ic. t. 30. f. 5., in Fn. Etr. plane omiſſa, h. l. rurſus citatur, ſigno interrogationis adiecto. Harrerus l. c. ed. 2. p. 135. n. 158. ad *C. bipuſtulatum* refert. Cum vero in muſeo Schaefferiano ſpecimen deeſſet, e quo effigies facta erat, certo iudicare non poterat. Suſpicatur, eam figuram ad *Chryſ. biguttatum* Schaller. Act. Hall. pertinere. Haec eadem eſt cum *C. Hübneri F.*, vti iam in Fn. Etr. 102. in adn. ad 247. monuimus. Sed potius figura, quae nullum maculae flauicantis veſtigium gerit, omnino praetermittatur. Schaeff. t. 238. f. 2. quoque allegata, ab Harrero l. c. ad *Crypt. 4-guttatum* Müll. relata eſt. Ab eodem Schaeff. Ic. t. 30. f. 7. ad *C. Moraei* refertur, quae omnium optime conuenit. Hg.

* 82.

* 82. *C. tricolor* niger, thorace atro, maculis ſex inaequalibus luteis, elytris rufis, punctis tribus nigris.

Statura et magnitudo *C. bipunctati.* Antennae nigrae thorace longiores. Caput nigrum intra thoracem reconditum. Thorax ater laeuiſſimus nitidus, maculis duabus in medio dorſi poſtice, obliquis maioribus; itemque duabus vtrinque ad marginem exteriorem fere contiguis, eademque parte ſimiliter emarginatis, luteis. Elytra rubra inordinate, ac ſubtiliſſime punctulata. In ſingulo ad baſin puncta duo rotunda, et aliud fere in medio elytri quaſi ex binis compoſitum nigra. Subtus totus niger. Miſſus ab illo ac egregio: Viro Com. Leopoldo Galli, qui Entomologiae etiam amantiſſimus, Inſecta multa in Etruria collegit, et beneuole mihi communicauit. Hab. Florentiae in montuoſis; frequens loco vulgo dicto *Monteſpertoli.*

Cryptocephali ſpecies, quae *C. cordato F.*, *diſtinguendo. Schneid.* et *varicgato Hybn.* affinis eſt. Specimen, quod habeo, in capite puncta duo flaua minuta habet. Caeterum deſcriptio bene congruit. Hg.

(*p. 34.*)

XXXII. CISTELA.

Ciſtela Gigas, et *Tenebrio dubius Fn. Etruſcae* ad nouum genus retulit *Cl. Oliuierus* ſub nomine *Ceb. longicornis* et *Ceb. breuicornis.*

CEBRIO.

Antennae filiformes ſubſerratae corpore paullo breuiores, 11-articulatae, articulo 2. 3-9. breuiſ-

ſimis. *Labium* ſuperius corneum breue, antice ciliatum. *Mandibulae* porrectae, corneae, arcuatae, ſimplices, rotundatae, ciliatae. *Labium* inferius breue, ſubcorneum, integrum. *Palpi* quatuor filiformes inaequales; anteriores longiores, quadriarticulati, articulo primo breuiori, aliis aequalibus, etc.

83. *C. longicornis* pubeſcens fuſcus, elytris, abdomine femoribusque teſtaceis. Oliu. Ent. p. 5. n. 1. t. 1. f. 1. a. b. c.

Ciſtela Gigas. Fn. Etr. 1. 107. 256.

Hab. Piſis et Florentiae non rarus.

84. *C. breuicornis* apterus teſtaceus mandibulis exſertis nigricantibus, antennis breuiſſimis. Oliu. Ent. 5. 12. 2. t. 1. f. 2. a. b. c.

Tenebrio? dubius Fn. Etr. 1. 583. t. 1. f. 2.

Hab. Florentiae et Piſis rariſſimus.

(*p. 35.*)

XXXIII. CRIOCERIS.

85. *C. Capreae* thorace nigro maculato, elytrisque griſeis, antennis nigris. F. Sp. 150. 4.

♀ *Galeruca Capreae.* F. E. S. 1. 2. 21. 40.

Abdomen et femora ante apicem nigra, tibiis tarſisque concoloribus. Hab. in Salice. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

Citatum e Degeerio Inſ. 5. 325. 30. tollendum videtur, quia cum ſpeciminibus noſtris *C. Capreae F.* non conuenit. Hg.

XXXV. LAGRIA.

86. *L. aenea* antennis ſerratis, hirta obſcure-aenea. F. Mant. 94. 23.

Deſcri-

Digitized by Google

Deſcribit eam Fabricius. Hab. in floribus frequens.

In Mantiſſa Fabricii, quae vitiis typographicis abundat, in Lagriarum genere duae ſpecies ſunt, quae *aeneae* vocantur, quarum prior p. 93. n. 1. *Dryops aeneu*, Ent. Syſt.; poſterior p. 94. n. 20. *L. metallica* Ent. Syſt. I. 2. 81. 15. facta eſt. Quam cum Fabricius Barbariae indigenam dicat, aliam credere licet. E breui certe deſcriptione, quam Fabricius exhibet, iudicare nolo, quamuis illa Lagria, quam Auctor ſpectat, etiam in noſtris regionibus, licet rariſſime, occurrat. In Fn. Etr. 38. 86. ad *Melyrin bimaculatum* iam monui, Lagrias huic *metallicae* ſimiles a *L. hirta* dirimendas eſſe, quod Oliuierius genere *Melyrium* feciſſe videtur. Hg.

* 87. *L. viridis* aeneo-viridis hirta, thorace marginato, antennis aeneis.

Praecedente minor. Tota aenea viridis nitida ad cyaneum vergens. Antennae aeneo-nitidae longitudine thoracis. Thorax lateribus, poſticeque marginatus, planiuſculus, ſeu minus quam in ſuperiore conuexus, hirtus. Elytra vti thorax aeneo-viridia punctulata marginata, minus hirta. Abdomen, et pedes toti elytris concolores. Variat magnitudine duplo minori, colore viridi-ſubaurato. Hab. in floribus frequens.

(*p. 36.*)

XL. CVRCVLIO.

* *Longiroſtres femoribus ſimplicibus.*

88. *C. Bardanae* longiroſtris cylindricus, griſeo-tomentoſus, pedibus anticis elongatis. I. Mant. 104. 84.

♀ F. E. S. I. 2. 418. 107.
C. cylindricus. Herbſt. Arch. IV. 71. 20.

Statura et magnitudo fere *C. paraplectici.* Iunior totus tomento-griſeo tectus, adultior niger, et glaber euadit. Elytra rotundata, obtuſa. Pedes anteriores parum elongati. F.

In hoc elytra ſubtiliſſime ac laeuiter punctato-ſtriato; in *C. puluerulento Scop.* qui forte eſt *C. anguſtatus F.* transuerſim rugoſa. Habit. in Arctio Lappa, aliisque plantis non rarus.

C. Bardanae F. qui magnitudine variat, ſaepius cum *C. anguſtato F.* confunditur, a quo tamen, vti Auctor bene monuit elytrorum ſculptura plane differt. Sed Dn. Roſſius ipſe Dn. Langio *C. Bardanae* ſpecimen nomine *C. anguſtati* miſit. Elytra *C. anguſtati* quidem transuerſim rugoſa ſunt, ſed nihilominus punctorum, nullo modo vero conniuentium, ſeries longitudinales obſcurae aſpiciuntur.

C. Bardanae ſaepius cinereo aſperſus occurrit, interdum vero flauicans eſt; imo ſpecimina vidi, cinerea quidem, ſed ſupra puluere ferrugineo tecta. Roſtrum longitudine variat. Hg.

* 89. *C. ſanguineus* longiroſtris cylindricus, ruber, oculorum ſupercilio, thoracisque lateribus flaueſcentibus.

Statura et magnitudo *C. Aſcanii*, at elytra apice obtuſa. Roſtrum thoracis longitudine, totum ſuperne ſanguineum, inferne cinereum. Antennae breues, fractae, cinereo-fuſcae. Caput ſanguineum, quod vbique inflectit. Oculi nigri ſupercilio flauo. Thorax laeuis ſanguineus, margine laterali flauo-lineato. Elytra laeuia, ſanguinea, apice obtu-

obtuſo. Sternum et abdomen cinerea. Pedes cinerei femoribus dilute ſanguineis. Color idem, qui in *Call. ſanguineo*, et cum in tenuiſſima pube conſiſtat, facile attritu deletur; et tunc niger euadit. Lectus Piſis in Verbaſci foliis d. 24. Mart. Long. a baſi roſtri ad apicem elytrorum 4. lat. 1.

C. Bardanae quidem eodem fere modo variat, vt hic Curculio deſcribitur; ſed vix coniicere auderem, Auctorem hanc varietatem ſeparaſſe, et ſpeciem peculiarem ex ea feciſſe. Hg.

(*p. 37.*)

90. *C. cupriroſtris* longiroſtris, oblongus, viridi-aeneus, elytris ſtriatis, roſtro cupreo. F. Mant. 100. 43.

♀ *Attelabus cupriroſtris*. F. E. S. I. 2. 289. 25?

Magnitudo *C. Granarii*. Corpus oblongum nitidum. Roſtrum arcuatum cupreum. Thorax viridi-aeneus, laeuiſſimus nitidus. Elytra ſubtiliſſime ſtriata, viridi-aenea nitida. Abdomen viride. Pedes fuſci. Habit. in Alno non rarus.

91. *C. caeruleſcens* longiroſtris, obſcure caeruleus; elytro ſingulo decemſtriato, roſtro deflexo. Schrank. E. I. 202.

C. caeruleſcens. Scop. E. C. 87.

♀ C. caeruleo-viridis nitens, thorace punctato, elytris ſtriatis. Geoffr. Inſ. 1. 284. 16.

C. viridis. Fourcroy Ent. Pariſ. 1. 120. 16.

Statura praecedentis, at latior. Roſtrum tenue longum, deflexum. Thorax excauato-punctatus, etiam inferius. Elytra ſubtiliſſime ſtriata ſtriis decem impunctatis. Femora mutica. Raro lectus. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Variat colore viridi et cyaneo. Statura *C. granario* nonnihil ſimilis. Hg.

Digitized by Google

* 92. *C. timidus* longiroſtris ater laeuis, nitidus: elytris ſubſtriatis, roſtro craſſiuſculo incuruo.

Magnitudo fere *C. Betulae*, at paullo oblongior, et corpore ouato globoſo. Totus ater nitidus. Roſtrum craſſiuſculum incuruatum antennis nigris. Thorax latus. Elytra ſubtiliſſime punctato-ſtriata. Femora inermia. Alatus. Hab. in pratis ſiluaticis frequens.

(*p. 38.*)

* 93. *C. perpenſus* longiroſtris, griſeo-fuſcus, thorace, elytrisque hiſpidis, cinereo nigroque obſolete punctatis.

Statura *C. Antirrhini* Fn. Etr. Roſtrum tenue, porrectum. Elytra ſtriata. Femora mutica. Tibiae teſtaceae. Hab. in ſiluis. Long. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

94. *C. Rumicis* longiroſtris, griſeus, nigro-nebuloſus, antennis fuſcis. F. Sp. 170. 55.

⊙ Rai.

♀ F. E. S. I. 2. 413. 86.

Magnitudo variat. Habit. in Rumice frequens. Long. 3. lat. 1.

Linnaei *C. Rumicis* Syſt. Nat. 2. 613. 60. Fn. Sv. 590. ob femora dentata huc non ſpectat. Hg.

* *C. infidus* longiroſtris, piceus, nitidus; thorace punctato, femoribus clauatis, compreſſis.

Statura *C. granarii*, cui valde affinis, at maior, et diſtinctiſſimus. Differt a *C. granario* praeter magnitudinem quae fere dupla, colore piceo nitidiore; roſtro magis porrecto; thorace diuerſimode punctato punctis rotundioribus. Elytra in hoc thorace longiora nitida, manifeſte punctato-ſtriata. Femora mutica, clauata claua compreſſa, imprimis

primis antica. Tibiae breues, compreſſae. Subtus concolor nitidus punctulatus. Hab. Piſis.

96. *C. cinctus* longiroſtris globoſus rufus, elytris ſtriatis faſcia transuerſa alba. Geoffr. Inſ. 1. 2. 89. 28.

C. Erythroleucos. Ed. Linn. 13.

Magnitudo *C. rufiroſtris.* Roſtrum tenue nigrum. Antennae ferrugineae claua apice cinereo. Hab. in plantis non frequens.

(*p. 39.*)

** *Longiroſtres femoribus dentatis.*

* 97. *C. binotatus* longiroſtris, fuſcus, elytris ſubdepreſſis, pone medium puncto albo notatis.

Statura *C. Colon*, at maior. Roſtrum mediocre craſſiuſculum carinatum longitudine thoracis. Thorax fuſcus, ſubcarinatus, linea laterali cinerea obſoleta. Elytra baſi ſubdepreſſa, obſolete punctato-ſtriata, fuſca, pone medium anguſtata, gibba, puncto vtrinque albo. Antennae pedesque fuſci femoribus ſubdentatis. Apterus. Color fuſcus in teſtaceum vergit. Habitat in ſilueſtribus paludoſis; hieme in truncis arborum putridis minime rarus.

Hic Curculio idem videtur, quem Schallerus. Act. Hall. I. p. 283. *C. capucinum* vocat, et vbi Schaeff. Ic. t. 160. allegat, quae certe potius hunc, quam *C. Colon F.* repraeſentat, ad quem ab Harrero relata eſt. Forte *C. binotatus* F. E. S. I. 2. 484. 379. huc referendus eſt? Hg.

* 98. *C. tigratus* longiroſtris? femoribus dentatis, brunneus fuluo-maculatus, thorace depreſſo carinato, elytris ſulcatis punctatisque.

Magni-

Magnitudo *C. Abietis*. Totus brunneus maculis laete ferrugineis aſperſus. Antennae fractae, piloſae, claua ſubrotunda craſſiuſcula. Roſtrum mediocre carinatum ſulcis tomento fuluo contectis. Thorax rotundatus, depreſſus, carinatus maculis faſciisque ferrugineis ordine diſpoſitis. Elytra ſulcata lineis eleuatis, abdominis latera admodum inuoluentia, coalita, fuluoque vndique maculata. Femora omnia dentata annulo fuluo. Inter ſingulos ſulcos ſtriae duae, punctorum impreſſorum. Hab. in ſiluis non frequens.

* 99. *C. bipuſtulatus* longiroſtris, femoribus dentatis niger, ſubpiloſus, elytris ſtriatis, plaga vtrinque ruſeſcente.

Statura *C. Verbaſci* quo paullo minor. Roſtrum tenue antennis nigris. Elytra late ſtriata, ſubpiloſa, maculam in medio gerentia inſignem rotundam ruſeſcentem. Femora dentata, craſſiuſcula. Lectus raro.

(*p.* 40.)

*** *Breuiroſtres femoribus muticis.*

* 100. *C. caneſcens* breuiroſtris, cinereus nitidus ſubpiloſus, elytris nigro maculatis.

Minor *C. incano*, et corpus magis ouatum, magisque globoſum. Caput cinereum roſtro craſſo breuiſſimo. Antennae breuiſſimae fractae cinereae claua ſubruſa. Thorax cinereus in medio obſcurior. Elytra cinerea ſubpiloſa, leuiter punctatoſtriata, punctisque inaequalibus nigris aſperſa, coalita, apiceque parum acuminato. Color totius corporis albido-cinereus nonnihil in aeneum vergens. Lectus pluries ſub arborum cortice tempore hiberno. Long. 4. lat. 1½. *101.

Digitized by Google

* 101. *C. caudatus* ouato-oblongus, thorace elytrisque ſcabris, apice acuminatis piloſis.

Maior *C. Armadillo*, et oblongior. Totus niger ſubobſcurus. Roſtrum breue, craſſum, biſulcatum, apice dilatatum. Antennae in medio fractae longiores. Thorax ac elytra punctis eleuatis ſcabra, eaque magnam partem abdominis obtegentia, minime ſtriata, apice acuminato, pilisque ſubferrugineis hirto, quaſi penicillato. Abdominis baſis inferne compreſſa, retuſa. Femora omnia clauata inermia. Alae nullae. Apex elytrorum nunc magis nunc minus piloſus. Dubitaui de *C. Nigrita*, ac deſcriptio minime conuenit, et ſpecies noua videtur. Hab. Florentiae. Long. 6. lat. 2. et vltra.

(*p. 41.*)

102. *C. coſtatus* breuiroſtris cinereus, thorace nigro: lineis quatuor cinereis. F. Mant. 115. 194. *C. bilineatus* Fn. Etr. 1. 116. 281.

Deſcriptio Fabriciana *C. coſtati* iterum exhibetur. Hab. in pratis frequens.

Confer adnotata ad *C. bilineatum*. Fn. Etr. l. c. Hg.

* 103. *C. Viator* breuiroſtris? niger, oblongus, thorace elytrisque ſquamoſo-aeneis ſubnitidis.

Magnitudo fere *C. pyri*, at ſtatura diſtinctus, et colore etiam minus nitido. Roſtrum mediocre craſſiuſculum longitudine thoracis. Antennae breues fractae fuſcae clava ſubcinerea. Thorax lateribus ſquamoſo-aeneis obſcuris. Elytra mutica. Ademta pube aeneo-rufeſcente totus niger apparet. Lectus Piſis. Long. 2½. lat. 1.

104. *C. Scabriculus* breuiroſtris, corpore cinereo hiſpido. F. Sp. 189. 159.

Digitized by Google

♀ F. E. S. I. 2. 469. 313.
C. Viuerra. Herbſt. Arch. 4. 83. 77.

Magnitudo *C. ceruini.* Totus cinereus. Roſtrum breue canaliculatum. Antennae craſſiuſculae vix longitudine roſtri. Elytra ſtriata hiſpida, praeſertim poſtice. Femora inermia. Raro lectus in locis arenoſis Piſani nemoris. Long. $1\frac{1}{4}$. lat. 1. vix.

In Fauna Etruſca I. 138. 334. Herbſtii Arch. t. 45. f. 7. allegaui, quod citatum tamen delendum eſt, cum ad *hirſutulum* F. E. S. I. 2. 468. 312. pertineat. *C. Viuerra.* Herbſt. l. c. contra huic annumerandus eſt. Hg.

(*p. 42.*)

* 105. *C. breuiroſtris* breuiroſtris, ater, ſubnitidus, elytris punctato-ſulcatis, roſtro latitudine capitis.

Paullo maior *C. granario,* a quo praecipue differt thorace elytris breuiore, roſtro breuiſſimo craſſo latitudine capitis. Ater nitidus, ſed minime lucens, glaberrimus. Antennae breuiſſimae, nigrae apice cinereo. Caput punctulatum, at reſpectu thoracis laeue. Thorax excauato-punctatus. Elytra punctato-ſulcata, connata. Femora ſubclauata inermia. Hab. in agro Piſano.

* 106. *C. limoſus* breuiroſtris, niger obſcurus, thorace elytrisque limo exſiccato obductis, antennis rufis.

An *C. lutoſus.* Muſ. Lesk. p. 22. n. 482?
Statura *C. lineati,* quo duplo maior. Niger, ſed totus ſemper cruſta terrea contectus. Roſtrum breue, craſſum, nigrum. Antennae rufae claua fuſco-nigra. Thorax ſubgloboſus. Elytra ademto limo nigra ſtriata. Femora mutica: antica ſubclauata.

Abdo-

Digitized by Google

Abdomen cineraſcens. Hab. Florentiae et Piſis ſat frequens.

* 107. *C. viſus* breuiroſtris, fuſcus, elytris faſciis duabus marginalibus cinereis, antennis, pedibusque teſtaceis.

Medius inter *C. lineatum* et *C. argentatum*. Antennae fractae teſtaceae claua obſcuriori, apice cinereo. Roſtrum breuiſſimum. Caput et thorax tomento flauo lucido ſubaureo-tecta. Elytra conuexa ſtriata, flauo-tomentoſa dorſo fuſco, faſciis duabus cinereis, prima obliqua prorſus marginali; altera apicis vsque ad ſuturam producta. Abdomen fuſco nitidum, Pectus macula vtrinque cinerea. Pedes teſtacei tenues, femoribus muticis, et verſus apicem cinereo-annulatis. Alatus. Hab. in plantis non rarus.

(*p.* 43.)

* 108. *C. Armadillo* breuiroſtris, femoribus ſubdentatis, niger, elytris crenato-ſtriatis, ſtriarum foſſulis cinereo-flaueſcentibus.

Corpus ouato-globoſum nigrum. Antennae fractae articulo primo praelongo. Roſtrum breue craſſum biſulcatum. Thorax ſubrotundus punctis eleuatis ſcaber. Elytra connata, admodum conuexa, crenato-ſtriata pilis ſordide cinereis breuiſſimis in ſtriarum foueolis hinc inde aſperſa, vnde cinereo veluti puluere inquinata apparent. Femora clauata ſubdentata. Alae nullae.

Deſcriptio *C. Nigritae* Fn. Etr. 141. 340. ad hunc, male pro *C. Nigrita* aſſumtum, referenda. Hab. in ſiluis frequens. Long. 4¼. lat. 3¼.

199. *C. ſulcatus* breuiroſtris, femoribus dentatis ater, elytris ſtriatis, ferrugineo-maculatis. F. Sp. 197. 212.

♀ F. E. S. I. 2. 485. 382.

C. griſeopunctatus. Degeer. 5. 350. 9?

Femora omnia apice clauata, poſtice etiam acute dentata. Differt a *C. Armadillo* praeſertim ſtatura oblongiori, et macularum colore non ſordide cinereo, ſed ferrugineo-flaueſcente. Elytra crenato-ſtriata. Magnitudine variat. Raro lectus hieme ſub arborum cortice.

XLI. RHINOMACER.

110. *R. Brentoides* glaber piceus, thorace punctato, elytris punctato-ſtriatis. D. D'Antic Fn. Etr. I. 144. 347. t. 3. f. 14.

Pimelia anguſtata. F. Sp. 320. 24. Mant. 209. 28? Hab. ſub arborum cortice obuius.

Citatum e Fabricio, in Fn. Etr. l. c. a me quoque probatum, delendum eſt, quia aliud omnino diuerſum inſectum deſignat, quod, in Tranquebaria captum, amicus meus *Daldorfius* mecum communicauit. Comparationem amborum, primo intuitu ſimilium, adiiciam.

Habitus idem quidem in vtroque, hinc eidem annumeranda ſunt generi; *P. anguſtata F.* autem, vt e multis ſpeciminibus iudicare licet, paullo longior, ſemper vero duplo craſſior eſt. In *Rh. Brentoide Roſſ.* caput latitudine longius eſt, in *P. anguſtata F.* autem tertia parte latius. Idem de thorace obſeruatur, qui in poſteriore multo latior et depreſſus, in priore longior atque ſubcylindricus eſt. Caeterum caput et thorax vtriusque punctatus eſt, punctis in *Rh. Brent.* multo maioribus et rarioribus,

bus, in *P. anguſt.* autem minimis atque contiguis. *P. anguſtatae* thorax antice fere eandem latitudinem habet cum elytris, in *Rh. Brent.* autem dimidia parte anguſtior eſt. Elytra huius gibba; ſtriarumque puncta admodum profunda ſunt, quae in *P. anguſtata* vix oculo armato conſpiciuntur. Pedes in hac nigri, nec picei ſunt,

Hic locus dictum noſtrum, ſaepius vſitatum, confirmat: Ex patria admodum diuerſa, inſecta in figuris et deſcriptionibus ſimilia, tamen diuerſa iudicanda eſſe. Hg.

(*p.* 44.)

XLII. ATTELABVS.

* 111. *A. bicolor* cupreus, hirtus, elytris ſaturate teſtaceis.

Statura et magnitudo *A. pubeſcentis*, at paullo latior. Roſtrum tenue elongatum longitudine fere dupla thoracis, ſubrufum, apice dilatato, bifido. Antennae ſubrufae, recte moniliformes, medio roſtri inſidentes, claua fuſca. Oculi prominuli nigri. Caput, thorax, abdomen, femora cuprea, quaſi ſubaurata hirta. Thorax punctulatus. Elytra punctato-ſtriata hirta ſaturate teſtacea. Tibiae ſubrufae. Hab. Florentiae rarus.

XLIII. CLERVS.

* 112. *C. vniuittatus* niger, elytris faſcia media vnica alba.

Statura *C. vnifaſciati*, at paullo minor. Antennae nigrae baſi ferrugineae. Caput thoraxque nigra piloſa, minus tamen quam in *C. vnifaſciato.*

Elytra nigra, nitida, ſtriato-punctata, faſcia media recta vnica alba. Abdomen nigrum. Pedes ferruginei femoribus nigris. Alae fuſceſcentes. Hab. Piſis rarus.

(*p. 45.*)

XLIV. NOTOXVS.

* 113. *N. trifaſciatus* thorace in cornu ſupra caput protenſo, elytris trifaſciatis. Fn. Etr. 1. 149. 354. β. t. 2. f. 14.

Notoxus, quem habet *Io. Mordeus* Vpl. Nou. Sp. Inſ. 1789. ab hoc diuerſus. Noſter in Suecia non habitat.

Statura et habitu omnino ſimilis *N. Monocero*, at ſpecies ſane diſtincta. Differt magnitudine paullo minori; elytris nigro trifaſciatis; abdomine fuſco. Elytrorum apex faſcia nigra terminatus. — Habitat menſ. Inn. et Iul. in Saſice, Bignonia radic. aliisque plantis frequens copioſus. Amare videtur folia glabra vmbraque tecta, quae velociter curſitando huc, illuc percurrit.

* 114. *N. pedeſtris* niger thorace elongato ruſo, elytris pubeſcentibus, puncto vtrinque baſeos ſubruſo.

Carabus pedeſtris. Fn. Etr. 1. 270. 557.

♀ *N. thoracicus.* Schneideri ap. Panz. Fn. Inſ. Germ. XXIII. 6.

Proximus Cantharidi *Geoffr. 1. 344. 8. La Cantharide fourmi*, quae forte huius generis.

Magnitudo *N. trifaſciati.* Antennae nigrae filiformes longitudine dimidii corporis, articulis breuibus vltimo oblongo acuminato. Palpi quatuor ſecuri-

ſecuriformes nigri. Caput paullulum a thorace remotum collo tenuiſſimo, nigrum nitidum defleXum, et conformatum vt in *N. monocero*, ac *trifaſciato*. Thorax elongatus rotundatus, antice latior latitudine capitis, poſtice anguſtatus, punctulatus rufus. Elytra integra conuexa, thorace duplo latiora, poſtice praeſertim albo pubeſcentia, nigra, puncto baſeos vtrinque ſubrufo. Pedes nigri femorum baſi tenui ferruginea. Alae albae. Hab. in terra, arena, ligno puteſcente frequens. Long. 1½. lat. ½.

Citatum e Geoffroyo exhibitum, ad *N. floralem F.* pertinet. Hic adnotandum eſt, quod in Fn. Etr. 1115. 279. apud *Lagriam floralem* omiſimus, *N. floralem Fabr.* numquam maculis duabus ouatis transuerſis parallelis occurrere, vt ibi deſcribitur, ſed elytra nigricantia, baſin verſus rufa eſſe, qualia Geoffroyus l. c. deſcripſit. *N. floralis Auct.*, *N. antherini* eiusdem varietas iunior videtur, colore nigro adhuc fuſco? *Meloe floralis Linn.* eadem videtur cum *L. florali Roſſ.* Celeberrimus Fabricius itaque in Ent. Syſt. I. 1. 212. 10. optime id citatum incertum exhibet; plane potius tollendum videtur. Caeterum *N. floralis F.* citatis Schrankii *Meloe pedicularius.* En. Inſ. Auſtr. 422. adiici poteſt. De citato e *Panzeri Fn. Inſ. Germ.* adiecto, non dubito, ipſe enim e Vindobona Notoxum accepi, qui non magis cum figura data, quam cum deſcriptione Roſſii quadrat. — Recte quaerere videor, cur Auctor *Lagriam antherinam* atque *floralem* Faunae, his Notoxis non annumeraret, quibus tamen ſtatura proximae ſunt. Hg.

(p. 46.)

* 115. *N. cinctellus* niger, thorace elongato, elytris macula vtrinque baſeos, cruceque poſtica ſuturae communi ſubruſis.

Statura magis, quam in praecedente cylindrica, et paullo minor. Caput nigrum thorace vix latior. Palpi antennaeque nigrae. Thorax niger antice rotundatus, poſtice nonnihil anguſtatus, emarginatus, vix latitudine longior. Elytra thorace duplo latiora, minutiſſime punctata, integra conuexa, nigra, macula ad baſin vtrinque fere trigona, poſticeque cruce ad ſuturam communi ſaturate teſtaceis notata. Baſis ad ſcutellum, atque apex nigra. Abdomen nigrum. Pedes nigri tibiis pallide ferrugineis. Elytra paullo minus quam in praecedente conuexa. Hab. ſub corticibus rarus.

Huius Notoxi deſcriptio exacte cum *N. antherino F.* congruere videretur, niſi hic iam in Fn. Etr. exhibitus eſſet. Hic adnotandum eſt, figuram Panzeri Fn. Inſ. Germ. XI. 14. in elytrorum pictura non ſatis conuenire, certe varietatem deſignare, cum fascia poſterior rubra tam lata ſit, vt elytrorum apicem totum occupet, et in ſingulo elytro maculam nigram mediam circumdet. Hg.

* 116. *N. hiſpidus* niger hiſpidus, tibiis antennisque teſtaceo-pallidis, elytris macula baſeos flaua.

Facies *N. pedeſtris*, at paullo minor. Antennae teſtaceo-fuſcae moniliformes. Caput nigrum, nitidum, deflexum, punctulatum, latitudine thoracis. Oculi prominuli. Thorax niger hiſpidus, admodum conuexus, ſubgloboſus. Elytra obſcu-

re

re nigra hirſutiſſima, integra, macula magna baſeos flaueſcente. Subtus totus niger hiſpidus, demtis tibiis pallide teſtaceis. Alatus. Lectus ſub foliis disiectis.

* 117. *N. Myrmicocephalus* ferrugineus, laeuis, glaber, capite thorace latiore, elytris apice obtuſis.

Statura et magnitudo *N. pedeſtris*. Caput magnum obſcure ferrugineum. Palpi, antennaeque ferrugineae apice craſſiori vti in praecedente. Thorax ferrugineus, elongatus, capite anguſtior, conuexus, ſubpunctatus. Elytra ferruginea laeuia conuexa integra, apice obtuſo. Subtus ferrugineus abdomine obſcuriori. Alae albae. Habitat - - -

(*p. 47.*)

* 118. *N. hiſpidulus* hiſpidus, thorace, elytrisque obſcure teſtaceis, capite punctulato nigerrimo.

Statura et magnitudo *N. Non plus vltra*. Antennae, palpique teſtacei. Caput nigerrimum punctulatum, latitudine thoracis. Thorax anguſtus, elongatus, conuexus, fere cylindricus, immarginatus, punctulatus, obſcure teſtaceus, piloſus. Elytra teſtacea piloſa, integra, punctulata. Subtus omnino obſcure teſtaceus. Differt a *N. Non plus vltra*, colore, forma thoracis anguſtiori, magisque elongata, capite nigro, ac hirſutia magis conſpicua. Hab. ſub arborum cortice hieme.

* 119. *N. Non plus vltra* flauus, oculis nigris, elytris antennisque piloſis ſubclauatis.

Carabus Non plus vltra. Fn. Etr. 1. 272. 566. Pediculo aequalis corpore toto flauo. Statura et habitus praecedentium. Antennae ad apicem craſſiores articulis fere rotundis, approximatis piloſis,

vltimo maiore acuminato. Thorax minus quam in ſuperioribus elongatus, conuexus praeſertim baſi. Elytra punctulata, piloſa. Hab. in quisquiliis non frequens.

Libenter *N. minutum.* Panz. Fn, Inſ. Germ. XXIII. 5. allegarem, et huic citato *Pſelaphum Hellwigii.* Herbſt. Kaef. t. 39. f. 12. a. adiungerem. Hg.

* 120. *N. tenuicollis* laeuis, capite thoraceque nigris, antennis elytrisque obſcure teſtaceis, pedibus pallidis.

Duplo minor *N. pedeſtre.* Corpus totum tenuiſſima pube ſubobſcurum. Antennae longiusculae filiformes, apice vix craſſiores obſcure teſtaceae. Caput nigrum thorace fere maius. Thorax conuexus rotundatus, poſtice paullo anguſtior, niger. Elytra integra, laeuia, capite thoraceque longiora teſtaceo-fuſca. Abdomen nigrum. Pedes pallidi. Alae albae. Lectus tempore hiberno ſub corticibus, at aeſtate etiam in plantis.

(*p.* 48.)

* 121. *N. 4-guttatus* hiſpidus, antennis pedibusque teſtaceis, elytris maculis quatuor obſcure flauis.

Statura praecedentis, magnitudo *N. trifaſciati.* Palpi, antennaeque obſcure teſtaceae. Caput nigrum hirtum. Thorax ſubgloboſus, minus elongatus, poſtice vix anguſtior, latitudine capitis, punctulatus, niger, hirtus. Elytra integra hirta, tenuiſſime punctulata, baſi nigra, mox macula vtrinque obſcure flaua fere marginem attingente, dein faſcia nigra, tum macula altera minori obſcure flaua rotunda, apice denique nigro. Abdomen nigrum. Pedes teſtacei.

Aliud

Aliud ſpecimen habeo quod differt a praecedente palpis, antennis pedibusque nigris; elytris maculis quatuor ſubrufis, paullo maioribus, quaſi in faſciam connatis, corpore non hiſpido, ſed pubeſcente. An ſatis diſtinctus?

Occurrit cum aliis.

* 122. *N. bifaſciatus* glaber, nitidus, thorace antice nigro, poſtice ferrugineo, elytris nigris, faſciis duabus luteis in medio interruptis.

Habitus ac ſtatura fere *N. cinctelli*, at dimidio minor. Caput nigrum laeue, nitidiſſimum. Palpi, antennaeque ferrugineae. Thorax capite paullo minor, elongatus, conuexus, poſtice nonnihil anguſtatus, forma magis cylindrica, laeuis, nitidus, antice niger, poſtice ferrugineus. Elytra laeuia, nitida, punctulata, nigra, faſciis duabus luteis in medio late interruptis, ſeu maculis quatuor luteis, binis prope baſin, et binis pone medium notata: hae maculae tamen marginem exteriorem attingunt, et apex ſummus ad ſuturam flaueſcit. Pedes ferruginei femoribus apice nigris. Lectus ſub arborum cortice Mart. m. *

N. nectarino. Panz. Fn. Inſ. Germ. XXIII. 7. affinis videtur. Hg.

* Ad ſpecies *Notaxi* quod attinet ſupra relatas, monendum, ſummam differentiam conſiſtere in antennis articulis tribus vltimis craſſioribus; reliquum, palpi in omnibus ſecuriformes, omniumque facies, ac habitus idem; qui in *N. pedeſtre*, peritiorum etiam ſententia habito pro vero Notoxo. Etſi tamen de affinitate inter eos maxime dubitari nequeat, ſi in aliquem ex deſcriptis, fortaſſe generis error irrepſerit, gratia praeſertim impotentiae eos rectius examinandi, (cum nonnulli in Sueciam miſſi ad conſulendum D. de Paykull. caſu perierint,) indulgeant mihi Entomologi. *Adnot. Auct. ipſ.*

Digitized by Google

(p. 49.)

XLVII. CERAMBYX.

123. *C. fasciculatus* thorace spinoso, elytris integris, punctis tribus hispidis, antennis mediocribus hirtis. F. Mant. 134. 37.

♀ F. E. S. I. 2. 262. 39. Panz. F. I. G. XIV. 15. Degeer. Inf. 5. 71. 9. t. 3. f. 17.

Paullo maior *C. hispido*. Antennae longitudine corporis, articulis basi cinereis, apice fuscis, hirtae. Caput et thorax fusca. hirta. Elytra fusca hirta lineolis eleuatis; versus basin pallidiora, quasi fasciata fascia ad marginem exteriorem diducta vsque ad elytri basin, fasciculis, seu punctis tribus nigris hispidis, apice omnino integra. Pectus et abdomen cinerea. Pedes grisei. Raro lectus. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$ vix.

Confer, quae ad *C. hispidum* Fn. Etr. 1. 153. 361. adnotata sunt. Hg.

(p. 50.)

XLVIII. LAMIA.

124. *L. vnifasciata* thorace inermi ouato, sordide nigro, elytris fuscis nigro-punctatis, fascia media atra flexuosa flauo-marginata. Fn. Etr. 1. 147. 370. t. 1. f. 5.

Cerambyx fasciatus. Villers Ent. 1. 239. 38. videtur omnino diuersus, vti figura *Schaefferi* ab eo citata apertissime ostendit. Thorax in meis speciminibus nullo modo spinosus. Elytrorum fascia non fusca, sed atra et flexuosa. Hab. sub arborum cortice rara.

Schaefferi Ic. t. 192. f. 9., a Villers citata, *C. griseum* F. E. S. I. 2. 261. 37. designare videtur, qui

qui in muſeis quoque nomine *C. longicornis Schneiderі* occurrit, et cuius effigiem optimam Celeb. Panzerus in Fn. Inſ. Germ. XIV. 14. dedit. *C. faſciatus Villers* itaque, ex citato, *C. griſeus F.* videtur. Hg.

LII. SAPERDA.

125. *S. erythrocephala* thorace rotundato villoſo, ruſa, antennis, pectore elytrisque nigris. F. Mant. 148. 13.

♂ Herbſt. ap. Fuesly. Arch. Inſ. 5. t. 26. f. 3. Villers Ent. 1. 243. 51. t. 1. f. 28.

♀ F. E. S. I. 2. 311. 19.

Media inter *S. oculatam* et *cylindricam;* ſtatura eadem. Caput ruſum maxillis antennisque nigris mediocribus. Thorax cylindricus villoſus ruſus, margine antico et poſtico nigris. Elytra glabra cinereo-nigra colore elytrorum *S. oculatae*, eodemque modo punctulata. Pectus nigricans. Abdomen ruſum macula magna baſeos nigra. Pedes ruſi. Alae nigrae. Lecta in ſepibus menſ. Iun.

Thoracem interdum totum fere nigrum eſſe, iam Schrankius et Herbſtius adnotauere. Minores thorace nigro eſſe ſolent, macula poſteriore ruſa. Hg.

(*p. 51.*)

126. *S. linearis* cylindrica nigra, pedibus luteis, antennis mediocribus. F. Sp. 232. 6.

♂ Herbſt, ap. Fuesly. Arch. Inſ. 5. t. 26. f. 1. Schaeff. Ic. t. 55. f. 6.

♀ F. E. S. I. 2. 309. 12. Panz. F. I. G. VI. 14. Roeſel. Inſ. 2. Scar. 2. t. 3.

Paullo maior *S. cylindrica*, et magis nigra. Abdominis dorſum ſupra teſtaceum. Saepe lecta ruri in floribus.

Digitized by Google

Duplo maior eſt *S. cylindrica*. De citato Roeſelii confer Fn. Etr. 1. 164. 374. adnot. Hg.

127. *S. lineola* nigra, thoracis linea dorſali, femoribusque apice rufis. F. Sp. 235. 26.

♂ Herbſt. ap Fuesly. Arch. Inſ. 5. t. 26. f. 4.

♀ F. E. S. I. 2. 318. 53.

Statura *S. cylindricae*, at paullo minor. Nigra villoſula: Antennae longitudine corporis, apice non attenuatae nigrae. Linea rubra in dorſo thoracis. Elytra concoloria. Abdominis apex, femora omnia apice, vti et tibiae anticae rubra. Variat abdomine, pedibus ſecundi et tertii paris totis nigris; femina. Hab. in pratis ſiluaticis menſ. Iun. non frequens.

LIII. CALLIDIVM.

128. *C. Salicis* thorace tuberculato ſpinoſoque rufum, pectore elytrisque nigris. F. Mant. 154. 38.

Generis in hoc Inſecto incertitudo, ſummaque apud nos raritas, cum vnum tantum ſpecimen habuerim colore antennarum, elytrorumque paullulum diuerſum a *C. Salicis F.* occaſionem dedit mihi aſſumendi in *Fn. Etruſca* 1. 163. 373. t. 1. f. 4. pro noua ſpecie. Ad hoc igitur referantur deſcriptio, et figura l. c. exhibitae, et falſum *R. Etruſci* nomen deleatur. Videtur *Stenocorus*. Lectum Florentiae.

Inſecta quaedam ſingulari fortuna vtuntur, quod eadem fere tempeſtate a pluribus deſcribuntur et nomine donantur. E quorum numero etiam hoc inſectum eſt. Fabricius, Herbſtius, Schrankius, Laichar-

Laichartingius, Roſſius, ſingulus alio nomine hoc inſectum deſignauere. Commodum imo nouum citatum, a nullo, quod ſciam, adhibitum, video: *Cerambyx glaucopterus*. Schaller, Act. Hallenſ. I. p. 294. t. 1. f. 4., qui varietatem illam deſcripſit, cui elytra *griſeo-teſtacea* ſunt, cuius mentionem in Fn. Etr. l. c. feci, ſed et elytra interdum nigra eſſe commemorat. Hg.

(*p.* 52.)

129. *C. clauipes* nigrum opacum, femoribus omnibus clauatis, antennis longioribus. F. Sp. 236. 4.

♂ Herbſt. ap. Fuesly, Arch. Inſ. 5. t. 26. f. 9.

♀ F. E. S. I. 2. 320.

Statura et magnitudo *C. Baiuli*. Nigrum opacum. Antennae in noſtris (ſortaſſe feminis) corpore paullo breuiores, craſſae, articulis apice interno ſpina terminatis. Thorax ſubrotundus, depreſſus, vti totum corpus. Femora omnia valde clauata. Alae fuſcae. Hab. in ſiluis rarum. Long. 8. lat. 2½.

Antennarum longitudo variat. Specimen maius, quod feminam habeo, antennis aliquanto longioribus eſt, quam aliud, multo minus. Hg.

130. *C. variabile* thorace glabro, corpore fuſco-aeneo, antennis pedibusque fuſcis.

Simile *C. violaceo*, ſed minus. Variat colore: alterum violaceum; thorax ſubferrugineus, pedes ferruginei, femora clauata, nigra. Alterum thorace elytrisque liuidis, femoribus ſimilibus. Fn. Sv. 669. Hab. in Pinetis. Long. 4½. lat. 1.

Conferantur adnotata mea ad *C. Fennicum*. Fn. Etr. 1. 170. 384. Confiteor, me diſcernere non poſſe, vtrum Auctor ſub *C. variabili* ſuo, *C. Fennicum* F.

F. an *C. aeneum* Herbſtii ſpectet. Prius tamen potius credo, quia Linnaei deſcriptionem *C. variabilis L.* appoſuit, quod tamen idem cum *C. Fennico F.* videtur. Hg.

131. *C. gibboſum* thorace rotundato nigrum, elytris cinereo-faſciatis, baſi bituberculatis, apice acuminatis. F. Mant. 156. 62.

Noſtrum Inſectum variare in multis videtur a *C. gibboſo F.* Vtrum ſit noua ſpecies, a deſcriptione periti iudicabunt. Statura *C. myſtici*, at fere dimidio minus. Antennae corpore paullo breuiores, ſubpiloſae, articulis baſi obſolete cinereis, apice ferrugineo-fuſcis, ſpinaque laterali parum perſpicua inſtructis. Caput et thorax nigra obſcura immaculata tomentoſa, vti totum corpus. Thorax non tantum rotundatus, ſed globoſus, et in medio valde conuexus. Elytra baſi obſcure nigra, et prope futuram vtrinque valde tuberculoſa fere vti etiam in *C. myſtico* obſeruantur. In medio elytrorum faſcia terminat lata cinerea, cui ſuperius incumbit ſtriga linearis arcuata nigra: mox ſequitur faſcia atra latitudine praecedentis cinereae: et demum aequale ſpatium terminat elytra apice obtruncato, et in ſpinam validam margine extero excurrente. Pedes fuſco-nigri tarſis ſubferrugineis. Lectum in montuoſis. Long. 4. lat. ¾.

Fabricii *C. gibboſum*, e deſcriptione Oliuierii, tamen idem videtur. Varietatem *C. Maſſilienſis F.*, ſeu *Achilleae* Schneideri, habeo, quae, omnibus fere huic deſcriptioni reſpondet, ſed elytra baſi non magis bituberculata ſunt, quam in aliis. Nulla alia autem nota a *C. Maſſilienſi* differt, quam quod elytri faſcia prima et ſecunda fere connatae ſint, interuallo leuiter cano. Hg.

132.

Digitized by Google

132. *C. puſillum* thorace rotundato nigrum, antennis tibiisque teſtaceis. F. Mant. 155. 39.

♀ F. E. S. I. 2. 330. 53.

Corpus *C. Alni* minus, obſcure nigrum. Antennae corpore longiores teſtaceae piloſae. Thorax rotundatus, ſubdepreſſus, muticus. Pedes femoribus clauatis fuſcis, tibiis tarſisque teſtaceis. Alae albae. Hab. Piſis.

(*p.* 54.)

LV. LEPTVRA.

* 133. *L. elongata* nigra, elytris teſtaceis: punctis duobus, cruce, faſciisque nigris. Fn. Sv. Ed. 2. 2275.

De Geer. Inſ. 5. 134. 10.
Geoffr. Inſ. 1. 224. 5.
Schaeff. Icon. t. 58. f. 10.

♀ *L. calcarata.* F. E. S. I. 2. 347. 41.
L. armata. Herbſt. Arch. t. 26. f. 24.
L. ſubſpinoſa. F. E. S. I. 2. 347. 42.
L. Scopoliana. Laichart. Tyrol. II. 145. 7.

Deſcriptiones *Degeeriana* et *Geoffroyana* optimae. Magnitudo *L. quadrifaſciatae*, at corpus magis elongatum, magisque apice attenuatum. Antennae corpore ſubbreuiores nigrae articulis baſi flaueſcentibus. Caput nigrum. Palpi flaui apice nigri. Thorax niger flauo-pubeſcens, antice anguſtatus, vtrinque tuberculoſus angulis poſticis acutis. Elytra flaua, antice nigro-punctata, poſtice faſciis tribus nigris, prima late interrupta, apice attenuato truncato. Pedes primi et ſecundi paris flaui tarſis nigris: poſtici femoribus, tibiisque baſi dimidiato-flauis. Tibiae poſticae ſaepius, at non

ſemper

ſemper latere interno verſus apicem deficientes, quaſi mutilatae, dentatae; forte diſtinctio ſexus. Hab. flores in ſiluis non rara. Long. 7½. lat. 2.

Confer Fn. Etr. 1. 182. 401. adnot. Puncta elytrorum ſimul ſumtorum antica nigra quinque eſſe ſolent, nunc magna, atque inter ſeſe confluentia, nunc minora, duobus lateralibus conflatis, vt tria conſtituant, elytris communi, medio. Interdum ſex minutiſſima conſpiciuntur, interdum autem eorum quatuor, ſuturali deficiente. Saepius autem omnino fere deſunt, et vix rudimentum eorum ſupereſt. Faſcia, puncta ſequens, nonnumquam cum ſutura, ſemper nigra, coit, nonnumquam vero ab ea diuiſa eſt. Faſciae omnes autem plus minusue latae ſunt. Hg.

LVII. PYROCHROA.

134. *P. coccinea* nigra, thorace elytrisque ſanguineis immaculatis. F. Sp. 254. 1.

⊙ Geoffr., Linn., Schaeff.

☽ Villers Ent. t. 2. f. 35. Schrank. E. I. 323.

♀ F. E. S. I. 2. 104. 1. Panz. F. I. G. XIII. 11. Friſch. Inſ. XII. Pl. III. t. 6. f. 7.

In noſtris caput ſemper nigrum, fronte foueola ampliuscula impreſſa. Elytra nullo modo ſtriata. Hab. Florentiae et Piſis in ſepibus non frequens. Lecta ineunte Aprili. Long, 8. lat. vnius elytri ad apicem deſumta 1½.

Geoffroyus caput quoque rubrum deſcribit. Id quidem ſuſpectum videretur, cum *P. rubens F.*, quae eadem *P. rubens*. Schrank. E. I. 324., capite rubro gaudeat, praecipue vero, cum haec *P. rubens* frequens circa Pariſios occurrat. Sed color ruber *P. rubentis* minime illam elegantiam habet, quam Geoffro-

Digitized by Google

Geoffroyus deſcribit. Mihi itaque perſuaſum eſt, Geoffroyi citatum huc ſpectaue. Imo caput *P. coccineae*, quodam lucis illapſu, vellere coccineo, quamuis raro, obtectum videtur. — Linnaeus in ſyſtemate Naturae elytra ſtriata vocat, in Fn. Sv. proprie non ſtriata dicit. Id autem confiteri me oportet, ea quodammodo leuiſſime ſtriata eſſe. — Figura Schaefferi t. 90. f. 4., ſi ſola ſpectetur, ſatis bona eſt, et absque dubio citari potuiſſet; cum figura quidem a Panzero l. c. data, comparari nequit.

Fabricius in Entom. Syſtem. *P. Pectinicornem* ſpecie diſtinxit, quam in ſpeciebus cum *P. coccinea* eandem ſuſpicabatur. Aliquando hanc *P. Pectinicornem* Fabr., Linnaei *L. ſanguineam* coniiciebam, cum huius elytra ſtriata diceret. Plura tamen huic coniecturae obſtare videntur. Id autem ſingulare eſt, qua de cauſſa Linnaeus *P. pectinicornem* et *P. coccineam* alienis generibus ſepararet, et cur elytra prioris expreſſe *non ſtriata* diceret, cum tamen quodammodo ſic vocari poſſent, quia lineas quasdem eleuatas gerunt. Hg.

(p. 55)

LXI. CVCVIVS.

135. *C. teſtaceus* thorace ſubquadrato mutico teſtaceus, femoribus compreſſis. F. Mant. 166. 7. ♀ F. E. S. I. 2. 96. 11.

Triplo aut quadruplo minor *C. flauipede*, ſtatura fere eadem. Antennae longitudine fere corporis filiformes, teſtaceae, graues. Corpus elongatum depreſſum, teſtaceum immaculatum. Pedes breues teſtacei femoribus compreſſis. Hab. ſub corticibus. Long. $1\frac{1}{8}$. lat. $\frac{1}{4}$.

Variat

Variat magnitudine et antennarum longitudine, quae nunc corpori aequales, nunc dimidia fere parte breuiores ſunt. Corpus glabrum, nitidum. Equidem hanc Cucuii ſpeciem ſub cortice Aeſculi Hippocoſtani et ni fallor, Quercus reprehendi. Hg.

LXII. CANTHARIS.

136. *C. pallida* thorace marginato, atra, elytris pedibusque pallide teſtaceis. F. Mant. 167. 12.
♀ F. E. S. I. 2. 217. 16.

Deſcribit eam Fabricius. Femora nigra. Alae albae. Hab. in plantis frequens. Long. 2½. lat. ½.

Confer adnotata ad *C. pallipedem*. Fn. Etr. 1. 192. 417. Femora nigra numquam vidi. Hg.

(p. 56.)

137. *C. plumbea* plumbeo-nigra. Ent. Par. 63. 15.
♀ An *C. atra*. F. E. S. I. 2. 215. 11?

Antennae maris vix thoracem aequant, in femina dimidii corporis longitudinem. Nigra nitida. *Villers Ent.* 4. 320. 20. Hab. in floribus. Long. 2. lat. ½. vix.

LXIV. NECYDALIS.

* 138. *C. hybrida* thorace teretiuſculo rufo, elytris ſubulatis, baſi ſuturaque teſtaceis margine et apice nigris.

Tota determinare haud potui. Sub hoc nomine peritioribus iudicandam relinquo.

Statura et magnitudo omnino *N. caeruleae*. Caput antennaeque nigrae. Thorax punctis duobus impreſſis, teretiuſculus rufus. Elytra lineis tribus eleuatis ſtriata, ſubulata, baſi ſuturaque vsque ad medium

medium teſtacea, toto margine externo, apiceque nigra. Pectus atrum. Femora poſtica clauata, arcuata, tota atra nitida. Alae nigrae. Lecta in Paſtinacae floribus.

Equidem e ſpecimine, ex Italia accepto, quod deſcriptioni optime congruit, libenter iudico, hanc ſpeciem eſſe nouam. Tibiae et femora, vbi coniunguntur, flauicant. Elytra ſupra ſericea ſunt.

Fabricius in Ent. Syſt. I. 2. 352. 12. *N. humeralem* habet, quam, licet thorax et abdomen nigra ſint, libenter huic *N. hybridae* annumerarem, quia caetera optime conuenire videntur. Ipſe *Necydalem* habeo, huic *hybridae* ſimillimam, thorace abdomineque nigro, quae autem elytra medio anguſtata habet, quorum ſtriae admodum eleuatae ſunt. Haec quoque prohibent, quo minus eam eandem cum *N. humerali F.* habeam, cum proprie diceret l. c.: *Elytra absque lineis aut margine eleuatis.* Ad *N. humeralem F.* autem *Cantharis nigra elytris attenuatis, antice luteis;* La cantharide à bande jaune. *Geoffr.* Inſ. 1. 342. 2. pertinet.

Hg.

139. *N. flaueſcens* elytris ſubulatis teſtaceis, corpore nigro, femoribus poſticis clauatis arcuatis. Linn. Syſt. Nat. 642. 8.

De Geer. Inſ. 5. 155. 4.
C. femorata. Scop. E. C. 145.
C. fulua. Geoffr. Inſ. 1 343. 4.
C. flaueſcens. Geoffr. Inſ. 1. 343. 3. 5.
Schrank. E. I. 315?

Hanc vnam eamdemque ſpeciem eſſe cum *N. Podagrariae* Fabr. Sp. 264. 8. aſſerere haud dubitamus. Saepe eodem tempore, et loco in ſilueſtribus tantum, plura huius ſpeciei lecta indiui-

dua, ſemperque obſeruatum variare femoribus poſticis nunc clauatis, nunc ſimplicibus, claua modo ad baſin teſtacea, modo tota nigra. In iis, quibus pedes omnes ſimplicibus ſunt, color pedum ſemper teſtaceo-flauus, femorum anticorum apice, tibiis, tarſisque ſubnigris; thorax ſemper teſtaceo-flauus, elytrisque concolor, ad fuluum quandoque vergens, vti etiam maxima abdominis pars. Caput nigrum. Antennae nigrae baſi teſtaceae. Alae fuſcae. Quae vero femoribus gaudent clauatis, corpus totum aeneo-nigrum, primi et ſecundi paris pedibus tantum, elytrisque exceptis teſtaceo-flauis. In omnibus thorax et elytra pubeſcunt. Apex elytrorum interdum niger. In hac *Necydali* femora poſtica clauata marem deſignare videntur.

Necydalis Podagrariae elytris ſubulatis teſtaceis corpore nigro femoribus poſticis clauatis, baſi teſtaceis. F. Sp. 264. 8. Si ſpecies omnino diſtincta eſt a *N. flaueſcente*, vti iudicat Cl. Villers Ent. 1. p. 281. ego etiam fateor, me numquam vidiſſe. Certum tamen eſt *Necydales* admodum variare. Valde variat *N. rufa*, et ex obſeruationibus noſtris (conf. Fn. Etruſcam) conſtat eſſe maſculum *N. atrae: N. ruficollis* forte vna eademque ſpecies eſt cum *N. caeruleſcente: N. viridiſſima* et *caerulea* etiam variant ſaepe colore, et occurrunt apud nos frequenter femoribus poſticis nunc ſimplicibus, nunc clauatis. Erraret ne igitur Entomologus, qui diceret in hoc genere ſpecies nimis auctas? Hab. in ſepibus, vbi *Podagraria* creſcit.

Auctor *N. Podagrariae* non habuiſſe videtur, ſed *N. femoratam Scopol.* Id quidem ſingulare, hanc poſteriorem eandem eſſe cum *N. flaueſcente*, quam *N.*

N. prateranam Schrankii E. I. 316. habeo. Illi libenter aſſentio, *N. Podagrariae F.* a *N. flaueſcente* non ſpecie diuerſam eſſe, cum ipſe vtramque in eodem tractu reperierem. Sed *N. femorata* Scop. nimis differt, nec *N. Podagrariae*, nec *N. praeteranae* Schrank. varietas eſſe poteſt. Inſuper varietatem eius poſſideo, ſufficienti copia repertam, cui, caeteris omnibus paribus, pedes ſimplices ſunt. Si autem Auctoris *N. flaueſcens*, Schrankii *N. pratcrana* eſt, repetendum eſt, Linnaei *flaueſcentem* plane diuerſam eſſe. Hg.

(p. 58.)

LXV. ELATER.

* 140. *E. litigioſus* teſtaceo-rufus, oculis ſolis nigris, antennis vix thorace longioribus.

Magnitudo et ſtatura *E. lineati Vill.* Elytra laeuiter ſtriata. Alae fuſcae. Videtur noua ſpecies affinis *E. Auſtriaco Schrankii*, et difficillime diſtinguenda. Magnitudine variat minori. Habit. in plantis obuius. Long. 6. lat. 1. et vltra.

141. *E. lineatus* niger elytris obſcure-liuidis, fuſco-ſublineatis. Villers Ent. 1. 304. 6.

Corpus mediocre fuſcum. Antennae ſubferrugineae. Elytra obſcure-liuida, lineis duabus nigricantibus verſus ſuturam dorſalem poſitis. *Vill.*

In noſtris ſpeciminibus ſane multis pedes teſtacei, et elytrorum lineae omnes fuſcae quaſi in ſtrias gemellas digeſtae. Hab. in plantis frequens. Long. 4. lat. 1.

* 142. *E. cylindricus* aeneo-niger tomentoſus, elytris laeuiter punctato-ſtriatis.

E. cylindricus. D. de Paykull.

Magnitudo praecedentis. Totus nigro-aeneus pubeſceus. Antennae thorace longiores. Hab. ruri frequens.

(*p. 59.*)

143. *E. thoracicus* niger, thorace toto rufo. F. Sp. 270. 32.

♂ *E. gramineus*. Scop. E. C. 290.

♀ F. E. S. I. 2. 227. 51. Panz. F. I. G. VI. 12.

In *E. ruficolli* Fn. Etr. ſynonymia *Scopolina* delenda, hunc enim ſub nomine *E. graminei* indicare videtur *Scopoli*.

Statura *E. ruficollis*, at duplo maior. Antennae nigrae thorace ſubbreuiores. Caput nigrum nitidum. Thorax latitudine elytrorum admodum conuexus, globoſus, ſuperne totus rufus nitidus, inferne ſepto, ſeu faſcia longitudinali nigra ab ore diducta. Elytra ſubtiliſſime ſtriata, nigra, nitida, ſcutello valde excauato, nigro. Abdomen pedesque nigra. Alae fuſcae. Differt ab *E. ruficolli* magnitudine duplo maiori, antennis breuioribus, miſusque ſerratis, thorace ſupra toto rufo, ſubtus diuerſimode maculato, pedibus totis nigris (in *E. ruficolli* rufis) femoribus aliter conformatis breuioribus, et non ita, vti in illo depreſſis. Habit. Florentiae.

Confer adnotata ad *E. ruficollem* Fn. Etr. 1. 206. 444. *E. ruficollis* Schrankii En. 355. quoque ſuſpectus et *E. thoracico* annumerandus videtur. Dicit enim: *Totus ater, thorax conuexus ruber.*

Voet. II. t. 42. f. 6. a celeberrimo Fabricio huic *E. thoracico* annumeratur. Sed figura effigiem optimam *E. ſanguinicollis* mei repraeſentat, quem Panzerus in Faun. Inſ. Germ. ſua VI. 12. depinxit, et deſcripſit. Hic Elater admodum a *thoracico*

cico differt, et, colore atque Elateris characteribus exceptis, nil commune cum eo habet. Statura omnino alia eſt, quod figura Panzeri ſat bene oſtendit. Hic locus autem idoneus eſt, adnotandi me Elaterem cepiſſe, qui ne minima quidem nota ab *E. ſanguinicolle* differt, excepto thorace toto nigro. Hunc varietatem habeo, quia eiusmodi varietates in inſectis ſaepius occurrunt. Hg.

* 144. *E. binotatus* niger, ferrugineo-pubeſcens, elytris ad apicem macula pallide flaua.

Affinis *E. bimaculato Fn. Etr.* Totus niger fuſcus, pube ſubferruginea tomentoſus. Antennae fuſco-nigrae longitudine thoracis. Thorax angulis poſticis, ſeu dentibus admodum acutis, elytris nitidior. Elytra ſtriata macula ad apicem pallide flaua. Pedes teſtacei femoribus fuſcis. Alae albae. Occurrit ſed rariſſime elytris alio puncto flauo anteriore obſolete notatis. Hab. ſub arborum cortice. Long. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{1}{2}$.

(*p. 60.*)

LXVI. BVPRESTIS.

145. *B. nouemmaculata* elytris ſerratis, nigra, fronte puncto vnico, thorace quatuor, elytris tribus flauis. F. Mant. 179. 36.

Fn. Etr. 1. 216. 463.

Variat thorace maculis 2, 4, nullis, fronte immaculata, elytris ſemper maculis tribus. F.

Numquam vidi thorace quadrimaculato. Inter mea ſpecimina ſane plura, nam frequens eſt apud nos, habeo varietates fronte thoraceque immaculatis, elytris maculis tantum quatuor poſticis: aliasque, quae praeter nouem maculas ordinarias

Digitized by Google

vlterius habent punctum flauum in elytrorum apice. Abdomen immaculatum. Elytra ſubtiliſſime ſtriata. Habitat etiam in hortis.

Confer ea, quae in Fauna Etruſca monui, vbi citatum Linnaei, quod h. l. Auctor iterauit, delendum ſuadeo. Varietates, quas obſeruare potui, tabella propoſiturus ſum. Occurrunt:

a) fronte macula vnica, thorace maculis duabus dorſalibus, baſi propioribus, nunc minoribus et a ſutura poſtica ſ. baſi ſeiunctis, nunc maioribus, et cum illa connexis,

α) elytro ſingulo maculis tribus: humerali ita lunata, vt ſinus thoracem ſpectet.

β) - - maculis quatuor, cum in apice inſuper macula adſit.

b) fronte thoraceque immaculato

α) elytris maculis iisdem, vt in varieſ. a., aut macula illa lunata admodum parua, et punctum tantum repraeſentante. In vno ſpecimine lunulae cornua tantum reſtauere, medio interrupto, vt quaeque in puncto duo diuiſa ſit.

β) macula lunata tota deficiente, vt in ambobus elytris maculae quatuor tantum adſint.

γ) macula nunc ſecunda, nunc vltima in vtroque elytro diuiſa, vt duo puncta inde fiant.

Haec omnia macularum variabilem indolem indicant, quae praecipue ex eo patet, quod in vno ſpecimine in dextro thoracis latere inſuper punctum minutum flauum adſit, quod vero in latere ſiniſtro deficit, vt tres tantum maculae in thorace ſint. Specimina talia ſi occurrerent, vbi in vtroque thoracis latere id punctum eſſet, probaretur, thoracem interdum quadrimaculatum eſſe. In altero ſpecimine faſcia, ſeu macula, intermedia elytri ſiniſtri bipartita eſt, in elytro autem dextro integra, imo medio latior. Hg.

* 146.

* 146. *B. cyanicornis* elytris integris, viridis, antennis cyaneis, femoribus anticis ſubtus aureo-ignitis, poſticisque clauatis.

An *B. femorata.* Villers Ent. 1. 338. 34. t. 1. f. 40. quae forte non rite ſatis deſcripta?

Paullo maior *B. manca.* Antennae thoraci ſubaequales baſi, ſeu articulo primo longiore, clauato, viridi, reliquis cordato-orbiculatis, compreſſis, cyaneis. Caput viride. Oculi nigri. Thorax planus lateribus rotundatis, dilatatis, antice poſticeque truncatus viridis. Elytra viridia, ſubpunctata, ad latera coarctata, ad apicem attenuata, apice ipſo obtuſo. Abdomen ſub elytris caeruleum. Subtus tota viridi-aurea nitidior. Femorum anticorum apophyſes, ac latus internum fere totum aureo-ignitum, ſplendidum. Femora poſtica vix piloſa, admodum incraſſata, vnde ampla cauitas vtrinque in abdomine ad ea recipienda idonea. Alae obſcurae coſta obſcuriori. Habitat in plantis rara. Long. 5. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 61.*)

* 147. *B. deaurata* ſupra obſcure viridis, thoracis, elytrorumque margine aureo.

An *B. aurulentae,* ſeu potius *deauratae* varietas. F. Mant. 182. 67?

Magnitudo praecedentis. Antennae nigrae. Caput obſcure viridi-aeneum, piloſum villo albicante tenuiſſimo. Thorax fere planus, ſubpiloſus, lateribus rotundatis, in medio viridis margine exteriore late, et obſcure viridi-aeneo. Elytra integra viridia, nitidiora margine exteriore aureo-rubro, nitidiſſimo, anguſtiori. Subtus tota cuprea ſplendida. Lecta in ſiluis.

148. *B. rutilans* elytris tridentatis, viridibus, nigro-maculatis, margine aureo. F. Mant. 177. 16.

♂ *B. rutilans*. Villers Ent. 1. 336. 22.

♀ F. E. S. I. 2. 192. 27.

Statura et magnitudo fere praecedentis. Antennae ſerratae, nigrae. Caput, thoraxque viridia. Thorax auro late marginatus punctatiſſimus. Elytra ſtriata, ad ſuturam viridiſſima, ad marginem iguea, punctis nigris lucidis aſperſa. Corpus aurato-viride. Elytra apice ſerrata. Hab. Florentiae rara.

Fabricius allegat *Schaeff.* Ic. t. 35. f. 6., quod citatum primo ſtatim aſpectu reiiciendum eſt. Harrerus contra quoque fallitur, *B. aurulentam Linn.* ad hanc figuram referens. Idem fecit noſter Auctor in Fn. Etr. 1. 215. 462. Illi autem aſſentio, quod Harrerus *B. Quercus.* Herbſt. Arch. t. 28. f. 13. alleget. Hg.

149. *B. elata* elytris integerrimis, linearibus, corpore elongato aeneo nitido. F. Mant. 184. 84.

♀ F. E. S. I. 2. 213. 118.

Statura *B. atrae* oblonga, at minor, et tota aenea nitida. F. Antennae thorace breuiores ſerratae. Thorax antice valde conuexus, poſtice depreſſus, ſinuatus, marginatus. Elytra ante medium ad latera anguſtata, punctata, ſutura prominula. Corpus elongatum. Hab. in ſiluis. Long. $2\frac{1}{4}$, 3. lat. $\frac{3}{4}$.

B. viridi breuior eſt, eiusdem autem fere ſtaturae et coloris fuſco-metallici. Hg.

(*p. 62.*)

150. *B. laeta* elytris integris viridibus, capite thoraceque aureis. F. Sp. 282. 59.

♀ F.

♀ F. E. S. I. 2. 214. 124.

Statura et magnitudo *B. Nitidulae.* Caput, thorax, pectus, abdomen aurea nitida. Elytra, pedesque viridia. Thorax aureo-ignitus, vtrinque depreſſus vti in *B. Nitidulae.* Deſcriptio F. Syſt. Ent. nullo modo cum meo ſpecimine conuenit; corpus enim non lineare, non ſtatura *B. viridis*, pedes demum non ruſeſcentes. Hab. Florentiae rara.

Varietas *B. nitidulae* eſt. Conſer, quae ibi adnotauimus. Fn. Etr. 1. 220. 470. — Schaeff. Ic t. 67. f. 4. quidem huc pertinere dicitur, tamen ob formam male expreſſam, cum figuris ſequentibus, quas *B. nitidulam* repraeſentare ferunt, non citanda eſt. Hg.

* 151. *B. caerulea* elytris integerrimis laeuibus, corpore ſupra cyaneo, ſubtus plumbeo, oculis nigris.

Primo intuitu videtur varietas *B. cyaneae*, ſtatura enim et color ſuperius idem, at diſtincta. Corpus ſublineare nitidum. Differt a *B. cyanea* magnitudine interdum plus quam duplo minori, oculis nigris, elytris non rugoſis, thorace conuexiore, poſticeque magis lato, corpore ſubtus plumbeo. Lectae quatuor in planta ſiluae Piſanae.

152. *B. pygmaea* elytris integris cyaneis, capite thoraceque aeneis nitidis. F. Mant. 183. 78.

♀ F. E. S. I. 2. 211. 110.

Statura et magnitudo *B. minutae.* Caput et thorax laeuia, aenea, nitidiſſima. Elytra cyanea nitida, immaculata. Corpus obſcure nitidum. Habit. in Vmbellatis frequens.

(p. 63.)

153. *B. minuta* elytris integerrimis transuerſe rugoſis, thorace ſubtrilubo laeui, corpore ouato nigro. Vill. Ent. 1. 334. 15.

In Ed. XIII. Linn. praetermiſſa.

Minor altera *B. minuta*. Geoffr. Inſ. 1. 128. 6. *Cucuius fuſco-cupreus triangularis* etc. cui ſimilis, ſed elytra ſine faſciis vndulatis, villoſo-albidis. Hanc *Villers* credit veram *B. minutam Linn.* Hab. in plantis rarior.

Vide, quae in Fn. Etr. 1. 221. 472. monui. Hg.

* 154. *B. nitida* elytris integerrimis, viridis, nitens, thorace foueola poſtica vtrinque profunda excauato.

Statura *B. Salicis*, at fere dimidio minor. Caput viride. Frons impreſſa. Antennae nigrae thorace ſubbreuiores. Oculi fuſci. Thorax viridis, nitens, antice conuexus, poſtice marginatus, et foſſula magna vtrinque profunde excauatus. Elytra viridia, nitida, integerrima, ſcabriuſcula, acute-marginata, anticeque parum coarctata. Subtus tota ſubaeneo-viridis.

β. Variat elytris aureo-rubris.

Differt a *B. Salicis* magnitudine, qua vix aequat *B. nitidulam*, foſſula thoracis valde profundiore, coleoptrisque (etiam in varietate β) numquam aureis baſi viridibus, ſed totis aureis. A *B. nitidula* vero differt praecipue forma thoracis omnino diuerſa. Habitat in floribus compoſitis frequens. Long. 2. vix, lat. $\frac{1}{4}$.

LXVII. ELAPHRVS.

155. *E. Caraboides.*

Cicin-

Cicindela Caraboides thorace cordato hemiſphaerico, marginato, elytris nigro-aeneis, punctis copioſis impreſſis. Schrank. E. I. 193. 360.

Villers Ent. 1. 326. 14. t. 1. f. 39.

Caput et thorax nigro-aenea. Oculi exſerti, et maxillae inſignes. Thorax perfecte cordatus, marginatus vti in *Carabis*, ſed margo anguſtus linea longitudinali excauata. Elytra nigro-aenea maculis viridi-aeneis variegata, minutiſſime punctata; ad vtrumque marginem puncta excauata lata, in lineam longitudinalem diſpoſita. Pedes fuſci. Pectus nigro-aeneum. Abdomen atrum nitens. *Schr.* Hab. in ſabuloſis non raro. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 64.*)

* 156. *E. nebuloſus* obſcure aeneo-viridis, elytris cinereo-nebuloſis.

Statura *E. flauipedis*, at triplo maior. Antennae fuſcae. Thorax cordatus linea longitudinali impreſſa. Elytra obſcure aeneo-viridia, laeuia, ad ſuturam interdum bipunctata, et ſparſim cinerea pube nebuloſa. Subtus aeneo-niger, tibiis tarſisque ferrugineis. Hab. in locis arenoſis frequens.

* 157. *E. pyritoſus* aeneus, elytris punctis duobus maiuſculis profunde impreſſis, pedibus atro-aeneis.

Proximus *E. alpino* D. de Paykull, et praecedente paullo minor. Caput aeneum. Thorax aeneus, conuexus, vix marginatus. Elytra aenea, ſubtiliſſime ſtriata, punctis duobus valde conſpicuis pone medium prope ſuturam, inter ſtriam ſecundam, et tertiam impreſſis, altero anterius, altero

tero posterius. Color supra prorsus aeneus, subtus atro-viridi-aeneus, nitidus. Pedes concolores nitidi. Hab. cum praecedentibus rarior.

(p. 65.)

LXIX. HYDROPHILVS.

158. *H. Caraboides* niger nitidus, elytris substriatis. F. Sp. 289. 3.

♀ Fn. Etr. 1. 227. 482.

Niger laeuis conuexus, elytris punctato-striatis, capitulo antennarum perfoliato nigro, capite thoraceque striis punctorum abbreuiatis recuruis.

Mas pedibus anticis absque palmulis, omnino feminae similis, mens. Mart. et April. coire solet. Penis insidet medius inter duo cornicula, seu potius appendices corneas, lamelliformes, apice attenuatas, quae ad introductionem, firmioremque copulam sustentandam accommodatae videntur. Qua magnitudine vix cedunt iis *B. Pauoniae maioris*. Datur alius, mihi varietas, qui magnitudine excepta triplo, aut quadruplo minori, nulla alia nota distinguitur a praecedente, simulque frequens occurrit, nempe *H. picipes*. F. Mant. 188. 6.

Hab. in aquis frequens.

159. *H. orbiculatus* subrotundus, corpore glabro. F. Sp. 290. 6.

♀ F. E. S. I. 1. 184. 10.

Describit eum Fabricius. Hab. in aquosis.

(p. 66.)

• 160. *H. pallidus* pallidus laeuis, abdomine, oculis femoribusque subnigris.

Statura

Statura et magnitudo omnino *H. luridi*, ſed caput, thorax et elytra laeuia, pallida, ſubdiaphana, interdum tamen fuſcedine quadam aſperſa. Abdomen et femora obſcure nigra. Tibiae, tarſi, antennarum baſis, et palpi pallide rufi, hique porrecti, longiuſculi. Variat quandoque elytrorum colore obſcuriori. Hab. in aquis ſtagnantibus.

LXX. DYTISCVS.

161. *D. diſſimilis* niger, depreſſus, thoracis elytrorumque margine exteriore ferrugineo-flaueſcente, elytris, in femina obſcurioribus, minus laeuibus fibroſis, neque ſtriato-punctatis. Fn. Etr. 1. 230. 489.

Cum in determinando pro *D. coſtali* varia ſit Entomologorum ſententia, nomen *D. diſparis* iam vſurpatum mutaui.

Valde affinis *D. coſtali*, cui femina huius praeſertim ſimillima. Differt tantum magnitudine paullo minore, corpore toto ſubtus ferrugineo, ſtriaque coſtali ferruginea apicem haud attingente, caetera aequalia. *Obſ* Faſcia ſupra os puncto vtrinque impreſſa, flaueſcens, ſupra quam aliud punctum maius adeſt ſimiliter vtrinque impreſſum. Mas variat colore teſtudineo-nigro; at rariſſime. Hab. in Arni aquis, etiam in foſſis.

162. *D. bipuſtulatus* ater laeuis, capite poſtice punctis duobus rubris. F. Sp. 294. 15.

♀ Mull. Linn. Nat. Cl. V. p. 340.

D. immaculatus. Schrank. E. I. 377.

D. luctuoſus. Ent. Par. 1. 67. 6.

D. Gronouii. Gron. Muſ. 2. p. 164. n. 555. an?

Schaeff.

Schaeff. Ic. t. 8. f. 9?

♀ Fn. Etr. 1. 233. 492.

Dytiſcus ater etc. De Geer. Inſ. 4. 401. 8. et variet. β. maior elytris ruſo bipunctatis. Confer.

Anceps diu haeſi an varietas a *De Geerio* indicata, quae gaudet elytris ruſo bipunctatis, diſtinguenda foret a *D. bipuſtulato F.* Vt veritas, quam ſequimur, clarius certiusque innoteſcat, liceat obſeruationes noſtras in medium afferre, et peritioribus Entomologis ſubiicere.

Hi duo Dytiſci, qui eodem tempore et loco apud nos etiam frequenter occurrunt, primo intuitu fere ſimiles ſunt, toti atri, vnus altero minor, et in vtroque caput poſtice punctis duobus rubris, vix oculo inermi conſpicuis, notatur.

Minor: D. ater laeuis capite poſterius punctis duobus rubris; ſane eſt *D. bipuſtulatus Fabricii,* vti magnitudine ab auctoribus allata, aliisque notis conſtare videtur.

Maior: Varietas eſt elytris ruſo-bipunctatis a *De Geerio* tantum l. c. ſupra indicata, ſcilicet *D. ater* corpore conuexo nigro toto, pedibus antennisque ruſo-fuſcis; *Varietas.*

Obſeruatum igitur *D. minorem,* ſcilicet *bipuſtulatum,* conſtanter differre a *D. maiore,* ſeu var. *Degeerii* praeter magnitudinem, corpore elytrisque minus conuexis; immaculatis; apice magis depreſſo et obtuſo; pedibus quatuor anticis nigris, raro piceis. In *D. maiore* palpi, antennaeque ruſae, et caput poſtice punctis duobus rubris vti in *D. minori* notatum, ſed elytra magis conuexa, apice magis elongato, et punctis in ſingulo binis rufis; altero

altero pone medium verſus marginem exteriorem oblongo; altero ad apicem rotundo, quae etiam nudis oculis in Inſecto praeſertim viuo aſpiciuntur, et auulſis elytris ſi inferna parte obſeruentur, eo quod pellucida, manifeſtiſſime apparent. Pedes quatuor antici ſubruſi, tarſis tribus primis pilis canis hiſpidis, quaſi faſciculatis. Alae in hoc vti in praecedente albohyalinae, ad coſtam marginemque tenuiorem fuſco-nebuloſae.

Hae notae, cum nemo adhuc afferat copula iunctum cum *D. maiori*, ſufficientes videri poſſent ad declarandos eos ſpecie diſtinctos. Attamen nec, rebus omnibus bene perpenſis, cum *Degeerio* credimus vnam eandemque ſpeciem eſſe, quae variat magnitudine maiori, elytrisque magis conuexis, ruſo-bipunctatis. Hab. in aquis frequens. Long. 3, 4, 5. lat. $1\frac{1}{2}$, 2, $2\frac{1}{2}$.

Dytiſcus a Degeerio deſcriptus omnino diuerſus eſt. Duplo maior, magis conuexus, et pone magis anguſtatus. *D. bipuſtulatus* frequenter apud nos occurrit, numquam autem *D. ater Degeerii* viſus eſt. Confer Adnot. in Fn. Etr. l. c. Hg.

(*p. 68.*)

163. *D. transuerſalis* ater, thorace antice ferrugineo, elytrorum margine ſtrigaque baſeos abbreuiata flauis. F. Mant. 191. 23.

♀ F. E. S. I. 1. 192. 26.

Hab. in aquis.

* 164. *D. puſtulatus* niger laeuis, macula frontis lunulata ruſa.

Statura et magnitudo *D. ſtriati*. Os, antennae, palpique ruſi. Caput nigrum macula magna frontis

tis rufa, in Inſecto viuo, praeſertim natante maxime conſpicua, poſt mortem certo tantum ſitu viſibili. Thorax imo margine laterali ſubrufo. Elytra nigra laeuia immaculata. Subtus piceus pedibus anticis ſubrufis. Capitis clypeus antice vtrinque punctis duobus impreſſis, vti in *D. ſtriato*, ſed in hoc diſiunctis, in illo contiguis. Aqua extractus, digitisque ad examinandum leuiter contrectatus, vitam quae in aliis diu permanet, deſerit breui. Hab. cum praecedente.

165. *D. Hybneri* laeuis ater, ore, thoracisque margine ferrugineis, elytris linea marginali flaua. F. Mant. 190. 21.

♀ F. E. S. I. 1. 192. 24.

Magnitudo et ſtatura *D. transuerſalis*. Caput nigrum, ore, antennis palpisque pallide ferrugineis. Thorax niger margine imprimis antice ferrugineo. Elytra laeuia, atra, ſtriata, ſtriis in ſingulo tribus punctatis vix oculo inermi conſpicuis, lineaque flaua marginali, quae tamen apicem haud attingit. Subtus niger pedibus quatuor anticis flauis; et primi paris in maſculo patellatis. Habitat in aquis ſat frequens.

(*p. 69.*)

* 166. *D. taeniatus* ſupra niger, laeuis, nitidus, ſubtus ferrugineus, ore, verticis punctis duobus, thoracis margine faſciaque media flauis.

♀ *D. cinereus*. Oliuier. Encycl. Method. VI. p. 309. n. 10.

D. bilineatus. Ibidem p. 319. 1.

D. bilineatus. Degeer. Inſ. IV. 400. 6.

Statura *D. cinerei*, magnitudo *D. transuerſalis*. Caput nigrum, ore, lineola trigona media, punctisque

ctisque verticis duobus transuerſis flauis, fere vti in *D. cinereo*. Antennae palpique rufi. Thorax antice, poſticeque niger nitidus margine laterali, faſciaque transuerſa media marginem vtrinque attingente flauis. Elytra glabra, laeuia, nigra nitida, punctis minutiſſimis flauis vndique irrorata, ſed oculo tantum armato conſpiciendis. Subtus totus flauo-ferrugineus. Caput antice vtrinque punctis duobus impreſſis, diſtantibus. Habitat in aquis rarus.

Absque dubio idem eſt cum *D. cinereo*. Fabr. Sp. 293. 11. Vide, quae D. cinereo. Fn. Etr. 1. 232. 490. addidimus, vbi tamen nondum ſuſpicabar, noſtrum Auctorem eundem Dytiſcum quoque deſcripſiſſe.

Sutura thoracis antica et poſtica interdum quoque luteo-marginatae ſunt. Elytrorum margo exterior quoque luteſcit. Hg.

167. *D. bipunctatus?* ater, thorace flauo, punctis duobus nigris, elytris flauo-fuſcoque variis. F. Mant. 190. 19.

♀ F. E. S. I. 1. 192. 22.

Statura *D. feneſtrati*, et vix maior. Caput nigrum ore ſubferrugineo, fronte, armato oculo, rufo-bipunctata. Thorax pallide-flauus punctis duobus dorſalibus atris. Elytra laeuia, glabra, pallide-flaua, nigro variegata. Pectus nigrum. Abdomen, pedes antennae teſtaceae. Anceps diu haeſi, anne potius referendus eſſet ad *D. irroratum F.* Color abdominis magis conuenit, at magnitudo remouet. Lectus ſuper herbam in prato paluſtri.

Deſcriptio, ab Auctore data, omnino conuenit cum ſpeciminibus meis, colore abdominis excepto,

quod

quod nigrum eſt, ſegmentorum marginibus eo latius ruſis, quo apice propiora ſunt. Haec differentia autem vix conſideranda eſt. *D. irroratus F.* ex America oriundus eſt, hinc idem cum Dytiſco Italico eſſe non poteſt. Hg.

167. ♂ *D. vliginoſus* ater nitidus, antennis, pedibus elytrorumque latere exteriore ferrugineis. F. Sp. 295. 21.

♂ Mull. Linn. Nat. cl. V. p. 350. Scop. E. C. 296. Schrank. E. I. 378.

♀ F. E. S. I. 1. 194. 31.

Magnitudo *G. Natatoris*. Caput, palpi, antennae, pedesque ruſi. Thorax ruſus margine antico obſcuriori. Elytra nigricantia punctulis excauata, latere exteriore ruſo-flaueſcente. Abdomen nigrum. Hab. in aqua ſtagnante. Long. $2\frac{1}{2}$, 3. lat. $1\frac{1}{4}$.

Auctoris Dytiſcum verum Fabricii vliginoſum eſſe, non dubito; corpus tamen *G. Natatore* longius eſt. Elytra, oculo armato inuiſa, ſtrias punctorum impreſſorum vix conſpicuas habent, quod plerisque Dytiſcis commune eſt.

Linnaei *D. vliginoſus* huc non ſpectat, quod e deſcriptione eius ſatis patet. Scopolii *D. vliginoſus* nec idem cum Fabriciano, nec cum Linnaeano eſt. Sic quoque *D. vliginoſus* Schrankii e citatis tollendus eſt. Idem ab Auctoribus inditum nomen non ſemper idem deſignat inſectum. Hg.

(*p. 70.*)

168. *D. minutus* flaueſcens, elytris fuſcis, margine flauo-maculato. F. Sp. 297. 36.

♂ Geoffr. Inſ. 1. 191. 12.

♀ *D. obliquus*. F. E. S. I. 1. 198. 56. Panz. F. I. G. XIV. 6.

Ad

Ad basin abdominis lamina magna mobilis femorum partem obtegens. Variat capite nigro, elytris modo maculis nigris, modo immaculatis. Hab. in aquosis.

D. minutum. F. E. S. I. 200. 63. non allego, quia Auctoris Dytiscus idem est cum *D. obliquo F.* l. c. vix enim putare licet, Fabricium eundem Dytiscum bis descripsisse. Citatum itaque e Degeerio: Ins. 4. 404. 18. t. 16. f. 9. 10., quod auctorem duxisse videtur, vt suum Ditiscum, *D. minutum F.* haberet, ad *D. obliquum* transferendum est.

Magnitudo et pictura huius insecti mire variant. Nunc rufum, nunc griseum elytris aut nigro-, aut immaculatis, nunc nigricans occurrit. Thorax tamen flauus, aut certe lucidior est, quam reliquum corpus. Caput nunc ferrugineum, oculis solis nigris, nunc nigrum, ore ferrugineo est. Nonnulla specimina mihi sunt, eodem modo picta, vt *Dyt. marginepunctatus.* Panzeri. F. I. G. XIV. 10. reliquis quoque congruentibus. Hg.

LXX. CARABVS.

169. *C. purpurascens* niger, thoracis elytrorumque marginibus violaceis, elytris rugose punctato-striatis.

Paykull. Mon. Car. n. 4.
C. purpurascens. F. Mant. 195. 6.
Schaeff. Ic. t. 88. f. 1.
♀ F. E. S. I. 1. 125. 6?

Descriptio eadem, quam Paykullius dedit. Hab. apud nos rarior: bis tantum inuentum cadauer in siluis.

Celeberrimus Schneiderus in optimo eius scripto: *Neuestes Magazin für die Entomologie III. Heft.*

p. 357. asserit, *C. purpurascentem* Paykullii eundem esse cum *C. catenulato F.* Idque in verba amici mei acutissimi credo, quamuis descriptio *C. catenulatum F.* haud bene designat. Fatendum tamen est, huius nonnulla specimina illis tribus seriebus punctorum elevatorum carere. Vtrum tamen Auctoris *C. purpurascens*, Fabricii *C. purpurascens*, an eiusdem *C. catenulatus* sit, decernere non possum.

Caeterum de his et reliquis Carabis, aliisque insectis, quae celeberrimus Fabricius in parte prima Entomologiae systematicae descripsit, Entomologos, interius eorum historiam atque criticam exploraturos, supra commemoratum opus amici Schneideri adire iubeo. Hgr.

(p. pr.)

170. *C. hortensis* * apterus, niger, elytris subrugosis, punctis aeneis excauatis triplici serie, margine cyaneo. F. Mant. 196. 16.

Linn. Syst. Nat. 668. 3. Fn. Sv. 783.
Paykull. Mon. Car. n. 7.
C. violaceus. Degeer. Inf. 4. 89. 3.
Schaeff. Ic. t. 11. f. 2.
♀ F. E. S. I. 1. 127. 13. Panz. F. I. G. V. 2.

Descriptio Mon. Car. Hab. in putridis. Apud nos minime frequens.

(p. 72.)

171. *C. convexus* apterus, convexus, ater, laeuis, thorace postice emarginato. F. Mant. 197. 22.

Paykull. Mon. Car. n. 13. Schaeff. Icon. t. 3. f. 2.
♀ F. E. S. I. 1. 129. 21.

Descriptio Mon. Carab. Lectus in Pisano nemore.

* 172.

* In Fn. Etr. 1. 237. 506. deleatur nomen *C. hortensis*, et ad *C. auropunctatum* referantur descriptio et figura l. c. exhibitae. *Adn. Auct. ipse.*

Digitized by Google

* 172. *C. Paykullii* niger nitidus, capite maximo exſerto, thorace obcordato, elytris laeuibus, tenuiſſime punctato-ſtriatis.

Magnitudo *C. ſpinigeri*. Caput nigrum maximum latitudine ſere thoracis, vti in *C. interrupto*, at magis exſertum. Maxillae, oculique nigri. Palpi picei. Antennae craſſiuſculae, capite thoraceque breuiores fuſceſcentes, primis quatuor articulis nigris nitidis. Thorax niger cordatus, marginatus, conuexus, antice latitudine elytrorum, poſtice paullo anguſtior, linea longitudinali, ſtriaque magna poſtica vtrinque late, ac profunde excauata. Elytra nigra laeuia, connata, conuexa, tenuiſſime punctato-ſtriata, punctis diſcoïdalibus maioribus nullis, ſummoque margine exteriore impunctato. Sternum nigrum. Abdomen nigrum, interdum piceum. Pedes nigri, breuiores femoribus incraſſatis. Alae nullae. Forma thoracis latior, quam in *C. ſpinigero*, magisque ſubquadrata.

Inſectum dicatum Nobil. ac celeberrimo viro *Guſtauo de Paykull* ad vniuerſam naturalem hiſtoriam locupletandam nato Entomologo ſummo, et in ordinandis, illuſtrandis deſcribendisque miro ſucceſſu variis Inſectorum generibus nulli ſecundo. Hab. Florentiae rarus.

(*p. 73.*)

173. *C. granulatus* apterus, nigricans, elytris aeneis ſtriatis, interiectis punctis eleuatis longitudinalibus. F. Mant. 197. 25. Sp. 301. 17.

⊙ Sulz. Bergſtr.

☽ Payk. Mon. Car. n. 9. Villers Ent. 1. 357. in calce Obſeru.

Schaeff. Ic. t. 46. f. 4. parua et male picta.

♀ Fn. Etr. 1. 239. 508.
Deſcriptio Mon. Car. vnde quoque varietates cum ſynonymis deſumtae ſunt.

Schaeff. Ic. t. 46. f. 4. aperte legendum eſt t. 156. f. 4. Caeterum confer, quae in Fn. Etr. l. c. adiecimus. Hg.

(p. 74.)

174. *C. Leucophthalmus* apterus, niger, elytris decemſtriatis, diſco quadripunctatis, thorace ſemirotundato, poſtice vtrinque biſtriato. Mon. Car. n. 16.

Fn. Etr. 1. 241. 511.
Deſcriptio et obſeruata Paykull. Monogr. iterum exhibentur.

In meis ſpeciminibus, quae aptera ſunt, et omnino conueniunt cum allata *Monographiae* deſcriptione, thorax non tantum poſtice vtrinque biſtriatus (nota conſtantiſſima, qua a plerisque ſuae gentis optime diſtinguitur,) ſed etiam ſulco longitudinali profunde exaratus, et margo elytrorum exterior conſpicue punctatus. Hab. in putridis et ſub lapidibus frequens.

Auctoris *C. Leucophthalmus* idem videtur cum *C. Friſchii* Herbſt. Fuesly. Arch. p. 138. 43. Caeterum confer, quae in Fn. Etr. l. c. monuimus. Hg.

(p. 75.)

175. *C. auropunctatus* alatus, niger, laeuis, thorace poſtice emarginato, elytris ſubtiliſſime punctatoſtriatis, punctisque paullo maioribus triplici ſerie excauatis. Payk. Mon. Car. n. 41.

C. auro-punctatus. Herbſt. Arch. V. 131. 15.
Fn. Etr. 1. 237. 506. t. 1. f. 3. ad hunc Carabum pertinet vide *C. hortenſem.*

C.

Digitized by Google

C. Indagator F. Mant. 197. 35? affinis videtur, ſed apterus ille, hic alatus; an a celeb. Auctore oculo modo fugitiuo deſcriptus?

Deſcriptio Mon. Car. In Suecia magnitudine paullo minore. Hab. in pratis ſiluaticis, frequens m. Iul. poſt ſoeniſecium.

Puncta impreſſa nunc lucida, nunc obſcura ſunt. *C. Indagator F.* alius eſt, quod iam patria ſuadet. Hg.

176. *C. Terricola* niger, abdomine longiore, elytris ſubuiolaceis, ſtriatis, diſco impunctatis, thorace obcordato, utrinque poſtice impunctato. Mon. Car. n. 17.

C. Terricola. Herbſt. ap. Fuesl. Arch. Inſ. 6. p. 140. 51. t. 29. f. 14.

Deſcriptio Mon. Car. Paykullii. Inter *C. apteros* a Cl. Auctore numeratus, at mea ſpecimina ſemper alata. Hab. cum aliis frequens.

Statura fere eadem cum *C. plano F. ſ. obſoleto auct.* at dimidio minor. Hg.

(*p. 76.*)

177. *C. punctulatus* niger, thorace quadrato, elytris ſtriatis punctis plurimis longitudinalibus impreſſis. Fn. Etr. 1. 254. 530.

Bupreſtis ater laeuis, pedibus antennarumque baſi ferrugineis. Geoffr. Inſ. 1. 161. 39.

C. flauipes niger, ſubtus piceus, pedibus rufis, thorace ſubquadrato, elytris arcte iuncto, elytris nouemſtriatis: ſtriis quatuor punctatis. Apterus. *Mon. Car.* n. 21.

♀ *C. Ciſteloïdes.* Hellw. ap. Panzer. Fn. Inſ. Germ. XI. 12.

Habitus et ſtatura *C. melanocephali*, at duplo maior. Deſcriptio Monographiae optima. Pedes in

noſtris, plerumque ruſo fuſceſcentes. Habitat ſub terra, et in ligno putrido obuius.

Hic adnotandum mihi videtur *C. punctulatum* F. E. S. I. 1. 150. 114. alium, valde diuerſum eſſe, cui citatum *C. punctulatus* Schaller. Act. Hallenſ. I. p. 318. adiungatur. Vide animaduerſa ad *C. infidum* n. 198. Hg.

178. *C. ſtriatus* niger, thorace poſtice foueola vtrinque biloba, elytris ſtriis nouem profundioribus: punctis tribus diſcoidalibus. Paykull. Mon. Car. n. 26.

C. nigroſtriatus. De Geer. Inſ. 4. 96. 12.

C. Leucophthalmus F. Mant. 198. 41.

Deſcriptio et obſeruatio Mon. Carab. Thorax in medio nonnihil complanatus, et corpus ac elytra minus, quam in *C. Leucophthalmo* conuexa: Noſtrates tamen vix eum magnitudine ſuperant, et pedes habent, forte ratione aetatis, ſubruſos, in reliquis conueniunt omnino cum Suecis. Habit. ſub terra Martio m. frequens.

De citato e Paykullio leue tamen dubium mihi exſiſtit, quia pedes quoque in meis ſpeciminibus, cum Carabo Roſſiano omnino conuenientibus, ſemper piceo-rufi ſunt. Hic Carabus, quem cum amicis nomine *C. Monticolae* communicaui, ſcaritum ſpeciem prae ſe fert. Specimina mea in monte Aſſe ſub lapidibus deprehendi.

Fabricius *C. ſtriatum* Paykullii apud *C. Nigritam* E. S. I. 1. 158. 149. allegat. Inde concludimus, eiusdem *C. Leucophthalmum Mant.* huc non ſpectare. Hg.

(*p. 77*)

179. *C. cinctus* fuſcus, capite thoraceque viridiaeneis, elytrorum margine pedibusque pallidis. F. Sp. 310. 62. Fn.

Digitized by Google

Fn. Etr. 1. 250. 523. t. 4. f. 9.
Color capitis thoracisque viridi-aeneus, elytrorum profunde cyaneus. Magnitudo semper eadem. Confer. Fn. Etr. l. c. Hab. hieme sub cortice roboris; mox saepe lectus etiam in Vlmo.
Vide adnotata nostra Fn. Etr. l. c. Hg.

180. *C. ruficornis* alatus, niger, antennis pedibusque ferrugineis, thorace basi subretuso, subrugoso, elytris striatis, subtilissime punctatis, subvillosis. Payk. Mon. Car. n. 74.
C. ruficornis. F. Mant. 199. 48. Geoffr. Inf. 1. 160. 38. *Le Bupreste noir velouté.*
C. puluerulentus. Fn. Etr. 1. 253. 526. t. 3. f. 7.
Descriptio Mon. Car. Hab. in ligno putrescente, et sub lapidibus rarior.

(*p. 78.*)

181. *C. vestitus* subtus niger, supra viridi-aeneus, antennis pedibusque pallidis, elytris pubescentibus, punctato-striatis, punctis maioribus nullis, limbo exteriore pallido postice latiore. Mon. Car. n. 44.
Linn. Syst. Nat. 670. 16.
Geoffr. Inf. 1. 162. 41. *Le Bupreste vert à bordure.*
C. marginatus. F. Mant. 202. 84. ab hoc diuersus, et a Linnaeo in Fn. Sv. 804. descriptus.
Descriptio et obseruatio Mon. Car.
Carabus hic, cui competit omnino allata descriptio, et magnitudo *C. 6-punctati* rarior habitat apud nos. At contra occurrit alius frequens, in *Fn. Etrusca* sub nomine *C. marginati* non recte descriptus, qui mihi modo erit varietas β. *C. vestiti*, nam si species (vti videtur) distincta, sane admodum proxima est *C. vestito*, cum differat tantum ma-

gnitudine duplo maiore, thorace magis ſubquadrato, elytrisque limbo exteriore pallido, poſtice vix latiore.

Hab. ſub lapidibus et in truncis arborum cariosis. *Var.* β. quae in *Mon. Car.* deſcribitur, mihi prorſus ignota.

Ille Carabus, quem Auctor varietatem *C. veſtiti* habet, *C. marginatus.* Fn. Etr. 1. 251. 524., peculiarem ſiſtit ſpeciem. *C. veſtito* duplo maior eſt. Caput et thorax in ſpecimine, quod vidi, cuprea erant, nec adeo denſe punctata, vt in *C. veſtito.* Thoracis, pro portione longioris, margo extimus nullo modo flaueſcebat, vt in *C. veſtito.* Elytra minus lata, minusque punctata in maiore, in quo limbus elytrorum flauus pone vix dilatatus eſt. Multo magis, quam *C. veſtito,* hic Carabus *C. cinctο F.* affinis eſt, ſed hic breuior, vix pubeſcens, thoraceque magis rotundato eſt. Hg.

(*p. 79.*)

* 182. *C. ſpoliatus* capite thoraceque aeneis, elytris viridi-cupreis, limbo exteriore pallido, vndique aequali, ſutura aeneo-lucida.

Magnitudo *C. veſtiti var. maior.* β., eiusdemque ſtaturae, at thorax paullo anguſtior, fere obcordatus. Caput aeneum nitens. Palpi rufi. Antennae in viuo piceae tribus primis articulis pallide rufis. Thorax aeneus nitens fere obcordatus, linea longitudinali, punctisque oblongis maiuſculis poſticis profundius excauatis. Elytra viridi-cuprea, ſtriata, punctis diſcoidalibus nullis, limbo exteriore pallido vndique aequali, et ad imum ſuturae marginem aeneo-lucida. Sternum et abdomen etiam ſub elytris nigrum. Pedes pallidi. Alae albae.

Differt

Differt a *C. veſtito var. maior.* β., antennis piceis primis articulis pallide rufis; in *C. veſtito* totae pallidae rufae. Differt thorace paullo anguſtiore, magis obcordato, elytris non pubeſcentibus, non viridi-holoſericeis, magis conuexis, magisque ad cupreum vergentibus, ſutura aeneo-lucida, thoracique concolori; demum differt abdomine etiam in dorſo toto nigro; in *C. veſtito var. maior.* β. abdomen nigrum margine tamen ſub elytris late pallido. Praeterea in *C. ſpoliato* elytrorum limbus exterior, pedesque paullo pallidiores, et fere albidi. Coloris diuerſitas, thorax longior et anguſtior, et abdominis dorſum omnino nigrum, praeter alias notas, differentiam conſtantem ſpecificam, ſtatuere videntur. Addendum quod *C. ſpoliatus* rarior, et numquam inuentus cohabitare cum *C. veſtito.* Hab. in truncis putreſcentibus minime frequens, Long. 7. lat. $2\frac{2}{3}$.

(*p. 80.*)

183. *C. nigricornis* niger, thorace cupreo, elytris ſtriatis, viridibus, pedibus piceis. F. Mant. 202. 82.

Paykull. Mon. Car. n. 70. cuius deſcriptio itetum exhibetur. Statura et habitus fere *C. holoſericei*, ſed apud nos paullo minor, laeuis, elytrisque vti in *C. veſtito* certo ſitu ferrugineo micantibus. Hab. in pratis humentibus ſat frequens. Long. $4\frac{1}{5}$. lat. 2.

C. nigricornis, quem Panzerus Fn. Inſ. Germ. VI. 4. optime depinxit, quocunque lucis illapſu, numquam ferrugineo micat, quod apud *C. holoſericei* varietatem, quae a permultis cum *C. nigricorni* confunditur, omnino ita ſe exhibet. Hinc Auctoris

C.

C. nigricornem C. holoſericei varietatem habere mihi liceat. Haec maiorem fidem habent, cum in deſcriptione Paykullii Monographiae, ab Auctore noſtro integra repetita, antennarum articulus primus rufus deſcribatur; antennis *C. nigricornis*, quod nomen iam ſuadet, ſemper vnicoloribus nigris. Ex his modo dictis patet, me quoque Paykullii *C. nigricornem* C. holoſericei varietati annumerare. Magnitudo dicta minor nullum offendat, quia ſpecimina illius varietatis *C. holoſericei* minora eſſe ſolent.

Celeberrimus Schneiderus *Neuſt. Magaz.* p. 362. *C. nitidulum* Schrank. En. n. 401. forte allegandum putat; quam coniecturam tamen probare nequeo, vt e deſcriptione ſatis patet. Hoc citatum ad alium ſpectat Carabum, *C. veſtito* ſimilem, limbo flauicante vero deficiente. Hg.

* 184. *C. rufus* obſcure rufus, thorace obcordato, elytris ſubſtriatis.

Magnitudo *C. Germani var. mai.* Totus obſcure rufus, vnicolor. Thorax obcordatus, conuexus, poſtice coarctatus, truncatus, vix marginatus, lineola longitudinali, angulisque poſticis impunctatis. Elytra conuexa, ſubſtriata, non nitida, latitudine fere thoracis absque punctis marginalibus. A *Car. ferrugineo* diuerſiſſimus. Hab. in ſiluis, raro lectus.

185. *C. humeralis* niger, thorace obcordato, elytris ſtriato-punctatis, truncatis, antice rufis, pedibus rufoflauis. *Mon. Car.* n. 23.

Deſcriptio et var. β. inidem deſumtae ſunt. Noſtrum ſpecimen differt tantum magnitudine paullo maiori, at in reliquis conuenit. Lectus in ligno putreſcente.

* 186.

(*p. 81.*)

* 186. *C. ſmaragdulus* viridis, nitidus, thorace ſubquadrato, elytris ſtriatis.

Magnitudo *C. aterrimi.* Caput viride nitidum, laeue, punctis duobus impreſſis. Palpi antennaeque fuſcae primo articulo ruſo. Thorax latitudine elytrorum, viridis, nitidus, laeuis, ſubquadratus, poſtice ſubdepreſſus, lineola longitudinali vix apparente, ſtriaque, ſeu potius puncto vtrinque excauato. Elytra viridia, nitida, laeuia, ſubtiliſſime ſtriata, impunctata, conuexa. Subtus totus ater, nitidus, plantis exceptis ferrugineo piloſis. Alatus. Variat magnitudine pedibusque interdum ruſis. Differt a *C. lepido*, ſemper aptero, alis thorace vna tantum ſtria poſtica impreſſa, et colore elytrorum laete viridi: qui in *C. lepido* ad cupreum vergit. Hab. ſub lapidibus, et in ligno putrido frequens.

(*p. 82.*)

187. *C. 6-punctatus* capite thoraceque viridibus, elytris cupreis. F. Sp. 309. 60.

⊙ Goed. Schaeff. Ic. t. 66. f. 4.

♂ Schrank. E. I. 402. Vill. Ent. 1. 372. 6. De Paykull. Mon. Car. n. 42.

♀ F. E. S. I. 1. 157. 145.

Deſcriptio Payk. Mon. var. β. viridi-aeneus, elytris concoloribus apud nos frequentior. Hab. in locis apricis. Inuentus etiam ſub arborum cortice tempore hiberno. Long. 4. lat. $1\frac{2}{3}$.

* 188. *C. Tenebrioides* ater, thorace lato, elytrorum ſtriis punctatis. Geoffr. Inſ. 1. 159. 34. *Le Bupreſte pareſſeux.*

C. Tenebrioïdes. Linn. Ed. XIII. 1986. 213.

C.

C. piger. Fourcroy Ent. Paris. 42. Villers Ent. 1. 377. 63.

Statura lata vndique fere aequalis, et magis conuexa quam in plerisque suae gentis. Caput nigrum, nitidum, minus exsertum. Palpi antennaeque breues, subrufae. Thorax niger, nitidus, latitudine elytrorum valde conuexus, subquadratus, marginatus, antice laeuis, postice punctulatus, foueola vtrinque leuiter impressa. Elytra nigra, admodum et aequaliter conuexa, striata, striis nonem minutissime punctatis, extremo apice emarginato. Sternum et abdomen nigra nitida. Pedes nigri, breues, praesertim antici tibiis apice latiusculo, spinisque crassis instructo. Alatus. Variat magnitudine, abdomine, tibiis, tarsisque subrufis. Hab. in arenosis et sub lapidibus frequens. Long. 9. lat. 3.

Idem Carabus, qui in Musеis Germaniae nomine *C. Tenebrioïdes Schneideri* occurrit; res admodum rara, vbi eidem insecto idem nomen a duobus Auctoribus datum est. Hg.

(*p. 83.*)

189. *C. dentatus* cyaneus, thorace cylindrico subaequali, ore, antennis pedibusque rufis. Fn. Etr. 1. 266. 531. t. 2. f. 11.

Carabum hunc ad *Cicindelae* genus referendum esse credant alii; mihi est, semperque erit *Carabus*; nam facies, habitatio, viuendi modus, incessus, aliaque inter *Carabos* naturaliter statuere videntur. Hab. sub Vlmi cortice in truncis emortuis.

* 190. *C. distinctus* testaceus subpilosus, abdomine, elytrorumque fascia longitudinali suturae communi atro-caeruleis. Sta-

Digitized by Google

Statura et magnitudo *C. dentati.* Caput teſtaceum. Oculi nigri. Palpi antennaeque teſtaceae articulo primo praelongo apice nigro vt in *C. dentato.* Mandibulae pariter vt in illo exſertae, elongatae, teſtaceae. Thorax anguſtatus elongatus, fere cylindricus, emarginatus, teſtaceus. Elytra punctato-ſtriata, integra, teſtacea, faſcia longitudinali ſuturae communi atro-caerulea. Pectus pedesque teſtacea. Abdomen atro-caeruleum. Alae albae. Etſi habitu et magnitudine fere ſimilis *C. crepitanti, Caraboque dentato;* attamen ab iis omnino diſtinctus. Differt enim a *C. crepitante* forma capitis, antennarumque articulo primo longiſſimo, thorace emarginato, elytris teſtaceis, faſcia etc. A *C. dentato* differt colore prorſus diuerſo, thorace non canaliculato, elytris integris. Hab. cum aliis exeſas arbores. Raro lectus hieme.

(p. 82.)

191. *C. Germanus* cyaneus, capite, elytris pedibusque teſtaceis, elytris apice violaceis. F. Sp. 312. 71.

Faun. Etruſca. 1. 249. 522.

☽ Poda M. G. p. 273.

Schaefferi Icon. t. 31. f. 13. citata a Fab. aliisque pertinet ad *C. viridanum.* Deſcriptio *Scopolina* optima, at in noſtris pedes non thoraci, ſed ſemper elytris concolores, ſcilicet teſtacei. Diximus in Fn. Etr. l. c. variare interdum capite nigro; nunc autem, re melius conſiderata, non omittendum dubium, fere ad certitudinem redactum, hunc *Carabum* hucusque a nobis pro varietate *C. Germani* habitum, ſpeciem fortaſſe ab eo eſſe diſtinctam: hic enim, quamuis habitu et ſtatura *C. Germano* ſimil-

ſimillimus, attamen reuera conſtanter differt magnitudine, capite atro, thoracis lateribus poſticis non extrorſum, neque acute angulatis, vti in *C. Germano,* ſed obtuſis; macula elytrorum violacea non acuminata, maximamque eorum partem occupante. Praeterea *C. Germanus* frequens hieme ſub arborum cortice, lignoque putrido; hic eo tempore raro, aut numquam inuentus, etſi alio occurrat ſaepiſſime; addendumque, quod in hac ſpecie, aut varietate vidi et aſſeruo ſimile cum ſimili copula iunctum.

Hab. in ſiluis frequens. Long. 3½. lat. 1½.

Haec de *C. Germani* putata varietate enumerata abunde probant, eam omnino ſpecie diſtinguendam eſſe. Hg.

* 192. *C. exhalans* capite, thorace pedibusque rufis, elytris truncatis, nigro-caeruleis, maculis duabus flauis.

Statura et magnitudo omnino *C. crepitantis,* cuius videtur eſſe varietas elegantiſſima, ac ſingularis: differt enim tantum elytris maculatis, maculis in ſingulo elytro binis, altera pone baſin, altera pone medium ſubrotundis flauis. In *C. crepitante,* qui apud nos frequens copioſus occurrit, abdomen obſeruatur in viuo modo obſcure nigrum, modo rufum. In indiuiduis magnitudine minoribus, rufum, in maioribus (fortaſſe feminis) opacum nigrum. In hac noſtra varietate tamen, quamuis minores aequiparet, abdomen opacum nigrum. Hab. ſub terra cum *C. crepitante* Mart. menſ. rarus.

(*p. 85.*)

* 193. *C. Pſammodes* niger, ſubdepreſſus, capite, thorace, limbo elytrorum, antennis pedibusque liuide rufis.

Statura *C. arenarii*, at minor. Caput rufum. Oculi nigri. Palpi antennaeque rufae longiores. Thorax ſuperne et inferne rufus, obcordatus, conuexus, ſubmarginatus, lineola obſoleta longitudinali punctisque poſticis ordinariis impreſſis. Elytra nigra, ſubdepreſſa, ſtriata, ſtriis oculo armato punctatis, limbo exteriore, poſticoque rufo. Abdomen nigrum. Pedes rufi. Alatus. Limbus rufus poſtice latior. Differt a *C. fabuloſo* F. Mant. 47. a *Car. liuido* Linn. Fn. Sv. 791. et a *C. fabuloſo* Mon Car. n. 28. cum in noſtris caput, thoraxque ſint omnino rufa, et elytra nullo modo dici poſſint ſubtiliſſime ſtriato-punctata, punctis quibusdam diſcoidalibus, vti in Mon. Car. l. c. aſſeritur. Hab. Florentiae rarus.

194. *C. aterrimus* niger, nitidiſſimus, thorace conuexo, elytris leuiſſime punctato-ſtriatis: punctis vtrinque tribus diſcoidalibus maioribus. Mon. Car. n. 78.

Herbſt ap. Fuesly Arch. 6. 140. 50. t. 29. f. 13.

C. oblongo-punctatus. Fn. Etr. 1. 254. 528.

Deſcriptio et obſeruatio Paykullii l. c. repetitae. — Hab. in ſiluis primo vere non rarus. Long. 6. lat. 1¼.

(*p. 86.*)

195. *C. Proteus* laeuis, cylindricus, thorace punctis ordinariis laeuioribus, elytris ſtriatis, diſco impunctatis. Mon. Car. n. 72.

C. aeneus F. Mant. 202. 81.

Deſcriptio Mon. iterata. Hab. in Suecia auſtrali. Mihi numquam lectus.

Hic Carabus admodum variat, vti videre eſt in Mon. Car. l. c. Varietates in ea indicatae, quae apud nos occurrunt, et quas ego inueni, ſunt ſequentes.

Var. δ. ſubtus niger, ſupra cyaneus, antennis pedibusque rufis. M. C.

C. azureus .F. Mant. 201. 71. Fn. Etr 1. 266. 550.

Pedes et antennae interdum fuſceſcentes. De hoc tamen licetne mihi dubitare, an reuera ſit *C. Protei* varietas? Forma thoracis paullulum diuerſa, punctaque poſtica magis excauata. Hab. in locis arenoſis non frequens.

Var. ε. Niger, pedibus antennisque rufis. M. C.

C. latus.. De Geer. Inſ. 4. 100. Geoffr. Inſ. 1. 160. 37. Schrank. E. I. 211. 397. *C. latus, ſed maior.*

Communis.

Var. η. Niger, thorace ſupra, elytrisque viridi-aeneis, pedibus antennisque rufis. M. C.

C. affinis. Schrank. E. I. 212. 399.

Variat pedibus antennisque piceis. Long. 5½. lat. 1¾. Hab. ſub lapidibus, et in truncis arborum ſat frequens.

Confer, quae de his varietatibus apud *C. azureum.* Fn. Etr. 266. 550. monui. Hg.

196. *C. affimilis* niger, thorace capite longiore, poſtice impunctato, elytris ſtriatis, margine punctato. Mon. Car. n. 32.

Deſcriptio Monographiae iterum exhibita. In noſtris thorax lineola longitudinali impreſſa. Hab. cum praecedentibus frequens. Long. 4¼. lat. 2. vix.

197.

Digitized by Google

197. *C. obſcurus* niger, ſupra obſcure nigro-ſubaeneus, elytris, diſco vtrinque tripunctato. *Var. Mon. Car.* n. 45. fuſe, optimeque deſcriptus. Conf.

Statura et magnitudo *C. mendacis.* Fn. Etr. et fere *C. picipedis.* Thorax laeuiſſimus longitudine paullo latior, conuexus, vix marginatus, lineola longitudinali, punctisque poſticis excauatis. Inter ſtriam ſecundam et tertiam elytrorum puncta tria minutiſſimè excauata, margine etiam externo punctato. Pedes nigri. Variat colore interdum magis nigro, interdum magis cyaneo. Hab. cum *C. crepitante, viridano,* aliisque iuxta ſepes tempore hiemali ſub terra degens.

(*p. 88.*)

* 198. *C. infidus* niger nitidus, thorace ſemirotundato, elytris ſubdepreſſis, punctato-ſtriatis, antennis tibiisque ferrugineis.

An *C. depreſſus.* Mon. Car.?

C. pilicornis. Fn. Etr. 1. 255. 531., qui omnino delendus.

♀ *C. breuicollis.* F. E. S. I. 1. 150. 113.
Panz. Fn. Inſ. Germ. XI. 8.

Facies *C. ſpinibarbis*, ſed duplo maior. Palpi antennaeque ferrugineae, baſi nitidiores, pilis longioribus hirtae. Thorax fuſco-niger nitidus, orbiculatus antice poſticeque anguſtatus, marginatus punctulatus, ſulco longitudinali conuexitatem quaſi in duos lobos diuidente. Elytra fuſconigra nitida, ſubdepreſſa, 9-ſtriata, ſtriis confertiſſime punctatis, punctis quatuor vtrinque in ſtria ſecunda paullo maioribus longitudinaliter excauatis, interdum vix perſpicuis. Pedes ſubrufi. Femora plerumque nigra. Alae albae. Iunior va-

riat colore fuſco-ruſo. Variat etiam magnitudine minori. Hab. ſub corticibus, et in truncis cariosis primo vere frequens. Long. $5\frac{1}{4}$. lat. $2\frac{1}{4}$.

De citato e Paykullii Monographia tamen dubito, quia plura non congruunt. Id praecipuum obſtaculum eſt, quod *Carabus depreſſus P.* apterus eſt. In thoracis deſcripticne lineae mediae longitudinalis impreſſae mentio nulla facta eſt. Porro ibidem in angulo linea obliqua ſatis profunde impreſſa eſt. Elytrorum ſtriae punctatae ſunt, punctis haud leuiſſimis. — Hic Carabus in muſeis non paucis nomen *C. piceus* gerit.

Fabricius Ent. Syſt. 1. 150. 114. apud *C. punctulatum* illud citatum Paykullianum allegat, cui tamen dubium non minus obſtat; cum, quia Paykullius apterum dicit Carabum ſuum, tum, quia in angulo poſteriore thoracis, qui etiam inepte ſubrotundatus vocatus eſſet, puncta maiora impreſſa omnino adſunt. Hg.

199. *C. agilis* thorace rotundato rufus, elytris abdomineque nigris. F. Mant. 204. 99.

Payk. Mon. Car. n. 64.

♀ F. E. S. I. 1. 139. 67.

Deſcriptio Monographiae, eiusdemque Var. γ. fuſcus, ſubtus, abdomine excepto, maxillis, antennis pedibusque ruſo-flauis, elytris puncto medio pallido; apud nos frequens. Hab. in foliis arborum conuolutis.

(*p. 89.*)

200. *C. ouatus* ouatus, thorace antice capitis, poſtice elytrorum latitudine, vtrisque adnato, elytris ſtriatis, punctis diſcoïdalibus nullis. Mon. Car. n. 81.

C. vul-

Digitized by Google

C. vulgaris. Fn. Etr. 1. 244. 515. Linn. Fn. Sv. 799. β.

Deſcriptio Monographiae.

Var. β. Supra obſcure aeneus, ſubtus cum antennis pedibusque piceus. *C. vulgaris* var. α. Linn. Syſt. N. 675. 27. Fn. Su. 799.

Var. γ. Supra viridi-aeneus, ſubtus niger.

Var. δ. Supra nigro-caeruleſcens, ſubtus niger nitidus. *C. aeneus.* De Geer. Inſ. 4. 98. 15.

Sequitur obſeruatio Mon. iterum exhibita.

C. metallicus. Scop. E. Carn. 270. videtur referendus ad varietatem δ. Hab. ſub lapidibus frequens.

Confer adnotata mea ad *C. vulgarem* Fn. Etr. 1. 244. 515. Hg.

(*p. 90.*)

* 201. *C. votivus* niger nitidus, thorace vix marginato, elytris ſtriatis, punctis diſcoidalibus nullis, antennis ferrugineo-flauis.

C. nigritae affinis, ſed minor. Caput nigrum nitidum. Antennae flaueſcentes. Thorax niger, nitidus, vix marginatus, ſubquadratus, lineola longitudinali, punctisque poſticis ordinariis impreſſis. Elytra nigra nitida, ſtriata, punctis discoidalibus nullis. Sternum et abdomen nigra. Femora nigra. Tibiae tarſique ferruginei. A *C. Nigrita* diſtinguitur thorace vix marginato, punctisque diſcoidalibus nullis. Hab. in truncis arborum carioſis.

* 202. *C. velocipes* ater ſubaeneus, elytris punctato-ſtriatis, antennis nigris, pedibus pallide rufis.

C.

C. rufipedi Mon. Car. affinis, cuius forte varietas. Antennae nigrae primis duobus articulis rufis. Caput atrum subaeneum nitidissimum. Thorax ater subaeneus, nitidus, cordatus, lineola longitudinali, punctoque postico vtrinque excauato, latitudine dimidia elytrorum. Elytra atra subaenea, nitida, punctato-striata. Femora atra subaenea. Tibiae tarsique pallide rufi. Alae nigrae. Hab. sub corticibus. Long. 2. lat. ¾.

203. *C. rufipes* supra obscure-subaeneus, subtus niger pedibus rufis, thorace glaberrimo, elytris integris, subtilissime punctato-striatis. Mon. Car. n. 63.

Descriptio loci citati abbreuiata; eadem tamen. Hab. cum praecedentibus.

(*p.* 91.)

204. *C. dorsalis* thorace rotundato nigro, coleoptris pallidis, macula magna dorsali nigra. F. Mant. 205. 116.

♀ F. E. S. I. 1. 165. 183.

Paruus. Caput atrum nitidum. Thorax ater nitidus, orbiculatus, margine tenuissime pallescente. Elytra subtilissime striata, nitida, pallida, macula dorsali nigra fere communi. Corpus nigrum. Pedes ferruginei. Antennae, in nostris, fuscae, basi ferruginea. Confer *C. meridianum var.* γ. Mon. Car. Hab. sub foliis putridis frequens.

Confer, quae apud *C. meridianum.* Fn. Etr. 268. 554. monui. Hg.

* 205. *C. erratus* niger, thorace orbiculato rufo, coleoptrisque flauis, fascia media nigra ad vtrumque marginem dilatata.

C.

Digitized by Google

♀ *C. Andreae.* Fn. Etr. 1. 265. 548.
C. Crux minor. Fabr. E. S. I. 1. 160. 159.
Panz. F. I. G. XVI. 2.

Statura *C. Turcici*, at maior. Caput nigrum nitens. Antennae fuſceſcentes articulo primo et ſecundo ferrugineis. Thorax rufus, orbiculatus, marginatus, angulis poſticis paullulum productis, lineolaque dorſali vix impreſſa. Elytra minus conuexa, tenuiſſime ſubſtriata, apiceque oblique truncata, flaua; faſcia media transuerſa nigra, quae ad ſuturam, et marginem exteriorem, apicemque adeo extenditur vt ſpatium margine nigro cinctum, ſeu maculam ſubrotundam flauam vtrinque conſtituat. Abdomen nigrum. Pedes ſaepius rufi, interdum nigri. Differt a *C. Turcico* magnitudine maiori, colore, macula poſtica apicis flaua. A *C. C. minori*, differt etiam ſtatura, capite anguſtiore, thorace magis orbiculato, faſcia minus lata, elytris truncatis. etc.

Heic autem fatendum, hunc *Carabum* male a me aſſumtum fuiſſe in *Fn. Etruſca* pro *C. Andreae*, cui thorax iuxta *Cl. Fabricii* diagnoſin niger eſt, non rufus; proindeque mirum videri, me nec poſſidere, nec vmquam vidiſſe hanc ſpeciem, quae pro Italica habetur. Hab. cum aliis rarior.

Illo tempore, quo Auctor noſter ſcribebat, *C. Crux minor* idem Carabus erat, quem nunc *C. bipuſtulatum* vocamus. *C. Crux minor* Auctoris Fn. Etr. 1. 263. 547. itaque idem cum *C. bipuſtulato* videtur. De hoc certe *C. errato* nullum dubium reſtat, quo minus verus *C. Crux minor* Linn., et nunc quoque Fabr., ſit. Vide animaduerſa ad *C. Crucem minorem.* Fn. Etr. l. c. Hg.

LXXIII.

Digitized by Google

(*p. 92.*)

LXXIII. SCARITES.

* 206. *S. Dama* niger, thorace obcordato, capitis clypeo basi bituberculoso, apice vtrinque cornuto, cornibus erectis, excauatis, compressis, biramosis.

Diximus in Fn. Etr. 1. 275. 571. *Sc. Calydonium* variare magnitudine minori, maxillis cornutis; at re melius perpensa, varietas ibi indicata modo species distincta videtur, nam etsi statura eadem, magnitudo tamen quadruplo minor, et caput, vti in diagnosi, omnino diuersum. Reliqua omnia in vtraque specie similia. Hab. in arenosis.

LXXV. TENEBRIO.

* 207. *T. Cornifrons* oblongus, ruber, nitidus, elytris nigris: capite bicorni.

♀ *Ips haemorrhoidalis.* F. E. S. I. 2. 513. 11. Panz. Fn. Inf. Germ. XII. 16.

Statura et magnitudo omnino *S. Rufficae* Fn. Etr. 1. 136. cui primo intuitu adeo similis, vt facillime cum eo confundatur. Conf. fig. 6. tab. A. conf. etiam *A. rubrum.* De Geer. Inf. 5. 285. 1. t. 8. f. 12. Caput rufum fronte admodum excauata, et corniculis duobus eleuatis rufis instructa. Palpi quatuor inaequales, antici subclauati, postici filiformes, rufi. Antennae breues, rufae, moniliformes. Oculi nigri. Thorax rufus, nitidus, laeuis, conuexus, submarginatus. Elytra nigra, nitida, extremo apice rufa, conuexa, subtilissime punctatostriata, striis in singulo elytro nouem. Sternum, abdomen, pedes rufa. Alae albae. Frons in altero sexu

ſexu inermis. Differt a *S. Ruſſica*, capite cornuto, antennis breuioribus, apice minus clauato, ſtriis elytrorum diſtinctioribus, abdomine toto ruſo etc. Hab. in quiſquiliis et truncis arborum carioſis, rariſſimus. Long. $2\frac{1}{4}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

Statura huius inſecti, vt mihi videtur, adeo non affinis eſt ſtaturae *I. nigripennis*, vt libenter illi anonymo aſſentiam, hoc inſectum ali generi, *Diaperibus* ſcilicet, annumeraturo, (vid. Schneid. Magazin. V. Heft. p. 559. adnot ad. n. 2.) Sed forte melius peculiare genus conſtituit, cui plura inſecta Americana adiungerem, quae, ſtaturae quoque eiusdem, inſuper capitis corniculis gaudent.

Celeberrimus Fabricius l. c. quaerit, an *Hiſpa cornigera* antennis ſerratis, thorace ruſo, elytris caeruleis, capite bicorni. Mant. 1. 47. 5. huc ſpectet. Cum hoc inſectum celeberrimo viro ipſi ignotum ſit, me idem non noſſe libenter confiteor. Sed in Fn. Etr. 1. 36. 80. apud *Dermeſtidem ſanguinicollem* figurae 4. t. 220. *Schaefferi Iconum* mentionem feci, quae ab Harrero ad noſtram *I. haemorrhoidalem* relata eſt, licet et figura et deſcriptio valde diſcrepent. Si ibi depictum inſectum reuera caput bicorne haberet, forte commemorata *Hiſpa cornigera Fabr.* eſſet? Hg.

(*p. 93.*)

208. *T. Mauritanicus* alatus niger, ſubtus piceus, thoracis marginibus antice poſticeque dente angulatis. Linn. Syſt. Nat. 674. 4.

Trogoſita Mauritanica. Oliu. Ent. 19. 2. 1. t. 1. f. 2. A. B.

Geoffr. Inſ. 1. 64. 5.

Dorth. Mem. d'Agric. a. 1787. p. 64. f. 1. 2. Fn. Etr. 1. 280. 579. t. 7. f. 15.

Hab. ſub arborum cortice frequens.
Vide Fn. Etr. l. c. Hg.

LXXXIV. MYLABRIS.

209. *M. teſtacea* teſtacea, pectore, elytrorumque apicibus nigris. F. Mant. 217. 8.

Praeter ea, quae diximus de *L. Afra* et *M. teſtacea* in Fn. Etr. 1. 292. 594. et in Appendice, addendum varietatem *elytris totis nigris* variare interdum etiam capite, pedibusque nigris. Hab. in floribus Dipſaci Fullonum frequentiſſima.

(*p. 94.*)

* 210. *M. fulua* nigra, thorace ruſo-flaueſcente, elytris ſaturate teſtaceis.

Statura *M. teſtaceae*, at dimidio maior, ac diſtinctiſſima. Caput atrum nitidum, glabrum, tenuiſſime punctulatum, inflexum. Palpi quatuor inaequales, filiformes nigri. Antennae nigrae, filiformes 11-articulatae. Thorax ruſo-flaueſcens nitidus, glaber, omnino conformatus vti in *M. teſtacea*. Scutellum nigrum. Elytra ſaturate teſtacea, laeuia, flexilia, vix pubeſcentia, integra, ſed abdomine paullo breuiora. Sternum, abdomen, pedes atra. Alae obſcurae. Abdomen craſſum ventricoſum; forte femina?

Non leuiter admiranti mihi prodiit e pupa obtecta putamine proprio ouiformi ferrugineo, ſtigmatibus vtrinque longitudinaliter impreſſo, quam inueni abrupto nido *Ap. variantis* (conf.) in eius medio ſitam prope cellulas, vbi neſcio quomodo introducta larua, veluti in apto ſibi domicilio vna cum *Apibus* l. c. deſcriptis, metamorphoſin ſubierat. Long. $5\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{3}{4}$.

LXXXVI.

LXXXVI. MORDELLA.

211. *M. abdominalis* ano aculeato, nigra, thorace abdomineque fuluis. F. Sp. 333. 10.

♀ F. E. S. I. 2. 114. 9.

Statura *M. aculeatae.* Caput, pectus, elytra, ſpina analis, pedes atra. Thorax et abdomen fulua, immaculata, nitida. Lecta in floribus.

(*p. 95.*)

212. *M. frontalis* atra, fronte pedibusque flaueſcentibus. F. Sp. 333. 12.

♀ F. E. S. I. 2. 114. 9. Panz. F. I. G. XIII. 13.

Parua. Frons flaua, et pedes praeſertim antici flaui. Hab. in floribus.

* 213. *M. nigra* nigra, vnicolor, antennis baſi flaueſcentibus.

Statura et magnitudo *M. flauae.* Caput et thorax minora, minusque gibba quam in *M. aculeata.* Thorax ſuborbiculatus. Antennae prorſus moniliformes, nigrae primis articulis flaueſcentibus. Anus absque aculeo. Hab. in floribus.

LXXXVII. STAPHYLINVS.

214. *St. hirtus* hirſutus, niger, thorace abdomineque poſtice flauis. F. Sp. 334. 1.

⊙ Sulz. Hiſt. Inſ. t. 7. f. 16.
Paykull. Mon. Staph. n. 1. deſcriptio optima.

♀ F. E. S. I. 2. 519. 2. Panz. F. I. G. IV. 19.

Inter maximos numerandus, facillimeque dignoſcendus. Lanugo aureo-flaua interdum aetate deteritur. Hab. in fimo, et ſtercore bouino ſat frequens in locis ſiluaticis arenoſis.

215.

(*p. 96.*)

215. *St. cyaneus* niger, capite, thorace elytrisque cyaneis. Mon. Staph. n. 7.

St. atrocaeruleſcens. Geoffr. 1. 361. 2.

♀ F. E. S. I. 2. 521. 11.

Deſcriptio Monograph. Hab. apud nos rarior. Long. 7. lat. $1\frac{1}{3}$.

* 216. *St. bicinctus* niger, capite, thorace elytrisque profunde cyaneis, abdomine atro, vltimis duobus ſegmentis baſi late aureo holoſericeis.

Praecedenti proximus, eiusdemque magnitudinis ac ſtaturae, at magis affinis *St. morſitanti.* Fn. Etr. 1. 308. 614.

Caput baſi latitudine fere thoracis, ad latera poſtica ſubangulatum fuſco-cyaneum. Palpi rufi. Antennae filiformes, nigrae baſi rufa, apice acuto cinereo-ruſo, capite vix duplo longiores. Thorax fuſco-cyaneus, punctulatus, capite longior, et paulo latior, antice truncatus, angulatus, poſtice rotundatus. Elytra fuſco-cyanea, punctulata, thorace paulo longiora. Scutellum nigrum. Abdomen elytris plus duplo longius, atrum, vltimis duobus ſegmentis baſi, lanugine aurea nitente late faſciatis. Subtus totus niger pedibus exceptis omnino rufis. Faſciae vix marginem exteriorem attingunt, et in mortuo, ſegmentis contractis, maximam partem occultantur. Lectus in Fraxini Orni ligno putreſcente. Long. $7\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

(*p. 97.*)

217. *St. pubeſcens* pubeſcens, capite flauo, thorace elytrisque fuſco-nigroque nebuloſis; punctis impreſſis. Geoffr. Inſ. 1. 363. 8.

Paykull.

Paykull. Mon. Staph. n. 9. Degeer. Inſ. 4. 17. 2.
St. ochrocephalus. Ed. XIII. Linn. 2034. 85.
St. chryſocephalus. Ent. Par. 1. 166. 8.
♀ F. E. S. I. 2. 520. 5.

Deſcript. in Mon. Capitis collum pariter flauum. Antennae baſi flauae, 6 vltimis articulis nigris. Thorax et elytra fuſco nigroque nebuloſa. Abdomen ad latera lanuginoſum, ſubtus cinereo-pubeſcens, nigro-punctulatum. Hab. in fimo rarus.

218. *St. tomentoſus* fuſcus pubeſcens, pedibus, thoracis lateribus, elytrorumque baſi pallidis, penultimo ſegmento abdominis reliquis haud longiore. Mon. Car. Append. p. 138. n. 53. 54.

Deſcribitur ibidem. Var. β. fuſcus, pubeſcens, pedibus pallidis. Mon. — Habit. vterque apud nos in putridis.

(*p. 98.*)

219. *St. canaliculatus* flauus, capite, abdominisque cingulo atris, thorace canaliculato. F. Mant. 221. 29.

Paederus impreſſus. Fn. Etr. 1. 314. 627.

Deſcriptio Monogr. Staph. n. 23. Hab. in ligno putrido frequens.

220. *St. clauicornis* niger immaculatus, thorace rotundato leui, antennis extrorſum craſſioribus. F. Mant. 221. 21.

St. Iuno. Geoffr. Inſ. 1. 371. 24 .Payk. M. St. n. 25.
St. Buphthalmos. Schrank. E. I. 445.
Fn. Etr. 1. 311. 623.

Deſcriptio Monogr. Magnitudo praecedentis, at paullo latior. Hab. ſub arborum cortice frequens.

Con-

Digitized by Google

Conferantur animaduerſa ad *St. Buphthalmum.* Fn. Etr. 1. 311. 623. Hg.

* 221. *St. pallidus* pallide flauus, piloſus, capite elytrorumque poſticis nigris.

Statura et magnitudo *St. tomentoſi.* Caput nigrum nitidum, thorace anguſtius. Antennae nigrae, baſi flauae, ad apicem craſſiores, longitudine capitis atque thoracis. Thorax pallide flauus, parum conuexus, rotundatus, emarginatus angulis obtuſis, poſtice latior, ſed magnitudine cedit thoraci *St. tomentoſi.* Elytra pallide flaua, laeuia, piloſa, capitis thoracisque longitudine, apice macula magna nigra, quae tamen marginem interiorem haud attingit. Abdomen rufoflauum, piloſum, incuruum, apice obtuſo. Subtus vna cum pedibus omnino pallide flauus. Hab. in putridis, et ſub arborum foliis disiectis.

222. *St. orbiculatus* niger, thorace conuexo, orbiculato, antennis palpis pedibusque fuſco rufeſcentibus. Mon. Staph. n. 26.

♀ *Paederus orbiculatus.* F. E. S. I. 2. 539. 9. Deſcr. Mon. Hab. cum aliis rarior.

(*p. 100.*)

223. *St? ſanguineus* niger, elytris ſanguineis, abdomine gibbo antennis longioribus. Mon. Staph. n. 29.

St. ſanguineus. Linn. Syſt. Nat. 689. 19. Fn. Sv. 853.

♀ F. E. S. I. 2. 529. 51. Panz. F. I. G. XI. 19.

Statura, ac habitu a *Staphylinorum* genere diuerſus, magisque capitis forma, atque thoracis *Notoxis* proximus. Iure ad nouum genus ſub nomi-

ne

ne *Pſelaphi* a Cl. *D. Herbſt.* relatus; Hiſtor. Inſ. p. 106. t. 39. f. 9. Minor *St. ſulcato*, quo magis gibbus et globoſior. Caput thoracis latitudine, inflexum nigrum, interdum piceum, in medio tuberculoſum, vix rugoſum. Palpi flaueſcentes. Antennae fuſcae, longitudine dimidii corporis, moniliformes, articulis tribus vltimis craſſioribus, vltimoque clauato ruſo. Thorax rotundatus, conuexus, niger nitidus, puncto in medio baſeos interdum impreſſo, abdomine multo anguſtior. Elytra teſtaceo-ruſa, admodum conuexa, valde abbreuiata, et veluti dorſo arctiſſime adnexa, medium tantum abdomen obtegentia. Reliqua pars abdominis nuda, magis etiam gibba, globoſa nigra. Pedes longiuſculi ruſi femoribus apice craſſioribus, baſi tenui nigra. Occurrunt alii praecedenti ſimiles, qui variant magnitudine, et colore corporis interdum toto ſaturate teſtaceo. Hab. in terra arenoſa, et in arborum carie non rarus.

Cel. Herbſtium non allegarem, quia hanc ſpeciem optimi generis non nouiſſe videtur. Sed idem de Panzero l. c. dicerem, quia inſectum eius totum ſanguineum eſt, cum meis ſpeciminibus omnibus elytra tantum rubra ſint. Libenter equidem credam, iuniora ſpecimina teſtacea eſſe, ſed cum plures ſpecies, valde ſibi ſimiles, quamuis ſatis diuerſae, tali colore ſint, has cum *St. ſanguinei* varietate confuſas putare liceat. Hg.

LXXIXX.

(*p. 101*)

LXXXIX. PAEDERVS.

224. *P. elongatus* niger elytris poſtice pedibusque fuluis. F. Sp. 339. 3.

♀ F. E. S. I. 2. 537. 3. Panz. Fn. Inſ. Germ. IX. 12.

Deſcriptio Mon. Staph. n. 17. Magnitudo media. Hab. in ſtercore et ligno putrido obuius.

Digitized by Google

(p. 102.)

CLASSIS SECVNDA.

VLONATA.

XCII. MANTIS.

225. *M. Roſſia* baculiformis aptera. Fn. Etr. 1. 322. 636.

Variat magnitudine minori, et colore toto ferrugineo-fuſco, antennis longioribus, articulis 16, vltimo longiore. Mas.

Iconem exhibet etiam *D. Cyrillus* in *Fn. Neapolitana* ſub nomine *M. filiformis F.* — Hab. in ſepibus ad foſſas aquarum, et in Ericetis frequens.

* 226. *M. ſpallanzania* viridis, thorace laeui, elytris, alisque breuiſſimis, alis externe rubris, interne violaceis.

Statura *M. oratoriae,* cuius pupa primo intuitu videtur, at ſextuplo minor. Tota viridis, immaculata. Caput magnum. Frons punctis duobus impreſſis. Antennae ſetaceae, mediocres. Oculi magni oblongi. Thorax laeuis. Abdomen latum reflexum. Elytra breuiſſima rudimentis tantum alarum breuiſſimis, ſupra dimidiato-ferrugineis; ſubtus exteriore parte rubris, interiore violaceis. Femora antica valde incraſſata. Incedit pectore erecto, abdomineque reflexo; et ponit oua congeſta, agglutinata, quemadmodum *M. oratoria*; v. Roeſ. Inſ. 4. t. 12. f. 1. 2. 5. e quibus anno poſteriore

fteriore menſ. Aug. laruae mihi domi excluſae, capite maximo, fronte lata, concaua, femoribus albo obſolete annulatis. Specimen miſſum etiam ad Cl. virum *D. Giorna Taurin.* Entomologum magni nominis, cui naturalis hiſtoria amplificata plurimum debet. Hab. prope aquas in ſiluis, rara.

(*p.* 103.)

XCVI. LOCVSTA.

227. *L. tuberculata* flauo-viridis, capitis vertice tuberculato laeui, elytris elongatis, maxillis flauis. Fn. Etr. 1. 331. 651.

Statura fere *L. Viridiſſimae*, at dimidio minor. Caput flauo-viride, vertice leuiter tuberculato. Antennae flauae, elytro paulo minores. Oculi cinerei, faſcia ſeu lineola longitudinali nigra. Maxillae flauae. Thorax planiuſcus, flauo-viridis. Elytra flauo-viridia, anguſta, abdomine duplo longiora, apice obtuſo. Alae ſubuirides, hyalinae, reticulatae, elytro aequales. Abdomen flauo-viride. Cauda enſifera recta, biualuis, longitudine abdominis, flaueſcens, coſta media fuſca. Pedes flauo-virides, antici, et ſecundi paris breues; poſtici longiſſimi, et elytris ſubaequales. Tarſi omnes in viuo pallidiores, et fere cinerei. Habitat in pratis, ſed frequens etiam in hortis.

NOTANDA ET ADDENDA.

(quo hanc primam partem ſpectant.)

Haec notanda volumini poſteriori huius operis in calce adiecta erant, hinc a me ſerius obſeruata ſunt, quam quod iis ſuo loco vti potuiſſem. Cum tamen haec notanda, ex conſilio operis, integra ſeruanda eſſent, de eo tantum venia a lectore petenda eſt, quod, licet paucis, emendatis non vterer. Ea, quae ipſe adhuc adnotanda habebam, ſuo loco iuſerui, et, vt per totum librum fuit, minoribus litteris diſtinxi. Hg.

Pag. 13. §. 26. *Sc. valgus* Linnaei an vere reſpondet *Sc. Paniſco*. F. Sp. 27. 120? Dubium ſuboritur, conſer Linn. adnotationem pag. 559. Syſt. Nat. conſer deſcriptionem *L. interrupti* pag. 560. demum *Roeſelii* figuram a *Fabricio* citatam in *Sc. Paniſco*.

Linnaeus l. c. ait, *Luc. interruptus et Sc. valgus* adeo inter ſe affines, vt demtis antennis non de genere, ſed ſpecie etiam diſputaretur." — Suſpicio nobis ſuboritur, cui tamen vix fides habenda eſt, acutiſſimum Linnaeum, eundem, qui Hydram Hamburgenſem (Seb. theſ. 1. t. 102. f. 1.) primo ſtatim aſpectu verum artefactum agnoſceret, et probaret, antennis falſis deceptum eſſe in determinando *S. valgo*; ſed qui artem nouit, qua plures mutilata inſecta integerrima reſtituere valent, idem cum nobis ſentiet. — Id certe ſatis perſpectum habemus, *Sc. valgum Linn.* et *Paniſcum Fabr.* nullo modo eandem ſpeciem eſſe. Hg.

— 32. §. 71. adiiciatur citatum: *Hiſter minutus.* Herbſt. K. t. 36. f. 4. Hg.

P. 35. §. 79. affinis *D. violaceo*, at ſpecie videtur diſtinctus. Etſi raro inuentus in floribus mox tamen lecti quamplures in ſuilla ſalita ſub Iulii finem.

P. 37. §. 82. De genere adhuc haereo; Antennae thorace longiores. Palpi quatuor ſubaequales, clauati, claua nigra, compreſſa, et oblique truncata. Magnit. cedit figurae quam exhib. Tab. III. Hab. in ligno antiquo.

H. l. adiiciendum eſt citatum *Tillus ſerraticornis*. F. E. S. I. 2. 78. 3. Equidem hoc inſectum numquam in *Tillorum* genere ſuſpicabar. Hg.

P. 40. §. 92. *Boſtrichus bidentatus?* Long. 3. lat. 1.

Niger, coleoptris teſtaceis apice retuſis bihamatis. F. Mant. 37. 8?

Antennae nigrae, claua perfoliata. Caput et thorax antice pilis flaueſcentibus longioribus hiſpida, ſcabra nigra immaculata, quae nihil differunt a capite et thorace *B. capucini*. Elytra punctulata, obſcure teſtacea, poſtice retuſa denticulo elongato nigro ad ſuturam, aliisque in ſingulo tribus lateralibus obſoletis. Subtus niger magisque villoſus digitis obſcure teſtaceis. Magnit. non variat. Hab. in truncis fere exſiccatis vitis viniferae eos rotundis foraminibus terebrans. Saepe lectus menſ. April.

Specimen modo a Dom. Langio mecum communicatum, $2\frac{1}{4}$ lin. longum, vix tamen latitudini *B. Capucini* cedebat. Coleopteron ſingulum poſtice trihamatum erat, ſpina vna ſuperiore minore, duabus reliquis inferioribus, paullulum oblique poſitis,

Digitized by Google

positis, ita, vt exterior, minor, altior esset; qua nota praecipue ab alio affini differt, quem, paullo maiorem, e Gallia accepi. Hg.

p. 43. Adnotatum ad §. 95. deleatur. *Byrrhus Rhenii* Schneid. nunc declaratus est *Dorcatoma Dresdensis* Herbst. K. tom. 4. p. 104. t. 39. f. 8. *Dermestes serra.* Fabr. E. S. I. 2. 234. 40. Hg.

p. 54. §. 127. Auctor noster recte monet, se non probare hoc insectum eidem cum priore generi annumeratum esse. Ne antennae quidem satis conueninnt, reliqua statura vero omnino recedit. Equidem hunc Ptilinum, vt nunc res est, cum *Derm. dentato* n. 82. coniunctum, aut peculiare genus constituere, aut Melyrium gentem subire iuberem. Hg.

p. 55. §. 128. Linnaeus S. N. I. 2. 603. 2. atque Fabricius patriam Barbariam dicunt, sed vtriusque descriptio congruit, nisi quod Linnaeus Hispae suae eandem cum *H. atra* magnitudinem tribuat, qua duplo maior est. Spinae basi eundem cum corpore colorem rufo-testaceum habent, apice vero nigrae sunt. Hg.

p. 60. n. 139. Citata e Fabricio et Herbstio omnino delenda sunt. Opatrum, quod Dn. Rossius nomine *O. Agricolae* exhibet, nobiscum a Dn. Langio communicatum, idem fere est, quod in multis museis Germaniae nomine *O. arenarii* occurrit, licet Germaniae indigenum a vero *O. arenario F.* multum discrepet. Habitus fere idem, qui *O. sabuloso*, sed dimidio minus est, elytris punctato-striatis, interstitiis vix eleuatis.

O. Agricola (quod nomen, licet in *Agaricola* mutetur, tamen falsum est, quia hoc insectum numquam in Agaricis, sed in Boletis occurrit) mihi nouum genus constituit, quod, victu, antennis et habitu ab Opatris F. admodum alienum, *Bolitophagus*

tophagus mihi audit (a βωλίτης, *Boletus*, et φάγω, *comedo.*) E reliquis mihi notis *O. crenatum F.* illi adiunxi, quamuis Fabricius dicat, id in arenoſis occurrere. Hg.

p. 66. §. 154. Coccinella 9-punctata Auctoris ſane alia eſt, quam ſic nominata Fabricii, Linnaei et Udmanni, quod verba pauca illa Fabricii probant: puncta 2. 2. oblique poſita, communi maiori. Nec Auctoris, nec Geoffroyi deſcriptiones huic conueniunt. Hg.

P. 74. §. 172. Add. Frons punctis duobus minutiſſimis albis notata. Variat elytris quadrimaculatis, plerumque femina. Frequens in Mai. in iisdem plantis cum *C. bipunctata*, quae quidem habet puncta duo alba in fronte, ſed paullo maiora, quam in *C. ſexpuſtulata.*

P. 85. §. 204. De *Chryſ. aucta* vix dubito, quamuis mea ſpecimina cedant magnitudine *C. marginatae* praeſertim *Degeerianae.*

P. 88. §. 212. Add. * Aliam Chryſomelam habeo ſtatura et magnitudine huic omnino ſimilem, at diſtinctam nempe: Fuſco-aenea, nitida, antennis craſſiuſculis, thorace laeui, elytris punctato-ſtriatis; ſubtus tota fuſco-aenea femoribus poſticis non incraſſatis. Lecta in pratis ſiluaticis m. Mai.

P. 96. §. 236. Cryptoc. Bucephalus. Long. $2\frac{1}{3}$. lat. $1\frac{1}{3}$.

Cyaneus ore, thoracis marginibus, pedibusque rubris. F. Mant. 82. 41.

Chryſ. bucephala. Act. Hall. 1. 276.

♀ *La Melolonte mouche.* Geoffr. Inſ. 1. 197. 5.

Maxillae

Maxillae in altero ſexu magnae incraſſatae forcipatae rubrae, apice nigrae. F. Caput magnum cyaneum ore antennisque baſi rufis, apice nigris. Pedes rufi femoribus baſi, plantisque ſuperne cyaneis. Hab. Florentiae non frequens.

De citato a me adiecto vide, quae in Fn. Etr. 1. 87. 210. ad *Chryſom. collarem* monui. Hg.

P. 98. §. 239. Add. Hoc inſectum etſi comenire etiam videatur cum figura a *Schaeffero* allata l. c. forte ſpecies eſt diſtincta a *C. marginato F.* ideoque interea referendum ad *C. flauilabrem*, cum quo copula iunctum in mea collectione videre eſt, ſiquidem de hoc etiam in iudicando non fallor.

Confer l. c. a me monita. *C. flauilabris Auctor.* ad *C. marginatum* referendus eſt, minime autem vice verſa, vt Auctor vult. Hg.

p. 114. §. 274. Lagriae *hirta* ac *pubeſcens* magna copia menſ. Aug. in eodem loco captae ſunt; hinc nulli dubio ſubiectum eſt, quod diu iam ſuſpicabar, illas ſexu tantum diuerſas eſſe. *L. pubeſcens* ſ. mas, praeter ea, quae l. c. diximus, antennarum quoque articulo vltimo longiore a *L. hirta* differt; quod antennis Dermeſtidum *Pellionis, vndulati,* quodammodo reſpondet. Hg.

p. 115. §. 279. Adde citatum:
Cantharis fuſca, elytris antice, thoraceque elongato rubris. *La C. fourmi.* Geoffr. Iuſ. 1. 344. 8.

Vide Mantiſſa n. 114. adnot. Hg.

p. 136. §. 326. Idem eſt cum
Curculione diſtincto. Fabr. E. S. I. 2. 459. 272. — Hg.

P. 165. §. 376. Pupa alba quieſcens in ligno excauato, alis, antennis, pedibusque inflexis, m. Mai.

Mai. metamorphoſin ſubitura, ſenſim fuſca euadit; nigredo ab oculis maxillis alis ac geniculis incipit, et ſpatio quatuor aut quinque dierum rupta, et depoſita tunica completa imago prodit antennis longitudine corporis, thorace punctis octo, elytro ſingulo ſex nigris: color ſtatim cinereo-fuſcus, mox fit ſubuiridis, et pubes demum cinerea antennas, pedesque nigros obducit.

p. 174. §. 390. *Callid. Arietis* cum femina maiore, at eodem modo formata ac ſignata, copula iunctum repertum eſt d. 12. Iulii 1794; id, quod differentiam ſpeciei huius et *Gazellae*, de quo mihi iam dudum nullum dubium reſtiterat, aperte probat. Si illae ſpecies tanto dubio ſubiectae erant, quantamne dubitationem duae aliae, his modo dictis ſimillimae, et tamen diuerſae ſpecies excitabunt, quas Halae Saxonum detectas, amicus meus *Hübnerus*, benigniter mecum communicauit?

Hg.

P. 179. Callidiorum generi inſeratur: * *C. unifaſciatum*. Long. 4. lat. 1. vix. Thorace rotundato ruſo, elytris baſi rufis, apice nigris; faſcia vnica alba.

Statura *C. Alni*, ſed paullo maius. Primo intuitu ſi elytra tantum inſpiciantur *Clero vnifaſciato* ſimile. Totum pilis canis breuibus hirtum. Palpi quatuor clauati. Antennae mediocres ſubruſae piloſae. Caput, exceptis oculis nigris rufum. Thorax rotundatus rufus. Elytra baſi rufa, apice nigra, in medio faſcia vnica alba ex maculis duabus lunatis compoſita, et ad futuram vix interrupta. Femora omnia clauata nigra. Tibiae et tarſi ſubrufi. Alae et abdomen nigra. Hab. in ſiluis Piſanis.

p.

Digitized by Google

p. 188. §. 412. Lycum vidi, quem *L. Auroram* habeo, aegre a *L. minuto* distinguendum. Eiusdem fere magnitudinis erat. Thorax niger, parum rufo-hirtus vt ruber dici potuisset. In vtroque Lyco thoracis pars longitudinalis media eleuata, quasi marginata est; in *L. Aurora* fere sexangularis erat, in *L. minuto* autem antice magis depressa et admodum dilatata postice attenuata, vt fere campanae figuram sistat. Thorax prioris, respectu elytrorum, breuior. Elytra *minuti* breuiora. Elytra *Aurorae*, computato margine ac sutura, lineas sex eleuatas habent, lineis transuersis intermediis densis ita coniunctas, vt elytra dense cancellata fiant. In *L. minuto* totidem lineae longitudinales sunt, sed in medio inter duas, linea alia parum eleuata decurrit, et inter hanc lineam minorem et illam maiorem vtrinque puncta profunda seriem constituunt. Antennae *L. aurorae* vnicolores, nigrae; *L. minuti* autem, apice aurantiacae sunt.

Haec comparatio festinanter scribenda erat, cum per pauca tantum temporis momenta vsus illius *L. aurorae* speciminis mihi permissus esset. Hg.

P. 221. §. 473. corrige: Thorax marginatus vtrinque depressus punctis binis excauatis. Elytra integra, submarginata; varietas: ab aliis deinde lectis certior factus, assero.

P. 224. Cicindelis adiungatur: * *Cic. 4-punctata.* Long. 6. lat. $2\frac{1}{4}$. Supra obscure viridis, subtus cyanea elytris basi et apice lunula, medio punctis quatuor albis.

Statura *C. hybridae.* Caput fuscum ante, et circum oculos viride. Labium superius album. Maxillae nigrae basi albidae. Thorax magis latus, quam

quam longus, et ſulco longitudinali in duos lobos diuiſus. Elytra fuſco-viridia ſingulis lunula baſeos ad marginem exteriorem, punctisque quatuor mediis, quorum duo marginalia; tum lunula altera apicis albis. Abdomen laete cyaneum. Antennae infra medium, pectoris latera, femora tibiaeque rubro aurato colore nitentes. Habit. in ſabuloſis rara.

C. littoralis. F. E. S. I. 1. 172. 13., praecipue ibidem adnotata varietas, optime hnic modo deſcripto conuenit, ſed thoracem in duos lobos diuiſum non dicerem. Hg.

P. 238. inſeratur: *C. violaceus*, apterus, aeneo-niger, thorace ſubuiolaceo, elytris punctis minutiſſimis excauatis triplici ordine. De Geer. Inſ. 4. 89. Schaeff. Ic. t. 88. f. 1.

Hab. in ſiluis Pinis rarior.

C. violaceum Degeer. auctor in Mantiſſa n. 170. in Paykullii veſtigium, ad *C. hortenſem* refert, *Schaeff.* Ic. t. 88. f. 1. ad *C. purpuraſcentem* ibid. n. 169. translocat, nulla huius Appendicis mentione facta; utrum itaque hic Carabus *Violaceus*, an *Purpuraſcens* ſit, decernere nequeo. Hg.

P. 270. inſeratur: *C. biguttatus*. Long. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{2}{3}$. Thorace rotundato aeneo, elytris nigris macula apicis pallida. F. Sp. 313. 83?

Statura et magnitudo fere *C. 4-maculati*, ſed in hoc elytra minus obtuſa, et manifeſte ſtriata, macula ante apicem pallida. Thorax rotundatus paullo latior quam in *C. 4-maculato*. Pedes toti pallidi. Color nigro-aeneus nitens. Hab. in arenoſis.

P. 292. §. 594. Ad inſectum quod attinet, a me ſub nomine *L. Aſrae* relatum, et ad *M. teſtaceam F.* forte

forte amandandum; cum ex obſeruationibus nuper factis, mihi nunc conſtet de copula etiam inter indiuidua eiusdem coloris in elytris, nempe teſtaceis apicibus nigris (quae apud nos frequentiora ſunt); concludi poſſe videtur vnam eſſe ſpeciem, eandemque in maſculis interdum variare elytris totis nigris. Occurrit in Carduis menſ. Iun. et Iul. frequens.

P. 295. §. 596. Adde: Hab. Piſis; in floribus Scabioſae inuentae plures etiam in hortis.

P. 322. §. 636. Adde: Sexus in feminis diſtat ab ano, ſitus ſub abdomine inter duas valuas ante ſegmentum penultimum. Oua ſubrotunda figura, et magnitudine feminis Milii, nigra, operculata.

CORRIGENDA.

Pag. 6. lin. 6. ab infima, *a Voetio* lege *e Voetio.* p. 14. l. 5. poſt *minime* del. commatis ſign. l. 18. *aliis deeſt, aut minimum* leg. *alia non, aut vix.* p. 34. l. 22. *cauete* leg. *cauere.* p. 44. l. 23. *minor* leg. *minus.* l. 28. poſt *teſtacei* inſer. ſign. (:). p. 45. l. 19. *apicem* lege *apice.* p. 57. l. 20. *referenda* lege *referenda.* p. 59. l. 15. *punctо ſtriata* lege *punctato-ſtriata.* l. 22. *obliqua* lege *oblique.* p. 60. l. 4. punct. poſt *rugoſus* mut. in comma. p. 77. l. 13. *bispuſtulata* leg. *bisbipuſtulata.* p. 87. l. 13. 14. *reſtitum* leg. *reſtitutum.* p. 88. l. 15. *ferere conditum* leg. *fere reconditum.* p. 95. l. 4. ab inf. *rubro frequens* leg. *rubo non frequens.* p. 97. l. 8. 9. ab inf. *verus* leg. *vera.* p. 98. l. 1. 2. ab inf. *perfundus* leg. *profundius.* p. 100. l. 20. *obſeruaſſet* leg. *obſeruaret.* p. 110. l. 5. *ſeparauit* leg. *ſeparauit.* p. 129. l. 24. *duplo* leg. *dupla.* p. 134. l. 21. *multa* leg. *multo.* p. 146. l. 2. *rubra* leg. *nigra.* p. 164. l. 12. *poſſe* leg. *potuiſſe.* p. 170. l. 6. *licitatus* leg. *liciatus.* p. 190. poſt l. 17. haec auctoris omiſſa verba inſerenda ſunt: Antennarum baſis, harumque articuli 2, 3, 4, caput infra antennas, thorax (excepta macula nigra) et abdomen lateribus tantum fului coloris; fuſca vero alia omnia. Variat thorace rubro immaculato; et rarius β. femoribus tibiisque fuluis. — Hab. ſepes: vere et ineunte aeſtate frequens praeſertim in floribus vmbellatis, ad muſcas aliaque Inſecta praedanda, animal rapaciſſimum. Long. 7. lat. 2. p. 200. lin. 1. poſt *auctor* punct. mut. in colon. p. 205. l. 19. poſt *quidem* punct. mut. in colon. p. 215. l. 22. *foret* leg. *foret.* p. 216. l. 8. poſt *qui* adiiciatur *eam.* p. 217. l. 27. *Chryſtoſtigma* leg. *Chryſoſtigma.* p. 232. l. 28. poſt *ſe* inſeratur *illum.* p. 244. l. 25. 280. leg. 200. p. 248. l. 25. *optimo* leg. *optime.* p. 250. l. 11. *Tab. V.* leg. *Tab. IV.* p. 293. l. 23. *uſtulatum* leg. *uſtulatam.* p. 297. l. 15. *L.* leg. *C.* p. 302. l. 2. ab inf. *congruenti* leg. *congruentibus.* p. 398. l. 9. *C.* leg. *N.*

Leuiora beneuolus ipſe lector emendet.

Digitized by Google

Tab. A

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 9.

Lud. Schmidt fc.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Tab. I.

Fig. 4.

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 7.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 9.

Fig. 8.

Fig. 10.

Fig. 11.

Fig. 12.

Fig. 13.

Lud. Schmidt sculps.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 13.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 9.

Fig. 14.

Fig. 10.

Fig. 15.

Fig. 11.

Fig. 12.

Jud. Schmidt sc.

THE NEW
PUBLIC LIB
ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 4.



Fig. 5.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 6.

Fig. 9.

Fig. 10.

Fig. 11.

Fig. 13.



Fig. 12.

Fig. 14.

Lud. Schmidt fc.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Tab. IV.

Fig. 1.

Fig. 5.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 9.

Fig. 6.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 10.

Fig. 11.

Fig. 12.

Fig. 13.

Fig. 14.

Lud. Schmidt fc.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Fig. 2.

Fig. 1.



Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 8.

Fig. 7.

Fig. 9.

Fig. 10.

Fig. 11.



Fig. 12.

Lud. Schmidt fc.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Fig. 2.



Fig. 1.

Fig. 3.



Fig. 5.

Fig. 4.



Fig. 6.

Fig. 8.

Fig. 7.

Fig. 9.

Fig. 11.

Fig. 10.

Fig. 12.

Fig. 14.

Fig. 13.

Fig. 15.

Lud. Schmidt sc.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Fig. 2.

Fig. 1.

Fig. 3.

Fig. 5.

Fig. 4.

Fig. 6.

Fig. 7.

Fig. 9.

Fig. 8.

Fig. 10.

Fig. 11.

Fig. 12.

Fig. 14.

Fig. 13.

Fig. 15.

Jud. Schmidt fc.

NEW YORK
LIC LIBRARY

STOR, LENOX
EN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Tab. VIII.

Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 4.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 7.

Lud. Schmidt fe.

Digitized by Google

NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Tab. IX.

Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 8.
Fig. 7.
Fig. 9.
Fig. 11.
Fig. 10.

Lud. Schmidt sc.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Fig. 2.

Fig. 1.

Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig 6

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 9.

Fig. 11.

Fig. 10.

Fig. 12.

Fig. 13.



Lud. Schmidt fc.

W7A

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410

Digitized by Google